ἀνοπαῖα, Od. 1, 320. ὄρνις ὡς ἀνοπαῖα διέπτατο, varie scribitur et explicatur. 1) Alii, quod maxime placet, ἀνοπαῖα habent pro *adverbio*, ab ὄψομαι, ὀπταίνω, *ita ut cerni nequeat*, ἀοράτως, quo indicatur summa celeritas: sic Herodianus ap. Eustath. 2) Alii ἀνοπαῖα etiam pro *adverbio* habent, sed derivant ab ἄνω, ut sit *in altum*, *rursum.* 3) Alii ἀν᾽ ὀπαῖα legunt, i. e. ἀνὰ τὴν ὀπὴν τὴν ἐν μέσῳ τῆς ὀροφῆς, ἣν καὶ κάπνην καὶ καπνοδόκην ἐκάλουν. 4) Alii denique ἀνόπαια vel πανόπαια scribentes avem intelligunt ex aquilarum genere.

ἀνόπιν, *adv.* retro, retrorsum: vid κατόπιν.

ἄνοπλος, ον, (ὅπλον) inermis.

ἀνόπλως, *adv.* sine armis.

ἄνοπτος, ον, (ὄψομαι) invisibilis.

ἀνόρατος, ον, invisibilis.

ἀνόργανος, ον, (ὄργανον) instrumentorum expers.

ἀνόργητος, ον, vulgaris forma p. ἄνοργος.
ἀνοργία, ας, ἡ, (ὄργια) quando quis orgiis, s. sacris non est initiatus.
ἀνοργίαστος, ον, sacris non initiatus. 2) qui nullis orgiis colitur et celebratur.
ἄνοργος, ον, (ὀργή) ira carens.
ἀνορέα, ας, ἡ, (ἀνήρ) fortitudo, strenuitas: *usitatius Ion.* ἠνορέη (– ∪ ∪ –)
ἀνορεκτέω, f. ήσω, fastidio cibos. A seq.
ἀνόρεκτος, ον, (ὀρέγομαι) cibum fastidiens, cujus stomachus omnia respuit.
ἀνορεξία, ας, ἡ, morbus, quum stomachus omnia respuit, fastidium cibi.
ἀνόρεος, έα, ον, (ἀνήρ) strenuus, fortis, i. q. ἀνδρεῖος. (– ∪ ∪ ∪)
ἀνορθιάζω, (ὀρθιάζω) alta voce clamo.
ἀνορθόω, f. ώσω, surrigo, rursum erigo: instauro: corrigo, emendo. Saepe invenitur c. dupl. augmento. Lobeck. Phryn. p. 154. 250.
ἄνορκος, ον, (ὅρκος) juramento non obstrictus.
ἀνορμάω, f. ήσω, animo incitor, commoveor, magno impetu in aliquid feror. 2) surgo, v. c. ad dicendum, agendum.
ἀνορμίζω, (ὁρμίζω) e portu propello se. naves; *med.* e portu progredior.
ἄνορμος, ον, (ὅρμος) stationem navium non habens, incommodus stationi navium.
ἀνόρνυμι, (ὄρνυμι, *irreg.*) excito, incito.
ἀνορούω, f. ούσω, (ὀρούω) exsurgo, prosilio.
ἀνόροφος, ον, tecto carens, non tectus.
ἀνορροπύγιος, ον, (ὀρροπύγιον) cui cauda deest, qui inter volandum non regitur cauda. Aristot. h. a. 4, 7.
ἀνορταλίζω, (ὀρταλίζω) incipio in altum ferri, i. q. πτερύσσομαι, Ar. Eq. 1341. *metaph.* superbio.
ἀνορύομαι, (ὀρύομαι) mugitum tollo. (ῡ)
ἀνορύσσω, f. ξω, effodio, quod defossum erat, eruo e terra. 2) exstirpo, subverto.
ἀνορχέομαι, f. ήσομαι, exulto, exsilio. 2) salto.
ἄνορχος, ον, testiculis carens, ab ὄρχις.
ἀνόρω, praes. *obsol.* unde quaedam tempp. verbi ἀνόρνυμι.
ἀνόσητος, ον, (νοσέω) non aegrotus.
ἀνοσία, ας, ἡ, (νόσος) quum quis morbi expers est, bona valetudo.
ἀνόσιος, ον, vel ἀνοσία, (ὅσιος) non sanctus, impius, sceleratus, profanus, scelestus, nefarius. i. q. ἄταφος, Soph. Ant. 1071.
ἀνοσιότης, ητος, ἡ, impietas.
ἀνοσιουργέω, f. ήσω, impia perpetro impie ago.
ἀνοσιούργημα, ατος, τό, impie factum, scelerata actio.
ἀνοσιουργία, ας, ἡ, impietas, scelesta agendi ratio.
ἀνοσιουργός, όν, (ἀνόσιος, ἔργον) impie et scelerate agens.
ἀνοσίως, *adv.* impie, scelerate.
ἄνοσμος, ον, (ὀσμή) sine odore, non odoratus.
ἄνοσος, ον, immunis a morbis, morbo carens. 2) salubris, de aere et locis.
ἀνόστεος, ον, (ὀστέον) sine ossibus, exossis.
ἀνόστητος, ον, (νοστέω) reditus expers.
ἀνόστιμος, ον, (νόστιμος) non rediens, sine reditu.
ἄνοστος, ον, (νόστος) reditus expers.

ἀνόσως, *adv.* sine morbo.
ἀνότιστος, ον, (νοτίζω) siccus, non humidus.
ἀνοτοτύζω, (ὀτοτύζω) lamentor, per ὀνοματοποιΐαν, e sono lamentor.
ἀνούατος, ον, (οὖς) sine aure, sine ansa.
ἀνουθέτητος, ον, (νουθετέω) repudians admonitionem.
ἄνους, *contr.* ex ἄνοος, amens, demens, vecors, stultus, mente captus, sine sensu.
ἀνούσιος, ον, (οὐσία) carens substantia.
ἄνουσος, ον, (νοῦσος, νόσος) *Ion.* pro ἄνοσος, sine morbo, integer.
ἀνούτατος, ον, (οὐτάω) non vulneratus, non ictus. Il. 4, 540.
ἀνουτητί, *adv.* sine vulnere.
ἀνούτητος, ον, i. q. ἀνούτατος. Nic.
ἀνοφρυάζω, (ὀφρυάζω) supercilia attollo, superbio.
ἀνοχεύς, ὁ, qui tenet, Zoroastr. orac. mag. p. 80.
ἀνόχευτος, ον, (ὀχεύω) expers coitus: qui non coit.
ἀνοχή, ῆς, ἡ, (ἀνέχω) tolerantia, patientia, lenitas. 2) ἀνοχαί, induciae. 3) i. q. ἀνατολή.
ἀνοχικός, ή, όν, ad tenendum aptus, Psell. Schol. p. 96.
ἀνοχλέω, (ὀχλέω) i. q. ἀνοχλίζω.
ἀνοχλητικός, ή, όν, (ἀνοχλέω) submovendi vel elevandi vim habens.
ἀνοχλησία, ἡ, i. q. ἀοχλησία, Diog. L. 2, 87.
ἀνοχλίζω, f. ίσω, (ὀχλίζω) vecte submoveo, vel elevo.
ἄνοχλος, ον, inoffensus, nulla molestia adfectus, turba, seu hominum multitudine carens. 2) molestiam non creans.
ἀνοχμάζω, f. άσω, (ὀχμάζω) gesto tollens in altum, sublatum gesto.
ἀνοχυρός, ρά, ρόν, non munitus, infirmus.
ἀνοψία, ας, ἡ, opsonii penuria. A seq.
ἄνοψος, ον, (ὄψον) opsonio carens.
ἀνστάς, ἀνστήμεναι, ἀνστήσεις, ἀνστήσων, ἀνστήτην, apocopatae formae pro ἀναστάς, etc. Hom.
ἀνστρέψειαν, pro ἀναστρέψειαν, Il.
ἀνσχεθέειν, ἄνσχεο, pro ἀνασχεθεῖν, ἀνάσχου, Hom.
ἀνσχετός, pro ἀνασχετός, Od.
ἄντα, *adv.* (ἀντί, ἄντην) coram, e regione. 2) *Praepos. c. gen.* i. q. ἀντί, *e regione*, Ἤλιδος, Il. 2, 626. *coram*, pro: *prae*, in comparationibus: *contra*, adversus. Hom.
ἀνταγοράζω, (ἀγοράζω) vicissim emo: permuto.
ἀνταγορεύω, (ἀγορεύω) adversarium me gero, liti me offero. 2) obloquor, *concionor*, *loquor*.
ἀνταγωνίζομαι, f. ίσομαι, (ἀγωνίζομαι) oppono me aliis in certamine, repugno: aemulor, decerto cum aliquo.
ἀνταγώνισμα, ατος, τό, obstaculum, adversatio.
ἀνταγωνιστής, οῦ, ὁ, qui cum aliquo certat, adversarius, aemulus.
ἀνταγώνιστος, ον, de quo certatur.
ἀνταγωνιστῶς, *adv.* more adversantium.
ἀντάδελφος, ου, ὁ, qui est loco fratris.
ἀνταδικέω, f. ήσω, injuriam illatam ulciscor, vicissim injuria adficio.
ἀντᾴδω, f. ᾄσω et ᾄσομαι, (ᾄδω) cantu provoco, cantu respondeo.
ἀνταείρω, (ἀείρω) idem quod ἀνταίρω.
ἀντάεις, εσσα, εν, *Dor.* p. ἀντήεις.

ἀντάεθλος, ον, (ἄεθλος) contra aliquem decertans vel aemulans.
ἀνταιδέομαι, έσομαι, (αἰδέομαι) vicissim revereor.
ἀνταῖος, αία, αῖον, (ἀντί, ἄντα) adversus: hostis, infensus, adversarius. 2) i. q. προστρόπαιος, quem quis precibus adit. Ἀνταία, cognomen Hecates.
ἀνταίρω, αρῶ, (αἴρω) contra attollo. 2) *intr.* contra assurgo, τινί et πρός τι, ubi supplent χεῖρας: rebello, contra arma fero. Sic etiam *med.*
ἀνταισχύνομαι, (αἰσχύνομαι) contra pudet me.
ἀνταιτέω, (αἰτέω) peto pro aliquo, suffragor petenti honores, pro aliquo ambio: alius loco peto.
ἀνταιτιάομαι, contra accuso.
ἀντακαῖος, ὁ, acipenseris species, Hdt. 4, 53. ἀντικαῖον τάριχος, salsamenti genus, Athen.
ἀντακολουθέω, f. ήσω, vicissim sequor.
ἀντακολουθία, ας, ἡ, mutuus comitatus.
ἀντακόλουθος, ὁ, qui alius vice comitatur.
ἀντακοντίζω, contra jaculor.
ἀντακούω, f. ούσομαι, (ἀκούω, *irreg.*) vicissim audio. Soph. Aj. 1130, ibique Lobeck.
ἀντακροάομαι, i. q. ἀντακούω.
ἀντακρωτήριον, τό, promontorium oppositum.
ἀνταλαλάζω, f. άξω, reclamo, vicissim, vel contra clamorem attollo.
ἀνταλλαγή, ἡ, (ἀνταλλάσσω) permutatio alterius rei cum altera.
ἀντάλλαγμα, ατος, τό, commutatio: expiatio: pretium redemtionis.
ἀντάλλαγος, ον, permutatus, commutatus.
ἀνταλλάσσω, f. άξω, (ἀλλάσσω) muto, permuto, τί τινος.
ἀνταμείβω, f. ψω, (ἀμείβω) permuto, commuto, compenso, τί τινος. *med.* gratiam rependo, remunero, punio.
ἀντάμειψις, εως, ἡ, retributio, compensatio, permutatio, submutatio.
ἀνταμοιβή, ῆς, ἡ, i. q. ἀντάμειψις.
ἀνταμοιβός, όν, remuneratorius.
ἀνταμύνομαι, vicissim auxilior, obsisto rursum, me ulciscor, τινά.
ἀνταμφοδεύω, f. εύσω, (ἀντί, ἄμφοδος) obviam eundo aberro, *dub.*
ἀνταναβιβάζω, f. άσω, vicissim impono, s. adscendere facio.
ἀνταναγιγνώσκω, vicissim lego, relego, recognosco.
ἀνταναγνώστης, ου, ὁ, qui vicissim legit, qui relegit, recognitor.
ἀντανάγω, (ἀνάγω, *irreg.*) contra veho, *inpr.* naves adversus aliquem in altum proveho. 2) *intrans.* ex adverso in hostem prodeo, obviam hosti prodeo, vel solvo, ut hosti obviam eatur; de classe: adorior: sic etiam in *med.*
ἀνταναδίδωμι, (ἀναδίδωμι) remitto, ut in reciprocatione serrae.
ἀνταναίρεσις, ἡ, sumtio, sublatio, quae fit vicissim.
ἀνταναιρέω, (αἱρέω, *irreg.*) vicissim sumo, accipio, tollo, deleo, interficio. *med.* vicissim eligo.
ἀνταναίρω, (ἀναίρω) contra attollo, sustollo, erigo: contra destruo, aufero.
ἀντανάκλασις, εως, ἡ, repulsus, repercussio. 2) motio reciproca et refracta. 3)

figura rhetorica, *contraria significatio.* Quint. 9, 3, 68.

ἀνταναχλασμός, οῦ, ὁ, i. q. ἀντανάκλασις.

ἀντανακλαστικός, ή, όν, reciprocus.

ἀντανακλάω, f. άσω, (ἀνακλάω, *irreg.*) refringo, reflecto, repercutio: dic. de sono.

ἀντανακοπή, ῆς, ἡ, repercussio. A seq.

ἀντανακόπτω, (ἀνακόπτω) repercutio.

ἀνταναλίσκω, f. λώσω, (ἀναλίσκω, *irr.*) vicissim consumo.

ἀνταναμένω, vicissim expecto.

ἀνταναπαύομαι, (ἀναπαύω) vicissim quiesco.

ἀνταναπίμπλημι, (πίμπλημι) vicissim impleo.

ἀνταναπλέκω, ξω, (πλέκω) vicissim vel ex adverso necto.

ἀνταναπληρόω, f. ώσω, suppleo, expleo.

ἀνταναπλήρωσις, ἡ, replendi actio, Diog. L. 10, 48.

ἀνταναΤρέχω, (τρέχω, *irreg.*) rursus coco.

ἀνταναφέρω, (φέρω, *irreg.*) refero.

ἀνταναχωρέω, (χωρέω) vicissim recedo.

ἄντανδρος, ον, (ἀνήρ) in alius viri locum substitutus, succedaneus, vicarius.

ἀντάνειμι, (ἄνειμι) ex adverso insurgo, contra surgo.

ἀντανείργω, vicissim arceo, Man. Philes. 8, 241.

ἀντανέρχομαι, vicissim provenio. Theod. Prodr. p. 9.

ἀντανέχω, (ἔχω, *irreg.*) vicissim sustollo, contra tollo.

ἀντανίστημι, (ἵστημι) e regione erigo, repono loco alterius. ἀντανίσταμαι, contra insurgo, adversus quempiam insurgo, resisto, reluctor.

ἀντανίσχω, i. q. ἀντανέχω, orior, contra exorior.

ἀντανίσωμα, ατος, τό, (ἀντί, ἀνισόω) parilis quantitas, v. c. numerus militum occisis par, quasi dicas adaequamentum.

ἀντανύω, i. q. ἀνατανύω, poet.

ἀντάξιος, ον, existimatione par, aequiparandus, aequalis pretii: aequipollens, aequale pondus, seu libramentum habens. *c. gen.*

ἀνταξιόω, f. ώσω, contra pretium rei statuo.

ἀνταπαιτέω, f. ήσω, reposco.

ἀνταπαμείβομαι, i. q. ἀπαμείβομαι, sed fortius.

ἀνταπαστράπτω, f. ψω, contra fulguro, fulguro adversus fulgurantem.

ἀνταποδείκνυμι, (ἀποδείκνυμι) contra demonstro.

ἀνταποδίδωμι, (ἀποδίδωμι) vicisim reddo: rependo, retribuo. *In passivo dicitur* de opposito *apud Philosophos.*

ἀνταπόδομα, ατος, τό, retribuo. N. T.

ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, retributio, satisfactio, *unde* ἀνταπόδοσιν ποιεῖν, alicui in quacunque re satisfacere, ut pecuniam debitam solvere. 2) dicitur etiam de commutatione rerum in contrarium. Polyb. 4, 43. 27, 2, 4.

ἀνταποδοτέος, ον, reddendus, *adj.* verb. ab ἀνταποδίδωμι.

ἀνταποδοτικός, ή, όν, retributivus, qui retribui potest.

ἀνταποδοτικῶς, *adv.* consecutive, in consequente.

ἀνταποδύομαι, (ἀποδύω) vicissim me accingo: contra aliquem accingor.

ἀνταποθνήσκω, (θνήσκω, *irreg.*) contra morior. Antipho.

ἀντάποινα, τά, (ἄποινα) remuneratio, retributio. Eur.

ἀνταποκρίνομαι, respondeo. 2) altercor. N. T.

ἀνταπόκρισις, εως, ἡ, responsio.

ἀνταποκτείνω, (κτείνω, *irreg.*) vicissim occido, contra interficio.

ἀνταπολαμβάνω, vicissim accipio, pro alia re accipio.

ἀνταπόλλυμι, vicissim perdo. *Med.* contra pereo.

ἀνταπολογέομαι, vicissim excuso, defendo.

ἀνταποπαίζω, (ἀποπαίζω) ludendo rursus amitto, Phryn. A. B. 25, 29.

ἀνταπόπαλσις, ἡ, recussus, repercussio.

ἀνταποπέμπω, vicissim demitto, seu amando.

ἀνταποπέρδω, crepitum ventris emittendi vicissim oppedo.

ἀνταποστέλλω, vicissim emitto, remitto.

ἀνταποστροφή, ῆς, ἡ, digressus, divortium, duarum rerum in diversas partes situs.

ἀνταποταφρεύω, vicissim vallo includo.

ἀνταποτειχίζω, vicissim obstruo, contra munio.

ἀνταποτίω, f. ίσω, (τίω) vicissim solvo, rependo, remuneror. (ī)

ἀνταποφαίνω, vicissim ostendo, demonstro. *Med.* contrariam sententiam expono, apposito vel omisso γνώμην.

ἀνταποφέρω, (φέρω, *irreg.*) repello, rejicio.

ἀνταποχή, ῆς, ἡ, scriptum, quo debitum creditori fatetur debitor, aut quo quis se obligat: scriptum quo accepisse se fatetur creditor.

ἀντάπτομαι, *Ion.* p. ἀνθάπτομαι. Hdt.

ἀνταπωθέω, f. ήσω, (ὠθέω, *irreg.*) vicissim repello. 2) retrudo, repello.

ἀνταπώθησις, εως, ἡ, repulsio, renixus.

ἀντάπωσις, i. q. ἀνταπώθησις.

ἀνταράτης, ου, ὁ, (ἀράομαι) conjuratus. Sch. Ar. Eq. 456. vox pejoris graecitatis.

Ἀντάρης, εος, ὁ, Marti oppositus, nomen stellae in signo scorpionis, Procl. paraphr. Ptolem. 1, 9.

ἀνταριθμέω, f. ήσω, numerum comparo cum numero.

ἀνταρκέω, f. ήσω, par sum ad resistendum, resisto, ad ultimum usque resisto, τινί.

ἀνταρκτικός, ή, όν, septentrionali oppositus.

ἀνταρσία, ἡ, i. q. ἄνταρσις, nec melioris farraginis.

ἄνταρσις, εως, ἡ, (ἀνταίρω) consurrectio, ipsa actio attollendi manus adversus aliquem, rebellio. *Vox recentior, ut et seq.*

ἀντάρτης, ου, ὁ, (ἀνταίρω) qui manus attollit adversus legitimum regem, rebellis.

ἀντασπάζομαι, f. άσομαι, vicissim saluto, resaluto, vicissim amplector, benevole tracto.

ἀνταστράπτω, i. q. ἀνταπαστράπτω.

ἀνταυγάζω, resplendeo.

ἀνταυγασία, ας, ἡ, reluminatio.

ἀνταύγεια, ας, ἡ, lucis, s. splendoris repercussio, reluminatio.

ἀνταυγέω, lucem, seu splendorem remitto.

ἀνταυγής, ές, (αὐγή) lucem seu splendorem remittens.

ἀνταυγία, ἡ, i. q. ἀνταύγεια.

ἀνταυδάω, ήσω, vicissim loquor, respondeo.

ἀνταΰω, f. ύσω, (αὔω) ex adverso sono. Pind. P. 4, 350. (–⏑––)

ἀνταφαίρεσις, ἡ, mutua subtractio, Nicom. Arith. p. 19.

ἀνταφαιρέω, (ἀφαιρέω, *irreg.*) vicissim aufero.

ἀνταφίημι, vicissim dimitto, aut emitto.

ἀνταχάτης, ου, ὁ, (ἀχάτης) lapis, seu gemma achates, quum uritur, myrrham redolens, s. succini species bituminosa. Plin. 37, 10. ubi tamen alii αὐταχάτης legunt.

ἀντάω, ήσω, *Ion.* ἀντέω, (ἄντα, ἀντί) occurro, obviam fio, incido alicui, *c. gen.* et *dat.* pers. vel *c. gen.* rei, Hom. Etiam sensu hostili, aggredior, pugnam ineo cum aliquo, *c. gen.* 2) nanciscor, consequor, *c. acc.* sicut ἀντιάω, Soph. Ant. 981.

ἀντεγγράφω, ψω, (ἐγγράφω) rescribo in locum ejus, quod deletum est. 2) in aliorum locum sufficio.

ἀντεγείρω, (ἐγείρω, *irreg.*) contra erigo, alterius loco erigo.

ἀντεγκαλέω, έσω, (ἐγκαλέω, *irreg.*) vicissim criminor, recriminor, recriminando objicio.

ἀντέγκλημα, ατος, τό, recriminatio.

ἀντεγκληματικός, ή, όν, ad recriminandum pertinens.

ἀντεγχειρίζω, f. ίσω, (ἐγχειρίζω) vicissim trado.

ἀντεικάζω, f. άσω, (εἰκάζω) vicissim adsimulo, comparo.

ἀντείνω, *poet.* p. ἀνατείνω.

ἀντειπεῖν, (εἰπεῖν, *irreg.*) contra dicere, reniti, negare, vetere, recusare. Reliqua praeter aor. tempora ex ἀντερεῖν formantur.

ἀντείρομαι, *Ion.* pro ἀντέρομαι.

ἀντεισάγω, f. άξω, (ἄγω, *irreg.*) vicissim induco, vel in alterius locum induco, oppono.

ἀντεισαγωγή, ῆς, ἡ, introductio, quae fit vicissim, vel in alterius locum, subrogatio.

ἀντεισακτος, ον, quod opponitur, objicitur, Cic. ad. Q. Fr. 2, 10.

ἀντεισβάλλω, (βάλλω, *irreg.*) contra injicio. 2) *intr.* contra irrumpo, bellum infero.

ἀντείσειμι, (εἶμι) contra introeo.

ἀντεισέρχομαι, f. ελεύσομαι, vicissim ingredior, in alterius locum subeo, succedo.

ἀντεισφέρω, (φέρω, *irreg.*) contra infero, in locum alterius infero, refero v. c. gratiam.

ἀντεκθλίβω, rursus, vicissim extero, exprimo. (ī)

ἀντεκκλέπτω, f. ψω, vicissim furor, furto eripio.

ἀντεκκομίζω, f. ίσω, rursus effero.

ἀντεκκόπτω, f. ψω, vicissim exscindo.

ἀντεκπέμπω, f. ψω, vicissim vel contra emitto, v. c. copias, classem.

ἀντεκπλέω, f. εύσω, classe exeo in hostem, obviam navigantibus navigo.

ἀντεκπλήσσω, f. ξω, (πλήσσω, *irreg.*) vicissim terreo.

ἀντέκτασις, εως, ἡ, contentio, collatio, comparatio. A seq.

ἀντεκτείνω, vicissim extendo: contendo, confero, comparo.

ἀντεκτίθημι, contra expono.

ἀντεκτίνω, (τίνω, *irreg.*) vicissim luo, rependo.

ἀντέκτισις, εως, ἡ, repensio, mulcta.

ἀντεκτίω, f. ίσω, idem quod ἀντεκτίνω. (ī)

ἀντεκτρέφω, (τρέφω, *irreg.*) vicissim enu-

tiio et educo.

ἀντεκτρέχω, (τρέχω, *irreg.*) procurro, prorumpo. sc. in hostes.

ἀντεκφέρω, (φέρω, *irreg.*) vicissim effero et exporto.

ἀντελαττόομαι, vicissim vincor.

ἀντελιγμός, οῦ, ὁ, conversio et replicatio contraria. *Ion.* pro ἀνθελιγμός.

ἀντέλλω, *poet.* pro ἀνατέλλω.

ἀντελπίζω, f. ίσω, novam spem concipio. 2) contra spero.

ἀντεμβαίνω, (ἐμβαίνω, *irreg.*) mutuo eo vel procedo in aliquid, Galen. *Subst.* ἀντέμβασις, ἡ.

ἀντεμβάλλω, (βάλλω, *irreg.*) vicissim injicio, vel in locum alterius repono. 2) rependo, refundo. 3) contra irruo, contra impetum facio.

ἀντεμβιβάζω, substituo, addo supplementum, vicissim impono.

ἀντεμβολή, ῆς, ἡ, (ἀντεμβάλλω) injectio unius in locum alterius. 2) substitutio, suffectio.

ἀντεμβριμάομαι, vicissim minor, Nicet. ann. 9, 16.

ἀντεμπαίζω, vicissim illudo, *c. dat.*

ἀντεμπήγνυμι, (πήγνυμι, *irreg.*) vicissim infigo. Ar. Ach. 230.

ἀντεμπίπλημι, (πίμπλημι, *irreg.*) vicissim impleo, remunerandi caussa repleo et instruo, Xen., Plat. Legg. 4. p. 705. B. *Not.* Forma ἀντεμπίμπλημι poetica tantum est, vide *simplex.*

ἀντεμπίπρημι, (πίμπρημι, *irreg.*) vicissim incendo, vide *simplex.*

ἀντεμπλέκω, f. ξω, (πλέκω) mutuo implico, vicissim necto. 2) *Med.* amplector mutuo.

ἀντεμπλοκή, ῆς, ἡ, mutuus complexus, complexus mutuo haerentium.

ἀντεμφαίνω, (φαίνω) contradico, refellere tento.

ἀντέμφασις, εως, ἡ, (ἀντεμφαίνω) contraria demonstratio, contradictio, oppositio.

ἀντεναγωγή, ῆς, ἡ, (ἄγω) mutua accusatio.

ἀντεναντίωσις, εως, ἡ, figurae nomen, quum per contrarium dicimus, quod velut per adfirmationem dictum intelligi volumus.

ἀντενδείκνυμαι, contra indico, contrarium indicium affero: dissuadeo.

ἀντένδειξις, εως, ἡ, obnunciatio, consilii capti et agitati diremptio. A praec.

ἀντενδύομαι, (δύω) vicissim induor, seu induo me.

ἀντενέδραι, ῶν, αἱ, (ἐνέδρα) mutuae insidiae, insidiae insidiis oppositae.

ἀντενεδρεύω, f. εύσω, contra insidior.

ἀντενεργέω, efficacem vim habeo contra aliquid, operor adversus aliquid.

ἀντενεχυράζομαι, vicissim pignus capio.

ἀντενέχυρον, ου, τό, pignus, quod contra datur vel accipitur.

ἀντεξάγω, (ἄγω, *irreg.*) vicissim educo, e contrario educo in hostem. 2) resisto, repugno.

ἀντεξαιτέω, f. ήσω, (ἐξαιτέω) vicissim exposco.

ἀντεξανίστημι, vicissim surgere jubeo, mutuo erigo, Heliod. 7, 19.

ἀντεξαπατάω, (ἀπατάω) vicissim decipio.

ἀντέξειμι, (εἶμι) contra prodeo in aciem.

ἀντεξελαύνω, f. λάσω, (ἐλαύνω, *irreg.*) contra produco, vicissim emitto. 2) *intr.* subintellecto στρατόν, ἵππον, ναῦν, vel simili voce, contra prodeo in aciem, contra exeo ad pugnam.

ἀντεξέρχομαι, (ἔρχομαι, *irreg.*) idem quod ἀντέξειμι, Xen.

ἀντεξετάζω, f. άσω, contra, vel vicissim examino, quaero: contendo, comparo. *Med.* ἀντεξετάζομαι, contra examinor, ad caussam accurro, judicio me sisto, adversor.

ἀντεξέτασις, εως, ἡ, collatio, comparatio.

ἀντεξετασμός, οῦ, ὁ, i. q. ἀντεξέτασις, *dub.*

ἀντεξορμάω, f. ήσω, (ὁρμάω) contra irruo et impetum facio.

ἀντεξόρμησις, εως, ἡ, impetus acierum in primo concursu: contrarius incursus. A praec.

ἀντέξωσις, ἡ, (ὠθέω) mutua expulsio. Diog. L. 10, 93.

ἀντεπάγω, (ἄγω, *irreg.*) reduco in aciem adversus aliquem. 2) *intr.* irruo, impetum facio.

ἀντεπαινέω, έσω, (αἰνέω) vicissim laudo. Xen.

ἀντεπανάγω, (ἄγω, *irreg.*) vicissim reduco, occurro. Thuc.

ἀντεπανέρχομαι, cursus redeo. Phavor. Lex. 571. 1.

ἀντεπαυξάνω, vicissim crescere facio, Theod. Prodr. p. 178.

ἀντεπαφίημι, (ἀφίημι, *irreg.*) vicissim emitto in aliquid, Luc. Zeux. c. 9.

ἀντέπειμι, (εἶμι) occurro, contra eo, ut ἀντέξειμι.

ἀντεπεισάγω, (ἄγω, *irreg.*) vicissim, seu e contrario induco.

ἀντεπείσοδος, ου, ἡ, (ἀντί, ἐπί, εἴσοδος) mutuus seu alternus ingressus, aditus alternus.

ἀντεπεισφέρω, (φέρω, *irreg.*) vicissim adfero vel addo.

ἀντεπεξάγω, (ἄγω, *irreg.*) ex adverso progredior; invadenti hostiliter occurro. Thuc.

ἀντεπέξειμι, (εἶμι) prodeo vicissim in aciem contra qm.

ἀντεπεξελαύνω, (ἐλαύνω, *irreg.*) i. q. ἀντεξελαύνω.

ἀντεπεξέρχομαι, ex adverso progredior in aliquem. Thuc.

ἀντεπέξοδος, ἡ, (ἐπέξοδος) eruptio in hostes irruentes, *hostilis aggressio, quae fit contra.*

ἀντεπερείδομαι, (ἐρείδω) obnitor, renitor.

ἀντεπέρχομαι, idem quod ἀντεπεξέρχομαι.

ἀντεπερωτάω, (ἐπερωτάω) restipulor.

ἀντεπερώτησις, εως, ἡ, restipulatio.

ἀντεπηχέω, (ἠχέω) vicissim resono, clamorem reddo.

ἀντεπιβαίνω, (ἐπιβαίνω, *irreg.*) contra eo, adversor, invado.

ἀντεπιβουλεύω, insidiantibus ex adverso insidior, contra insidias tendo, τινί, Thuc.

ἀντεπιγράφω, (γράφω) in locum alterius inscribo, v. c. nomen; titulum muto, alium repono. 2) rescribo, respondeo.

ἀντεπιδείκνυμι, vicissim ostendo.

ἀντεπίθεσις, εως, ἡ, insidiae vicissim factae. Phil. J. p. 1113. A.

ἀντεπιθυμέω, (ἐπιθυμέω) contra cupio, rivalis, competitor sum. *Pass.* vicissim concupiscor, *c. gen.* τῆς συνουσίας, ad familiaritatem ineundam, Xen. mem. 2, 6, 28.

ἀντεπικαλέω, έσω, (ἐπικαλέω) vicissim advoco, invoco.

ἀντεπικηρύσσω, (κηρύσσω) contra renuntio, vicissim proclamo, contra proscribo aliquem.

ἀντεπικουρέω, (ἐπικουρέω) contra auxilior, vicissim auxilior. Xen.

ἀντεπικρατέω, f. ήσω, (κρατέω) vicissim vinco.

ἀντεπιλαμβάνομαι, (ἐπιλαμβάνομαι, λαμβάνω, *irreg.*) contra nitens retineo.

ἀντεπιμελέομαι, (ἐπιμελέομαι) vicissim curam gero. Thuc.

ἀντεπιμέλλω, (ἐπιμέλλω, *irreg.*) contra cunctor in re aliqua, vicissim cunctor.

ἀντεπιμετρέω, (ἐπιμετρέω) remetior, eadem mensura retribuo.

ἀντεπινοέω, (ἐπινοέω) vicissim, seu contra alium excogito et comminiscor, Joseph.

ἀντεπιπλέω, f. πλεύσομαι (πλέω, *irr.*) contra tendo, obnavigo, hostium classi occurro.

ἀντεπιῤῥέω, f. ῥεύσομαι, (ῥέω, *irreg.*) vicissim adfluo.

ἀντεπίῤῥημα, ατος, τό, pars Parabaseos chori, respondens ἐπιῤῥήματι.

ἀντεπισκώπτω, f. ψω, (σκώπτω) repungo dicteriis.

ἀντεπιστέλλω, (στέλλω) per epistolam rescribo, respondeo.

ἀντεπιστρατεύω, (στρατεύω) vicissim bellum infero. Xen.

ἀντεπιστρέφω, (ἐπιστρέφω) vicissim, vel contra converto. Xen.

ἀντεπιστροφή, ῆς, ἡ, conversio mutua, vel contraria, vel in contrariam partem.

ἀντεπιτάσσω, f. ξω, (ἐπιτάσσω) contra injungo, vicissim impono.

ἀντεπιτειχίζω, vicissim munitionem exstruo. Thuc.

ἀντεπιτίθημι, (τίθημι) contra do mandata alicui ad aliquem, rescribo, respondeo nuncio, do epistolam responsoriam, Thuc. 1, 129. *med.* me alicui injicio, hostiliter aliquem aggredior, *c. dat.*

ἀντεπιτρέχω, (τρέχω, *irreg.*) contra irruo in aliquem. Suid.

ἀντεπιφέρω, (φέρω, *irreg.*) vicissim adfero, contra aliquem fero vel duco.

ἀντεπιφιλοτιμέομαι, per ambitionem s. honoris caussa cum aliquo certo, contendo.

ἀντεπιφορά, ᾶς, ἡ, (ἀντεπιφέρω) mutua relatio s. adductio.

ἀντεπιχειρέω, (ἐπιχειρέω) contra adgredior, vicissim molior: contra invado: contra argumentor.

ἀντεπιχείρησις, εως, ἡ, ex adverso adgressio.

ἀντερανίζω, f. ίσω, (ἐρανίζω) vicissim corrogo, vicissim exigo. ἀντερανιζόμενον, quod sic exigitur.

ἀντεραστής, οῦ, ὁ, (ἐραστής) rivalis, aemulus alicujus in amore.

ἀντεράστρια, ας, ἡ, (ἐράστρια) fem. ab ἀντεραστής, pellex.

ἀντεράω, (ἐράω, *irreg.*) redamo, vicissim amo, mutuo amore prosequor. *c. gen.* et *accus.* 2) aemulor, aemulus sum. *c. dat.*

ἀντεργολαβέω, (ἐργολαβέω) contendo cum aliquo in redemtura operis faciendi.

ἀντερείδω (ἐρείδω) fulcio: oppono, objicio. 2) *intr.* renitor, resisto, non recedo: *metaph.* repugno, certo cum aliquo.

ἀντερεῖν, (ἐρεῖν, *irreg.*) contradixisse, inf. aor., unde praeterea fut. ἀντερῶ, pf.

ἀντείρηκα. Reliqua fiunt ab ἀντειπεῖν.

ἀντέρεισις, εως, ἡ, renixus, obluctatio.

ἀντέρεισμα, τος, τό, idem, *item* fulmentum.

ἀντερίζω, (ἐρίζω) contendo cum aliquo, certo cum aliquo per aemulationem. Hesych.

ἀντέρομαι, (ἔρομαι, *irreg.*) vicissim interrogo.

ἀντερύομαι, (ἐρύω) *propr.* aequilibrium efficio, hinc: paris aestimo, *c. gen.* πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι ἄξιος, aequiparandus est auro et argento, Theogn. 77. (υ breve)

ἀντερῶ, fut. ab ἀντειπεῖν, quod vide.

ἀντέρως, ωτος, ὁ, (ἔρως) amor mutuus, Plat. Phaedr. 255. D. εἴδωλον ἔρωτος ἀντέρωτα ἔχων, cf. Plut. Alcib. 4. 2) *Nom. propr.* Ἀντέρως, *a*) Amor Amori oppositus, i. e. genius, qui cum Amore pugnat, Paus. 6, 23, 4. *b*) Deus, qui amorem aspernentes ulciscitur. Deus ultor eorum, qui amantes aspernunt, Paus. 1, 30, 1. cf. Cic. N. D. 3, 23.

ἀντερωτάω, f. ήσω, (ἐρωτάω) vicissim interrogo, vicissim percontor.

ἀντερώτησις, εως, ἡ, mutua interrogatio, interrogatio, quae fit vicissim. A praec.

ἀντεστραμμένως, *adv.* (ἀντιστρέφω) vice versa.

ἀντευεργετέω, vicissim benefacio, gratiam refero.

ἀντευεργέτημα, ατος, τό, remuneratio, gratia relata.

ἀντευεργέτης, ου, ὁ, qui gratiam refert.

ἀντευεργετικός, ή, όν, beneficium reddens, seu referens. A praec.

ἀντεύκρατος, ον, (εὔκρατος) Epith. zonae, quae temperatae opposita est.

ἀντευνοέω, vicissim benevolus sum, redamo.

ἀντευπάσχω, f. πείσομαι, (πάσχω, *irr.*) vicissim beneficio afficior, Plat. Gorg. 520. e. ex rec. Bekkeri. Non assentior Schaefero eum Scaligero hoc compositum damnanti, Mel. p. 6. 68.

ἀντευποιέω, beneficium rependo, gratiam refero.

ἀντευφημέω, (εὐφημέω) vicissim collaudo.

ἀντευχαριστέω, vicissim gratias ago. Porphyr. de Abst. II. 37. 170.

ἀντεφεστιάω, vicissim convivio accipio. Plat. Tim. p. 17. b. cum v. l. ἀνταφεστιᾶν. Ael. h. a. 13, 7.

ἀντεφευρίσκω, contra invenio.

ἀντεφοδιάζω, vicissim ad profectionem adversus aliquem instruo. *Med.* ingruo, irruo.

ἀντεφορμάω, vicissim vel ab alia parte irruo in aliquem, Heliod. 8, 16.

ἀντεφορμέω, naves in statione habeo ad praelium paratas.

ἀντέχω, f. ἀνθέξω, (ἔχω, *irreg.*) teneo, firmiter teneo, *c. gen. dat.* vel πρός τι, etiam χεῖρα τινός: inhaereo, amplector; duro, sustineo: retineo, inhibeo, prohibeo: perfero, tolero. 2) sufficio, possum, animum adjicio ad aliquid agendum, expetendum. *Med.* ἀντέχομαι, teneo ante me, tego me aliqua re, Od. 22, 74. 3) *c. gen.* adhaereo alicui rei, ἀρετῆς, Hdt. 1, 134. Xen. firmiter teneo, constanter servo.

ἀντέω, *Ion.* pro ἀντάω, obviam eo, occurro.

ἀντήεις, εσσα, εν, (ἄντα) oppositus, adversarius. *Dor.* ἀντάεις.

ἀντήλιος, ον, (ἀντι, ἥλιος) *Ion.* p. ἀνθήλιος, soli oppositus, soli expositus. 2) soli similis. 3) ἀντήλια, i. q. παρήλια, A. B. 411. (Forma haec *Ionica* optimis Atticis est usitata, vid. Lobeck. Soph.Aj. 805)

ἀντημοιβός, όν, remuneratorius, *Ion.* pro ἀνταμοιβός.

ἄντην, *adv.* coram. 2) ex adverso. 3) manifesto, aperte. Ab ἀντί.

ἀντήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ἀνήρ) qui viri loco est. Aesch. Ag. 451.

ἀντηρέτης, ου, ὁ, (ἐρέτης) qui contra remigat: adversarius, hostis.

ἀντήρης, ες, (ἀντί) oppositus, contrarius, adversarius. πληγαὶ στέρνων ἀντήρεις, Soph. El. 89. (De etymologia v. ἀμφήρης.)

ἀντηρίς, ίδος, ἡ, (ἄρω vel ἐρείδω) sublica, fulcrum adjectum aedificio. ἀντηρίδες, tibicines.

ἄντησις, εως, ἡ, (ἀντάω) occursus. 2) *in plur.* supplicationes, supplices preces.

ἀντηχέω, f. ήσω, resono.

ἀντήχησις, ἡ, sonus repercussus, resonantia.

ἀντί, *praep. c. gen.* significans id quod est oppositum, 1) de loco, *contra*, *ex adverso*, *e regione*, *coram*, *ante*, ἀντὶ ὀφθαλμῶν, ante oculos. 2) *contra*, *adversus*, sensu hostili, ἐείσατο ἀντὶ Αἴαντος, Il. 15, 415. 3) *vice*, *loco*, *pro*, *instar*, ἀντὶ πολλῶν λαῶν ἐστί, vices multorum sustinet, Il. 9, 116. ἀνθ' οὗ vel ἀνθ' ὧν, cujus loco, pro quo, quapropter. ἓν ἀνθ' ἑνός, alterum ai comparetur cum altero, i. e. prae reliquis, praecipue, Plat. Rep. p. 331. b. Phileb. 63. B. Legg. 705. B. Sic etiam ἀντί ponitur post comparativum, μὴ στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον, loco tui, i. e. quam te, Soph. Tr. 577. cf. Ant. 182. sic quoque post ἄλλος, Soph. Aj. 444. Ar.Nub. 653. Jac. A. P. 818. αἱρεῖσθαί τι ἀντί τινος, pro quo usitatius est πρό τινος, Xen. Ponitur etiam in obtestationibus pro πρός *c. gen.* Soph. O. C. 1326. Ap. Rh. 2, 216. 4) in compositione significat *contra*, *e regione*, de loco: *adversum*, sensu hostili: *vicissim*: vice, loco, ut in ἀντιβασιλεύς: denique parilitatem, ut ἀντίθεος, — Haec praepositio etiam, ubi casui suo postponitur, nunquam tamen ex grammaticorum praeceptis patitur anastrophen, ut ἀνά, cf. tamen Herm. Cens. Med. Elmsl. 1143.

ἀντία, *adv.* ex adverso, contra. *Neutrum Plur.* ab ἀντίος.

ἀντιάζω, f. άσω, *Dor.* άξω, (ἀντί) obviam procedo. 2) obtestor, precibus adeo. Utraque signif. *c. gen.*

ἀντιαμοιβός, idem quod ἀνταμ. *poet.*

ἀντιάνειρα, ας, ἡ, (ἀντί, ἀνήρ) virago, viris aequiparanda. στάσις ἀντιάνειρα, in qua vir cum viro pugnat. Pind.

ἀντιάξων, ονος, ὁ, (ἄξων) axis seu polus, qui nostro oppositus est: ora australis nobis incognita.

ἀντιάς, άδος, ἡ, tonsillae glandula.

ἀντιαχέω, reclamo, contradico; proclamo versus aliquem.

ἀντιάω, f. άσω, (ἀντί, ἀντίος) Hom. ἀντιόω obviam eo, et quidem 1) hostiliter obviam eo, *c. gen.* Il. 7, 231. 2) obviam eo alicui rei, quaero aliquid, πολέμοιο, μάχης, Hom. hinc consequor, adsequor, contingit mihi, *c. gen.* sic et *Med.* at rarissime, Od. 24, 56. 3) *occurro*, casu incido in aliquem, *c. dat.* Od. 18. 146. Il. 21, 157. ἀντιάσας, i. q. ὁ τυχών, quilibet primum obviam factus. 4) curo, colo, *c. acc.* λέχος, Hom. 5) precor, supplico, Ap. Rh. 3, 694. 6) ἀντιάομαι, i. q. ἐναντιοῦμαι, *c. dat.* Thuc. 2, 40. Aesch. Sup. 390. (Alpha penultimae semper corripitur, etiam in fut.)

ἀντιβάδην, *adv.* obnixe, contra nitendo. 2) retro eundo, retrorsum.

ἀντιβαίνω, (βαίνω, *irreg.*) obviam eo: adversor, refragor, obnitor, *c. dat.*

ἀντιβάλανος, ου, ἡ, i. q. κηκίς, galla. Hesych.

ἀντιβάλλω, contra jacio, ex adverso jacio, objicio. 2) inter se confero, comparo: recognosco, retracto; relego, ap. seriores, Lobeck Phr. p. 217. sq. 3) ἀντιβάλλειν πρὸς ἀλλήλους, inter se colloqui.

ἀντιβασιλεύς, έως, ὁ, prorex, regis vicarius, qui regis locum obtinet. Ap. historicos. Rom. Interrex.

ἀντιβασιλεύω, interrex, prorex sum.

ἀντίβασις, εως, ἡ, (ἀντιβαίνω) contraitio, obviam itio, occursus. 2) refragatio.

ἀντιβάτης, ου, ὁ, repagulum jannae, quod veluti renititur et obsistit. Ab eodem.

ἀντιβατικός, ή, όν, obvius, reluctans Ab eod.

ἀντιβίᾳ, *adv.* contra, e contrario, ex adverso. 2) coram, in conspectu. *Dativus fem.* ab ἀντίβιος.

ἀντιβιάζομαι, f. άσομαι, reluctor, vi obsisto.

ἀντιβιβρώσκω, vicissim comedo.

ἀντιβίην, *adv.* idem quod ἀντιβίᾳ.

ἀντίβιον, *adv.* idem.

ἀντίβιος, ια, ιον, et ἀντίβιος, ον, (βία) contrarius, adversus.

ἀντιβλάπτω, f. ψω, vicissim noceo.

ἀντιβλέπω, f. ψω, ex adverso intueor. 2) adversis seu rectis oculis adspicio. 3) renitor, obsisto. *c. dat.*

ἀντίβλεψις, εως, ἡ, obtutus. A praec.

ἀντιβοάω, f. άσω, *Ion.* ήσω, contra clamo, clamore respondeo. (α penultimae in fut. producitur.)

ἀντιβοηθέω, f. ήσω, vicissim auxilior, *c. dat.*

ἀντίβοιος, ον, (βοῦς) bovis pretium aequans, tantum valens, quantum valet bos.

ἀντιβολέω, f. ήσω, (βάλλω) occurro, *c. dat.* pers. 2) consequor, intersum. *c.gen.* rei. 3) supplico, oro, precor, obsecro, obtestor, *c. acc.* pers.

ἀντιβολή, ῆς, ἡ, (ἀντιβάλλω) occursus: conflictus: collatio.

ἀντιβόλησις, εως, ἡ, (ἀντιβάλλω) supplicatio, postulatio, adhortatio, deprecatio.

ἀντιβολία, ας, ἡ, idem.

ἀντιβομβέω, (βομβέω) obstrepo.

ἀντιβουκολέω, (βουκολέω) vicissim decipio, deludo. Justin. M. ad Zen. et Ser. p. 510. C.

ἀντιβραδύνω, vicissim cunctor. Sch.Thuc. 3, 12.

ἀντιβροντάω, f. ήσω, contra tonantem tono.

ἀντιγέγωνα, (γέγωνα) reclamo.

ἀντιγενεαλογέω, f. ήσω, e diverso, aliter progeniem recenseo.

ἀντιγεννάω, vicissim gigno.

ἀντιγηροτροφέω, vicissim in senectute alo.

ἀντιγνωμονέω, contra sentio, dissentio, refragor.

ἀντιγνώμων, ον, (γνώμη) qui contrariae est sententiae seu opinionis.

ἀντίγραμμα, ατος, τό, (ἀντιγράφω) contrarium scriptum.

ἀντιγραφεύς, ὁ, contrascriptor.

ἀντιγραφή, ῆς, ἡ, descriptio, rescriptum, scriptum oppositum, ἀντιγραφαί, constitutiones. 2) accusatio ejus, a quo ante reus factus sis: lites, controversiae.

ἀντίγραφον, ου, τό, exemplar, exemplum, v. c. libri.

ἀντίγραφος, ον, ex alio scriptus, descriptus.

ἀντιγράφω, f. ψω, rescribo, scripto respondeo. *med.* litem contestor, accuso eum, qui me reum fecit.

ἀντιδάκνω, f. δήξομαι, (δάκνω, *irreg.*) remordeo.

ἀντιδείκνυμι, contra ostendo.

ἀντίδειξις, εως, ἡ, opposita demonstratio, Thuc. 3, 42. cf. Poppo 1, 1, p. 243.

ἀντίδειπνος, ον, (δεῖπνον) vicarius alicujus in sumenda coena, alterius loco in coena suffectus.

ἀντιδεξιόομαι, f. ώσομαι, vicissim amice excipio, vicissim dextram porrigo vicissim gratificor, liberaliter, comiter tracto.

ἀντιδέομαι, (δέομαι, *irreg.*) vicissim peto ab aliquo, Plot. Lach. p. 248. A.

ἀντιδέρκομαι, (δέρκω, *irreg.*) contra tueor, non timeo aliquem: quod alias ἀσκαρδαμύττειν.

ἀντιδέχομαι, f. ξομαι, (δέχομαι, *irreg.*) vicissim accipio.

ἀντιδημαγωγέω, vicissim mihi populum concilio, vel contra apud populum dico, contrariam sententiam in concionando tueor.

ἀντιδημιουργέω, f. ήσω, vicissim (simile quid) fabricor. 2) opus contrarium fabricor.

ἀντιδιαβαίνω, (διαβαίνω, *irreg.*) vicissim transeo, v. c. mare.

ἀντιδιαβάλλω, (διαβάλλω, *irreg.*) vicissim criminor.

ἀντιδιαζεύγνυμι, oppono, Sext. Emp. 11, 15.

ἀντιδιαίρεσις, εως, ἡ, divisio in contraria, ut virtus, vitium. A seq.

ἀντιδιαιρέω, (αἱρέω, *irreg.*) in contrarias formas divido; oppono.

ἀντιδιάκονος, ον, vicissim serviens. (α ante penult. long.)

ἀντιδιαλέγομαι, τινί, oppono, objicio, Diog. L. 7, 202.

ἀντιδιαλλάσσομαι, permuto, velut captivos. 2) muto in contrarium, contrario modo v. c. narro.

ἀντιδιάμετρος, ον, e regione oppositus, contrarius.

ἀντιδιαπλέκω, (πλέκω) qs. contra involvo. *metaph.* quod contra dicam excogito, respondeo.

ἀντιδιαπολιτεύομαι, v. διαπολιτεύομαι.

ἀντιδιαστέλλω, (διαστέλλω) distinguo.

ἀντιδιαστολή, ῆς, ἡ, discrimen, differentia, distinctio.

ἀντιδιαστροφή, ῆς, ἡ, distinctio, discrimen.

ἀντιδιατάσσω, contra statuo, seu decerno.

ἀντιδιατίθημι, contrarie dispono. *med.* repello, ulciscor. Hinc ἀντιδιατιθέμενος, resistens, contrario animo adfectus, qui contra sentit.

ἀντιδιδάσκω, (διδάσκω, *irreg.*) alia, contraria doceo, Ar.

ἀντιδίδωμι, f. ώσω, do vicissim, rependo. 2) mutuo do, quum sc. uterque dat. 3) offero permutationem fortunarum. v. ἀντίδοσις.

ἀντιδιέξειμι, (εἶμι) contra enarro, differo.

ἀντιδιεξέρχομαι, (ἔρχομαι, *irreg.*) i. q. ἀντιδιέξειμι.

ἀντιδιΐστημι, distinguo in contraria.

ἀντιδικάζω, f. άσω, contra judicio contendo.

ἀντιδικασία, ας, ἡ, adversatio.

ἀντιδικέω, f. ήσω, (ἀντίδικος) ad caussam occurro, judicio me sisto: contra litigo, adversor, reluctor, *c. dat.* pers.

ἀντιδίκησις, εως, ἡ, refragatio, adversatio.

ἀντιδικία, ας, ἡ, contra litigatio, oppositio litigantium inter se.

ἀντίδικος, ον, adversarius in lite, litigans contra aliquem: hostis, adversarius.

ἀντιδιορίζω, contra definio, Galen.

ἀντιδιορύσσω, (ὀρύσσω) contra cuniculos ago.

ἀντιδογματίζω, f. ίσω, contraria dogmata introduco, vel tueor.

ἀντιδοκέω, contra censeo, contrariam sententiam foveo.

ἀντιδοξάζω, f. άσω, opinionis contrariae sum, contrarium scitum foveo. 2) glorifico.

ἀντιδοξέω, f. ήσω, dissentio, refragor.

ἀντίδοξος, ον, (δόξα) qui est contrariae sectae, vel opinionis.

ἀντίδορον, ου, τό, (δορά) cuticula, quae subjicitur et opponitur tergori et pelli, Suid. *dub.*

ἀντιδοσία, ἡ, retributio. Philo legg. alleg. 2. p. 81. D.

ἀντίδοσις, εως, ἡ, (ἀντιδίδωμι) retributio, remuneratio. 2) verbum forense actionis, qua is, qui recusat tributum vel munus impositum, propterea, quod id suas facultates superet, defert alium, qui censum habeat, cui tributum illud conveniat, eoque negante, permutationem rei familiaris se cum illo facturum promittit. Sic est haec vox accipienda in Isocratis orat. περὶ ἀντιδόσεως. Wolf. prol. ad Dem. Lept. p. 123. Boeckh. Oec. publ. Ath. II, p. 122.

ἀντίδοτον, ου, τό, (ἀντιδίδωμι) remedium veneni, medicamentum, quod adversus malum aliquod datur, scil. πόμα.

ἀντίδοτος, ον, (ἀντιδίδωμι) qui remedii gratia datur. ἡ ἀντίδοτος sc. πόσις, remedium.

ἀντιδουλεύω, (δουλεύω) vicissim servio, loco servi sum.

ἀντίδουλος, ου, qui loco servi est, *item*, vicarius servi. 2) vicissim serviens. seu ministrans. Aesch. Choe. 133.

ἀντίδουπος, ον, (δοῦπος) contra sonans.

ἀντιδράω, f. άσω, vicissim facio; rependo.

ἀντιδρομέω, (δρόμος) occursito, Luc. cf. Lobeck. p. Phryn. p. 591.

ἀντιδυσχεραίνω, contra irascor.

ἀντιδυσωπέω, i. q. ἀνθικετεύω, Euseb. V. Const. 3, 33. cf. Schaef. ad Sch. Ap. Rh. p. 244. sq.

ἀντιδωρεά, ᾶς, ἡ, remuneratio, retributio.

ἀντιδωρέομαι, remuneror.

ἀντίδωρον, ου, τό, idem quod ἀντιδωρεά. 2) Scriptores Ecclesiastici de Eulogiis utuntur.

ἀντιζηλόομαι, aemulor.

ἀντίζηλος, ον, aemulus, pellex. Phav.

ἀντιζητέω, contra, pariter quaero me quaerentem, vel interrogo interrogantem.

ἀντίζομαι, *Ion.* p. ἀνθίζομαι, contra sedeo.

ἀντίζυγος, ον, ex adverso respondens, i. q. ἀντίῤῥοπος. 2) adversus, oppositus.

ἀντιζυγέω, obnitor. τὸ ἀντιζυγοῦν, contrarium.

ἀντιθάλπω, vicissim, mutuo foveo.

ἀντιθάπτω, (θάπτω) opposito loco sepelio.

ἀντίθεος, ία, ιον, aequiparandus Deo, similis Deo, divinus, semideus. Hom. 2) deus infestus, Heliod.

ἀντιθεραπεύω, f. εύσω, vicissim colo et observo, mutua observantia colo. Xen.

ἀντιθερμαίνω, f. ανῶ, contra calefacio.

ἀντίθεσις, εως, ἡ, (ἀντιτίθημι) oppositio.

ἀντίθετος, ον, contra positus, oppositus.

ἀντιθέω, εύσομαι, (θέω, *irreg.*) occurro: currendo certo cum aliquo, Hdt.

ἀντιθλίβω, ψω, vicissim premo, contra premo. (ι penultimae longum.)

ἀντιθνήσκω, (θνήσκω, *irreg.*) contra morior.

ἀντιθορέω, (θορέω) contra sono.

ἀντίθρονος, ον, ex opposito sedens.

ἀντίθροος, ον, (θρόος) vicissim, vel contra sonans.

ἀντιθύρετρος, ον, (θύρετρον) vicem januae praestans.

ἀντίθυρος, ον, (θύρα) januae oppositus, januae obversus. *Neutr. subst.* vestibulum. Soph. El. 1433. βᾶτε κατ' ἀντιθύρων.

ἀντικαθαιρέω, (αἱρέω, *irreg.*) vicissim perdo, everto.

ἀντικαθέζομαι, (ἕζομαι, *irreg.*) contra aliquem consedi: saepe dicitur de duobus exercitibus, qui castra adversa locarunt.

ἀντικαθεύδω, (εὕδω, *irreg.*) contra s. vicissim dormio.

ἀντικάθημαι, (ἧμαι) in conspectu hostium castra habeo: castris castra oppono.

ἀντικαθίζω, f. ίσω, (ἵζω, *irreg.*) ex adverso colloco. *Med.* ex adverso sedeo. 2) castra castris opposita habeo.

ἀντικαθίστημι, (ἵστημι) contra statuo, adversus aliquem statuo, oppono: substituo, sufficio in locum alterius, subrogo. 2) *in temp. intr. et Med.* adversarius sum, contra pugno, contra sto, repugno, suffero, sufficior, succedo in locum. *c. dat.*

ἀντικακουργέω, vicissim malum infero, τινά.

ἀντικακόω, i. q. ἀντικακουργέω.

ἀντικαλέω, (καλέω, *irreg.*) vicissim voco, invito.

ἀντικανονίζω, contra canones constituo, vel decerno.

ἀντικάρδιον, ου, τό, cavum illud, quod sub pectore est molleque os ventris.

ἀντικαρτερέω, resisto incommodo, perfero incommodum.

ἀντικατακαίνω, (καίνω) vicissim occido, Aesch. Choe. 141. ex emend. Hermanni.

ἀντικαταλαμβάνω, e regione occupo.

ἀντικαταλέγω, lego in locum aliorum: de militibus.

ἀντικαταλείπω, vicissim relinquo, v. c. liberos, hereditatem liberis.

ἀντικαταλλαγή, ῆς, ἡ, permutatio, vel permutandi facultas.

ἀντικατάλλαγμα, τος, τό, remuneratio, compensatio.

ἀντικαταλλάσσω, (ἀλλάσσω) permuto, commuto, τί τινος, aliquid c. alio: reconcilio.

ἀντικαταμύω, contra s. vicissim conniveo.

ἀντικαταπλήττω, f. ξω, (πλήττω) vicissim perterrefacio.

ἀντικατασκευάζω, contra apparo, v. c. bellum, naves.

ἀντικατάστασις, εως, ἡ, (ἀντικαθίστημι) restitutio, refectio, redhibitio. 2) dimicatio, refutatio, contra disputatio. 3) disceptatio caussae.

ἀντικαταστρατοπεδεύω, castra castris oppono.

ἀντικατάσχεσις, εως, ἡ, retentio, v. c. spiritus, urinae.

ἀντικατατείνω, contra contendo, contra dissero.

ἀντικατατρέχω, (τρέχω, *irreg.*) vicissim incursionibus infesto.

ἀντικαταφρονέω, contemnentem me contemno.

ἀντικατηγορέω, f. ήσω, vicissim accuso

ἀντικατηγορία, ας, ἡ, mutua accusatio, recriminatio. A praec.

ἀντίκειμαι, f. είσομαι, ex adverso situs, seu positus sum, oppositus sum, obsto, refragor, officio, obsum. ἀντικείμενος, adversarius, obtrectator: objectus, adversus.

ἀντικειμένως, *adv.* ex opposito.

ἀντικέλευθος, ον, obvius: adversus, oppositus.

ἀντικελεύω, f. εύσω, contra jubeo, vicissim jubeo, contraria jubeo.

ἀντίκεντρον, ου, τό, par stimulo, stimuli vim habens, incitamentum. Aesch.

ἀντικηδεύω, colo in modum, v. c. patris: rursus colo.

ἀντικήδομαι, rursus colo.

ἀντικηρύσσω, contra praedico, dico, edico.

ἀντικινέω, f. ήσω, contra moveo. 2) *intr.* intellecto στρατόν, exercitum adversus hostem moveo. *Pass.* occurro hosti ad resistendum.

ἀντικίνησις, εως, ἡ, motus contrarius. (Antepen. longa.)

ἀντικίχρημι, i. q. ἀντιχράω.

ἀντικλάζω, f. γξω, (κλάζω, *irreg.*) reboo, clangorem vicissim edo.

ἀντικλαίω, f. κλαύσομαι, (κλαίω, *irreg.*) contra s. vicissim ploro, Hdt. 3, 14. *Att.* ἀντικλάω, penultima longa.

ἀντικλάω, refringo, de radiis lucis.

ἀντίκλειθρον, ου, τό (κλεῖθρον) adulterina clavis.

ἀντίκλεις, ειδος, ἡ (κλείς) adulterina clavis.

ἀντικλίνω, (κλίνω) contra declino et dejicio. 2) ex adverso aduuo.

ἀντικνημίζω, i. e. τύπτω εἰς ἀντικνήμιον, cf. Lob. ad Phryn. p. 95.

ἀντικνήμιον, ου, τό, (κνήμη) pars surae opposita, pars cruris anterior; tibia.

ἀντικολάζω, vicissim punio. 2) contra supplicio adficio, sc. loco praemii.

ἀντικολακεύω, f. εύσω, vicissim adulor, adsentando par pari refero.

ἀντικομίζομαι, f. ίσομαι, vicissim reporto: vicissim recipio.

ἀντικομπάζω, (κομπάζω) contra, vicissim me jacto.

ἀντικόντωσις, εως, ἡ, (κοντός) renixus, qui fit conto, quum quis loco cruris conto corpus fulcit.

ἀντικοπή, ῆς, ἡ, repulsus, ipse repellendi actus: conflictatio, collisio. A seq.

ἀντικόπτω, f. ψω, retundo, refero, repercutio: propulso, renitor, me oppono.

ἀντικορύσσομαι, vicissim ad praelium me comparo.

ἀντικοσμέω, vicissim orno: contra instruo, apparo.

ἀντικόσμησις, εως, ἡ, apparatus ad bellum contra aliquem.

ἀντικράζω, contra clamo.

ἀντικρίνω, (κρίνω) comparo.

ἀντίκρισις, εως, ἡ, i. q. ἀπόκρισις.

ἀντίκρουσις, εως, ἡ, repulsus, impulsus contrarius, seu in contrariam partem: repugnantia.

ἀντικρούω, ούσω, retundo, repello. 2) *intr.* incurro, offendo; resisto, repugno, dissentio: praeter opinionem evenio. ἀντίκρουσέ τι, accidit aliquid adversi.

ἀντικρύ et ἀντικρύς vel ἄντικρυς, (jacet enim res in controversiis,) *Adv.* cujus radix esse videtur ἀντικρούω. Utraque forma diverso modo adhibetur, vide Ammon. Herodian. et Etym. s. v. Schol. Ven. 5, 339. A. B. I. p. 408, 27. ubi traditur ἀντικρύ de loco pro ἐξ ἐναντίας dici, ἀντικρύς autem pro φανερῶς, διαῤῥήδην. Addunt Phryn. Epit. p. 443. et Thom. M. priori significatione frequenter etiam καταντικρύ dici. Hae regulae optimorum scriptorum confirmantur, significat igitur *A)* ἀντικρύ, *ex adverso*, *e regione*, *contra*: *opposite coram.* ἀντικρύ μάχεσθαι, μεμαώς, ἀπόφημι, Il. 5, 130. 13, 137. 7, 362. etiam *c. gen.* Il. 8, 301. Sic etiam Attici, apud quos tamen hac significatione frequentius est καταντικρύ, Thuc. 1, 102. 7, 26. Plat. Charm. 155: A. Alcib. I. 132. Dem. c. Callicl. 1221. R. Ruhnken. ad Tim. p. 37. Contra grammaticorum sententiam seriores hac significatione etiam ἀντικρύς dixerunt, ut Pausan. Arr. App. Plut.: immo invenitur etiam καταντικρύς, v. Lobeck. Phryn. p. 444. 2.) Homerus formam ἄντικρυ etiam posuit pro *recta*, Il. 4, 481 5, 74. 189. et *plane, prorsus*, Il. 16, 116. 285. 17, 49. 24. 673. ubi Atticorum consuetudo efflagitat ἀντικρύς, quod plane ignorat poetarum princeps. ἀντικρὺ μακάρεσσιν ἔϊκτο, i. q. ἄντην, Ap. Rh. 4, 1612. *B)* ἀντικρύς, *recta*, ἐπ' εὐθείας, Plato Euthyd. 273. B. ἀντικρυς ἰὼν παρεκαθέζετο ἐκ δεξιᾶς, recta ad me perrexit et consedit a dextra. cf. Thuc. 2, 4. Ar. Lys. 1070. Eccles. 281. 2) *continuo extemplo*, *illico*, Auct. Axiochi 3, 8. 3) *plane*, *prorsus*, *palam*, *aperte.* Dem. de f. l. 205. A. ἀντικρυς καὶ διαῤῥήδην. id. c. Aristocr. 432. C. ἄντικρυς καὶ σαφῶς. Dicitur etiam εἰς τὸ ἀντικρύς iisdem significationibus. (Homerus ultimam in arsi producit, in thesi corripit.)

ἀντικρύς vel ἄντικρυς, vide ἀντικρύ.

ἀντικτάομαι, f. κτήσομαι, (κτάομαι, *irreg.*) emo pecunia, vel alterius rei permutatione mihi comparo.

ἀντίκτησις, ἡ, possessio rei loco alterius.

ἀντικτόνος, ον, (κτείνω) vicissim interficiens.

ἀντικτυπέω, (κτυπέω, *irreg.*) contra fragorem, strepitum edo.

ἀντίκτυπος, ον, obstrepens, contra sonans.

ἀντικυδαίνω, vicissim laudibus effero. Themist. p. 37. D.

ἀντικυμαίνομαι. (κυμαίνω) undabundus jactor contra aliquid.

ἀντικυρέω, f. κύρσω, (κυρέω, *irreg.*) incido in aliquem, nanciscor, offendo, *c. dat.* Soph. O. C. 99.

ἀντικυρία, ας, ἡ, (κῦρος) potestas opposita. Suid.

ἀντικύρικον, ου, τό, helleborus, sic dictus ab Anticyra insula.

ἀντικωλύω, (κωλύω) impedio.

ἀντικωμῳδέω, comoediam comoediae oppono, i. e. conviciis convicia regero.

ἀντιλαβεύς, έως, ὁ, (ἀντιλαμβάνω) scuti fibula, vel uncus scuti fibulam accipiens.

ἀντιλαβή, ῆς, ἡ, apprehensio, ansa: *metaph.* ansa reprehensionis. *Plur.* sententiae breves, hemistichio potissimum comprehensae, ap. Tragicos. Hesych.

ἀντιλαγχάνω, (λαγχάνω, *irreg.*) subsortior, vel vicissim sortior. 2) denuo judicio experior in eadem caussa, vid. ἀντίληξις.

ἀντιλάζομαι, et υμαι, prehendo, *poet.* p. ἀντιλαμβάνομαι.

ἀντιλακτίζω, f. ίσω, recalcitro, contra calcem impingo.

ἀντιλαμβάνω, (λαμβάνω, *irreg.*) recipio, vicissim accipio velut beneficium: rem aliam alterius loco accipio: intelligo, percipio, *quo sensu usitatius est Med.* ἀντιλαμβάνομαι, *quod praeterea* significat: prehendo, manum injicio: particeps fio, temeo: capesso, suscipio: affecto, vindico mihi: corripio, reprehendo: opitulor, sustineo cadentem, curam habeo, *cum gen. Intrans.* de herbis ἀντιλαμβάνονται, comprehendunt.

ἀντιλάμπω, f. ψω, e contrario splendeo, s. fulgeo, splendorem reflecto, refulgeo, renideo.

ἀντίλαμψις, ἡ, actio resplendendi, fulgor refractus.

ἀντιλέγω, f. ξω, contradico: nego, recuso: ambigo: altercor, dissentio, reclamo: oppono me, sum rebellis. *Constr.* πρός τι vel περί τινος, etiam c. inf.

ἀντίλεκτος, ον, controversus, dubius.

ἀντίλεξις, εως, ἡ, contradictio. 2) ἀντιλέξεις in tragoediis et comoediis opponuntur μονῳδίαις, suntque partes, quibus duo aut plures colloquuntur.

ἀντιλεσχαίνω, ogganio, adversus aliquem effutio aliquid.

ἀντιλέων, ὁ, similis leoni.

ἀντιληκτικός, est genus versus trimetri iambici, ap. Schol. Aristoph. Vesp. 248.

ἀντίληξις, εως, ἡ, (ἀντιλαγχάνω) quasi subsortitio, altera actio, quum in caussa ea, in qua, v. c. ob vadimonium ante desertum, damnatus sis, iterum adversus actorem et victorem experiare.

ἀντιληπτέος, ία, έον, (ἀντιλαμβάνω) suscipiendus.

ἀντιληπτικός, ή, όν, ad percipiendum aptus, comprehensibilis: sustinendo, s. opitulando aptus.

ἀντιλήπτωρ, ορος, ὁ, defensor, adjutor, propugnator.

ἀντίληψις, εως, ἡ, (ἀντιλαμβάνω) apprehensio, correptio. 2) opitulatio, subsidium, patrocinium: reprehensio, objectio: perceptio sementis: perceptio alienjus commodi.

Ἀντιλίβανος, ου, ὁ, Antilibanus, mons Libano oppositus.

ἀντιλιτανεύω, vicissim supplico.

ἀντιλόβιον, ου, τό, pars auris contra posita λοβῷ.

ἀντιλοβίς, ίδος, ἡ, idem et ab eodem.

ἀντιλογέω, f. ήσω, i. q. ἀντιλέγω.

ἀντιλογητικός, ή, όν, idem quod ἀντιλογικός, ap. Phavor. cf. Lobeck. Phryn. p. 520.

ἀντιλογία, ας, ἡ, (ἀντιλέγω) contradictio, disputatio doctorum hominum s. altercatio, controversia, convicium. 2) oratio contraria, refutatio prioris orationis. 3) oppositio, rebellio.

ἀντιλογίζομαι, f. ίσομαι, (λογίζομαι) vicissim, vel rursum cogito, contendo.

ἀντιλογική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars conten-

tionum et concertationum sophisticarum.

ἀντιλογικός, ή, όν, disputandi et refutandi peritus: argutus.

ἀντιλογικῶς, *adv.* contra dicendi caussa, contra dicentium modo.

ἀντίλογος, ον, contra dicens, contrarius.

ἀντιλοιδορέω, f. ήσω, (λοιδορέω) convicium regero.

ἀντιλυπέω, f. ήσω, vicissim molestus sum, vicissim negotium facesso.

ἀντιλύπησις, εως, ἡ, molestia, quae vicissim alicui exhibetur. A praec. (ῡ)

ἀντίλυρος, ον, (λύρα) lyrae respondens, lyrae consonans. Soph. Tr. 643.

ἀντίλυτρον, ου, τό, redemptionis pretium. Orph. Lith. 587.

ἀντιλυτρόω, (λυτρόω) pro redemptionis pretio liberum dimitto, reddo. *Med.* redimo.

ἀντιμαίνομαι, furo contra aliquem, per furorem alicui adversor.

ἀντιμανθάνω, (μανθάνω, *irreg.*) contra disco: vicissim disco.

ἀντιμαντεύομαι, vicissim vaticinia edo, Themist. p. 165. A.

ἀντιμαρτυρέω, f. ήσω, contrarium testor, reclamo; palam attestor, τινός, τινί et πρός τι.

ἀντιμάχησις, εως, ἡ, (ἀντιμάχομαι) depugnatio adversus aliquem, repugnatio, refragatio.

ἀντιμαχιστύς, ἡ, i. q. ἀντιμάχη. Eratosth. ap. Schol. Ven. τ. 254.

ἀντιμάχομαι, (μάχομαι, *irreg.*) pugno adversus aliquem: repugno, reluctor, adversor.

ἀντίμαχος, ον, qui pugnat adversus aliquem, adversarius.

ἀντιμεθέλκω, f. έλξω, (ἕλκω) in contrariam partem traho.

ἀντιμεθίστημι, in contrariam partem transfero. 2) loco moveo vel muto. *Med.* ἀντιμεθίσταμαι, in locum discedentis subeo: locum aut consilium muto resistendi vel repugnandi caussa. Sic ut in tempp. *intrans.* v. ἵστημι.

ἀντιμειρακιεύομαι, f. εύσομαι, vicissim erga aliquem juveniliter, vel, adolescentis more me gero.

ἀντιμελίζω, f. ίσω, contra modulor.

ἀντιμέλλω, vicissim cunctor.

ἀντιμέμφομαι, f. ψομαι, vicissim queror et expostulo.

ἀντιμένω, contra perduro, permaneo resistendo. *dub.*

ἀντιμέρεια, vel ἀντιμερία, ας, ἡ, (μέρος) quum pars pro alia ponitur.

ἀντιμεσουρανέω, (οὐρανός) in opposito caeli umbilico sum.

ἀντιμεσουράνημα, τό, locus in opposito coeli umbilico, Sext. p. 340.

ἀντιμεταβαίνω, (βαίνω, *irreg.*) obluctor in transitu, Trall. 7, p. 101.

ἀντιμεταβάλλω, (βάλλω, *irreg.*) in contrarium muto.

ἀντιμετάβασις, εως, ἡ, (μεταβαίνω) obluctatio in transitu.

ἀντιμεταβολή, ῆς, ἡ, (μεταβάλλω) mutatio in contrarium.

ἀντιμετάθεσις, εως, ἡ, permutatio. Longin. 26.

ἀντιμεταλαμβάνω, vicissim accipio: suscipio, velut odium.

ἀντιμετάληψις, εως, ἡ, participatio: quae vicissim fit: commutatio, quum vices redduntur.

ἀντιμεταλλεύω, contra cuniculos ago. Polyb.

ἀντιμεταῤῥέω, (ῥέω, *irreg.*) refluo.

ἀντιμετασπάω, alio traduco.

ἀντιμετάστασις, εως, ἡ, (ἀντιμεθίστημι) in contrariam partem translatio, seu transmutatio.

ἀντιμετάταξις, ἡ, permutatio loci; collocationis, quam exercitus adversus hostes habet, mutatio.

ἀντιμετατάσσω, (τάσσω) locum muto, aciem aliter colloco.

ἀντιμεταχωρέω; progredior in contrarias partes.

ἀντιμέτειμι, (εἶμι) vicissim seu contra ambio.

ἀντιμετέρχομαι, (ἔρχομαι, *irreg.*) vicissim seu contra ambio.

ἀντιμετρέω, f. ήσω, remetior. 2) rependo.

ἀντιμέτρησις, εως, ἡ, aequa remensio. A praec.

ἀντιμέτωπος, ον, (μέτωπον) oppositam frontem habens, ex adverso stans.

ἀντιμηνίω, f. ίσω, vicissim irascor, ob illatam injuriam irascor.

ἀντιμηχανάομαι, f. ήσομαι, (μηχανάομαι) machinis machinas oppono, repugno, vim defendo, vim vi repello.

ἀντιμηχάνημα, ατος, τό, remedium adversus vim, fraudes, insidias, machinationes.

ἀρείων, ἄρειον, *gen.* ονος, melior, potior, praestantior, fortior. Est comparativus ad ἀγαθός, ἄριστος pertinens, quem alii ab ἀρέσκω, alii ab Ἄρης derivant. (⏑––)

ἄρεκτος, ον, *poet.* pro ἄῤῥεκτος, Il.

ἀρέμβαστος, ον, (ῥέμβομαι) immotus, constans. *Eccl.*

Ἀρεοπαγίτης, ὁ, i. q. Ἀρειοπαγίτης, Lobeck. post Phryn. p. 698. Hinc *adj.* Ἀρεοπαγιτικός, ή, όν.

ἀρέσαι, ἀρέσασθαι, inf. aor. 1. *act.* et *med.* ab ἀρέσκω, Hom.

ἀρέσθαι, inf. aor. 2. *med.* ab αἴρω.

ἀρέσκεια, ας, ἡ, (ἄρεσκος) studium placendi, comitas adsentatrix, lepos in sermone, facetosa urbanitas, blanditia, venustas, gratia.

ἀρέσκευμα, ατος, τό, blanda et adulatoria adpellatio, vel acceptio. A seq.

ἀρεσκεύομαι, (ἀρέσκω) comiter adpello, comiter cum aliquo ago. Raro in *act.*

ἀρεσκευτικός, ή, όν, blandus, comis. A praec.

ἀρεσκόντως, *adv.* (ἀρέσκω) grate.

ἄρεσκος, έσκη, εσκον, blandus, placendi studiosus, gratiae captator. A seq.

ἀρέσκω, f. ἀρέσω, *med.* ἀρέσομαι, *poet.* ἀρέσσομαι, aor. 1. ἤρεσα, ἠρεσάμην, *poet.* ἄρεσσα, ἀρεσσάμην, aor. pass. ἠρέσθην, perf. ἤρεσμαι, (radix ἄρω, ἄρσω) placo, amicum reddo; τινί τι, probo alicui aliquid: ἄψ ἐθέλω ἀρέσαι, rursus volo placare eum et ei me amicum praebere, Il. 9, 120. Saepius in *Med.* ἀρέσκομαι, placo, concilio mihi, τινά τινι, aliquem aliqua re, Il. 9, 112. sed vice versa σπονδὰς θεοῖς ἀρ. dicitur pro θεοὺς σπονδαῖς, deos sacrificiis placare, Theogn. 740. ταῦτα ἀρεσσόμεθα, ista amice inter nos componemos, Il. 4, 362. ἀρέσαντο φρένας αἵματος, exsatiarunt sanguine animum, Hes. sc. 255. *Pass.* placor, contentos sum aliqua re, *c. dat.* 2) *intr.* placeo: ἀρέσκει μοι, placet mihi, libet, juvat. Attici dicunt ἀρέσκει με. τὰ ἀρέσκοντα, placita philosophorum, decreta.

ἀρεστήρ, ῆρος, ὁ, (ἀρέσκω) libum, genus placentae Diis gratum.

ἀρεστήριον, ου, τό, sacrificium placandi ergo.

ἀρεστόν, οῦ, τό, (ἀρέσκω) decretom, placitum.

ἀρεστός, ή, όν, *adj. verb.* ab ἀρέσκω, gratus, aequus, placidus.

ἀρεστῶς, *adv.* grate.

ἀρεταίνω, idem quod ἀρετάω, Gramm.

ἀρεταλόγος, ὁ, qui de virtotibus disputare solet, ut parasitos philosophus ad mensas divitum: hinc omnino ponitur de garrulo, scurra et nugatore quovis. Suet. Aug. 74. Juven. 15, 16. cf. ἠθολόγος. Hinc ἡ ἀρεταλογία, Man. 4, 447.

ἀρετάω, ήσω, (ἀρετή) virtutis felicitatem adsequor: feliciter procedo, felix sum: virtutis studiosus sum: virtutis laudem quaero.

ἀρετή, ῆς, ἡ, (ἄρω, Ἄρης) quaevis praestantia et bonitas vel animi vel corporis et fortunae. In carminibus Homericis praecipue significat fortitudinem et *virtutem* bellicam, robur et vigorem corporis; pulchritudinem denique et generis nobilitatem, nec non honores opesque. Hinc non solum cursorum pedibus Il. υ, 411. et equis Il. ψ, 276. tribuitor ἀρετή, sed etiam corporibus physicis, ut lapidibus, aquae, herbis ap. pros. Hanc significationem vox retinet apud Atticos scriptores, sed transfertur praeterea ad praestantiam, bonitatemque morum et animi, *virtus*, cf. Xen. Mem. 2, 1, 21 sq. Latine vox varie potest reddi, pro sensus diversitate, e. g. *virtus*, *industria*, *fortitudo*, *navitas*, *bonitas*, *benignitas*: *res secundae*: *facultas*.

Ἄρευς, ὁ, *Aeol.* pro Ἄρης, affertur ex Alcaeo, Eustath. ad Il. ε, 31.

* ἀρέω, praes. *obsol.* unde veniunt fut. ἀρέσω, ἀρέσομαι, et aor. ἤρεσα, ἠρεσάμην, ab ἀρέσκω.

ἀρή, ἡ, *Ion.* et Hom. pro ἀρά, quod vide.

ἄρηαι, 2 sing. conj. aor. 2. *med.* pro ἄρῃ ab αἴρω.

ἀρηγοσύνη, ἡ, auxilium.

ἀρήγω f. ξω, auxilior, opem fero, proprie in bello: opitolor. τινὶ μάχῃ, Hom. ἄρηξον ἁλῶσιν, defende a nobis expugnationem, Aesch. Sept. 119. φόνον τέκνοις ἀρήγειν, caedem propulsare a liberis, Eur.

ἀρηγών, όνος, ὁ, καὶ ἡ, auxiliator, defensor.

Ἀρηΐθοος, ον, (Ἄρης et θοός) bellicosus, *proprie*, agilis in praelio.

Ἀρηϊκτάμενος, η, ον, (κτείνω) a Marte occisos, Il. 22, 72. (prima longa.)

Ἀρήϊος, η, ον, (Ἄρης) *Ion.* id. quod Ἄρειος.

Ἀρηΐφατος, i. q. Ἀρείφατος.

Ἀρηΐφιλος, ον, Marti carus, Martis amicus, bellator.

Ἀρηΐφθορος, ον, (φθείρω) a Marte pessumdatus.

ἀρήμεναι, inf. *Ion.* p. ἀρᾶν, v. ἀράομαι.

ἀρημένος, η, ον, i. q. βεβλαμμένος, molestia vel damno affectus, oppressus, lassus, confectus, Hom. partic. perf. incertae derivationis, ad ἀράομαι enim vix pertinere potest. (––⏑⏑)

* ἀρήν vel ἀῤῥήν, nom. *obsol.* unde gen. ἀρνός, dat. ἀρνί, acc. ἄρνα, dual. ἄρνε, plur. ἄρνες, ἀρνῶν, ἀρνάσι *Ion.* ἄρνεσσι, ἄρνας, *gen. commun.* Il. 3, 103, sed femininum usitatius, *agnus*, *agna*, in prim. agnus tener, Hom. In nominativo dicitur ἀμνός.

ἄρηξις, εως, ἡ, (ἀρήγω) auxilium.

ἄρηρα, perf. *Ion.* ab ἄρω. Partic. ἀρηρώς. Plusquam perf. ἀρήρειν.

ἀρηρομένος, η, ον, aratus, part. perf. *Ion.* ab ἀρόω, Il. 18, 548. Hdt. 4, 97.

ἀρηρότως, v. ἄραρ.

Ἄρης, ὁ, *gen.* Ἄρεος, qui nunquam contractionem patitur, *dat.* Ἄρεϊ, Ἄρει, *acc.* Ἄρη vel Ἄρην, *voc.* Ἄρες. *Epicae* formae sunt Ἄρηος, ηϊ, ηα. (Vel dubiae, vel rariores sunt gen. formae Ἄρεως, cf. Heyne ad Il. ξ, 485. σ, 100. 215. Intpp. ad Greg. Cor. p. 607. sq. Ἄρεω, Archil. fr. 116. ag. Eustath. ad Il. ε, 31. et Ἄρηως, Leon. Tar. epigr. 47, 2. e lect. cod. Vat.) *Mars.* Ponitur hoc nomen etiam adpellative pro *proelio*, *bello*, *vulnere*, *plaga*, *caede*, *ferro*. (Primam, natura brevem, Homerus in arsi etiam producit: sic et in compositis: seriores *Epici* pro versus necessitate primam vel corripiunt vel producunt: *Attici* raro admodum eam producunt.)

ἀρητέιρα, ας, ἡ, sacerdos. A seq. (Prima longa.)

ἀρητήρ, ῆρος, ὁ, (ἀράομαι) precator: sacerdos. (Prima longa.)

Ἀρητιάς, άδος, ἡ, (Ἄρης) Martia, bellicosa.

ἀρητός, ή, όν, (ἀράομαι) funestus, noxius, perniciosus.

ἀρητύω, i. q. ἀρύω, haurio. *poet.*

ἀρθείς, part. aor. 1. pass. ab αἴρω, Hom.

ἄρθεν, 3 plur. aor. 1. pass. Aeol. pro ἤρθησαν, ab αἴρω, Il.

ἀρθμέω, f. ήσω, (ἀρθμός) amicitiae vinculo jungo cum aliquo. ἀρθμήσαντε, signif. pass. Il. 7, 302.

ἄρθμιος, ία, ιον, (ἀρθμός) adaptatus, accommodatus: amicus, concors, Od. 16, 427. Hdt. 7, 101. 9, 9. 37. τὰ ἄρθμια, res pacatae, concordia, pax, id. 6, 83.

ἀρθμός, οῦ, ὁ, (ἄρω) amicitia.

ἀρθρέμβολα, τά, tormenta, equulei. Ab ἄρθρον, *membrum* et ἐμβάλλω, *immitto*.

ἀρθρεμβολέω, membrum in sedem suam repono. Hinc ἀρθρεμβόλησις, ἡ.

ἀρθρίδιον, ου, τό, membrum parvum.

ἀρθρικός, ή, όν, articularis, articulis quadrans et conveniens. 2) ex articulis laborans, podagricus. chiragricus.

ἀρθριτικός, ή, όν, idem.

ἀρθρῖτις, ιδος, ἡ, morbus articularis, dolor articulorum.

ἀρθροκήδης, ες, (κῆδος) membra conficiens.

ἄρθρον, ου, τό, artus, articulus, naturalis ossium compages, copula: τὰ ἄρθρα, genitalia. 2) Articulus; vox Grammaticorum.

ἀρθροπέδη, ἡ, (πέδη) vinculum artus continens, compes.

ἀρθρόω, (ἄρθρον) articulo, fingo, formo. 2) articulatim sermonem distinguo.

ἀρθρώδης, ες, articulosus.

ἀρθρωδία, ἡ, i. q. διάρθρωσις.

ἀρι–, *praepositio inseparabilis*, augendae vocis, cui praefigitur, notioni inserviens. (⏑⏑) Propria fere est poetarum *epicorum* et *lyricorum*.

ἀρία, ας, ἡ, arbor quaedam sero florens, i. q. φελλόδρυς.

ἀριβάσκανος, ον, (βασκαίνω) valde invidus. Hesych.

ἀρίγνωτος, η, ον, (γινώσκω) valde notus, clarissimus, qui facile nosci potest.

ἀριγνώς, ῶτος, idem.

ἀριδάκρυος, ον, multum lacrimans, propensus ad lacrimandum.

ἀρίδακρυς, υ, *gen.* υος, multum lacrimans. ad lacrimandum propensus. Aesch. Pers. 953.

ἀριδάκρυτος, ον, (δακρύω) multum lacrimans. 2) valde lacrimabilis, defletus.

ἀριδείκετος, ον, (δείκνυμι) praeclarus, valde inclitus.

ἀρίδηλος, ον, valde clarus, praeclarus, valde manifestus. Simon., Ap. Rh. 3, 615.

ἀριδήλως, *adv.* manifeste, Eustath.

ἀρίζηλος, ον, vel ἀριζήλη, Il. 18, 219. valde clarus, manifestus, omnibus notus, i. q. ἀρίδηλος, ζ pro δ posito, v. Buttm. Lexil. p. 254. 2) i. q. ἀριζήλωτος, multum

aemulandus, Hes. op. 6.

ἀριζήλως, *adv.* clare, manifeste.

ἀρίζηλωτος, ον, valde aemulandus. 2) valde concupitus, praeclarus.

ἀριήκοος, ον, (ἀκούω) obediens, dicto audiens: acute audiens. 2) multum auditus, clarus, fama notus, Ap. Rh. 4, 1706. Callim.

ἀριθμέω, numero, enumero. 2) ἀριθμηθήμεναι, inf. aor. 1. pass. pro ἀριθμηθῆναι, Il. 2, 124. i. q. ἀρθμηθῆναι, amicitia junctum esse.

ἀρίθμημα, ατος, τό, numerus.

ἀρίθμησις, εως, ἡ, (ἀριθμέω) numeratio, enumeratio.

ἀριθμητικός, ή, όν, numerandi peritus. 2) ad arithmeticam pertinens. Unde.

ἀριθμητική, sc. τέχνη, ης, ἡ, arithmetica, ars numerorum et numerandi.

ἀριθμητικῶς, *adv.* numerando. 2) more arithmeticorum, arithmetica ratione.

ἀριθμητός, ή, όν, (ἀριθμέω) numerabilis. 2) paucus.

ἀρίθμιος, ία, ιον, i. q. ἀριθμητός, *poet.*

ἀριθμός, οῦ, ὁ, numerus, mensura. 2) 2) homo nullius pretii, ut Lat. numerus dicitur.

ἀρικύμων, ονος, ἡ, (κύω) quae facile fit gravida: fecunda.

ἄριν, vel ἄρῖς, ῖνος, ὁ καὶ ἡ, (ῥίν) naso, seu naribus carens. 2) non sagax.

ἄρινος, ον, i. q. ἄριν.

ἀριοβαρζάνιος, ου, ὁ, nomen emplastri, ab Ariobarzane. Paul. Aegin.

ἀρίπικρος, ον, valde amarus.

ἀριπρέπεια, ας, ἡ, (ἀριπρεπής) decus eximium, honesta forma.

ἀριπρεπέως, *adv.* valde decenter. Ab eodem.

ἀριπρεπής, ές, (ἀρι et πρέπω) valde decorus: valde illustris et excellens.

ἄρῖς, ῖνος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἄριν.

ἀρίς, ίδος, ἡ, arcus terebrae cum habena. 2) herba quaedam, Galen.

ἀρίσημος, ον, (ἀρι, σῆμα) clarus, conspicuus: illustris, insignis.

ἀρισθάρματος, ον, (ἄριστος et ἅρμα) victor certamine curuli, γέρας, praemium talis victoriae, Pind.

ἀρισκυδής, ές, (ἀρι et σκύζομαι) valde indignans, seu iracundus. Etym.

ἀρίσταθλος, ον, (ἆθλος) optime decertans, praestantissimus in certaminibus.

ἀριστάζω, i. q. ἀριστάω, prandeo. (Prima longa.)

ἀρισταρχεῖον, ου, τό, templum Dianae Elide.

ἀρισταρχέω, (ἄρχω) optime impero, optime gero magistratum.

ἀριστάφυλος, ον, (σταφυλή) abundans uvis.

ἀριστάω, f. ήσω, (ἄριστον) prandeo. Dicitur etiam ἀκρατίζω. Hinc descendunt tempp. *irregularia*, ἀριστάναι et ἠρίσταμεν, quasi ab ἀρίστημι. (Prima plerumque producitur: sed nonnunquam etiam correpta occurrit, Jacobs ad Anth. Pal. p. 722.)

ἀριστεία, ας, ἡ, (ἀριστεύω) fortitudo, strenuitas. ἀριστεῖαι, fortia facta.

ἀριστεῖον, ου, τό, praemium, proprie fortitudinis ergo datum. Ab eodem.

ἀριστερά, ᾶς, ἡ, sc. χείρ, (ἀριστερός) sinistra, sc. manus: scaeva.

ἀριστερεύω, f. εύσω, sinistra utor. A praec.

ἀριστερός, ρά, ρόν, sinister. 2) infaustus. 3) stultus.

ἀριστεροστάτης, ου, ὁ, (ἀριστερά, ἵστημι) qui a sinistra stat.

ἀριστερόχειρ, ρος, ὁ καὶ ἡ, qui tantum sinistram habet: qui sola sinistra utitur.

ἀρίστευμα, ατος, τό, (ἀριστεύω) praeclarum facinus.

ἀριστεύς, έως, ὁ, (ἄριστος) princeps: omnium fortissimus.

ἀριστευτικός, ή, όν, qui quasi a natura ita est comparatus, ut omnium fortissime se gerat: strenuus. A seq.

ἀριστεύω, f. εύσω, (ἄριστος) optime me gero praesertim in bello, aut in certamine, strenuum me praesto, fortiter facio: excello: principatum teneo.

ἀριστητής, οῦ, ὁ, (ἀριστάω) pransor, qui prandere solet. (α producitur.)

ἀριστίζω, f. ίσω, (ἄριστον) prandio excipio, prandium praebeo, Ar. Eq. 535. Av. 660. *Med.* prandeo. (ᾰ)

ἀριστίνδην, *adv.* (ἄριστος) optimos quosque diligendo, secundum delectum virtutis.

ἀριστόβιος, ον, (βίος) optime vivens, Heliod. 2, 35.

ἀριστόβουλος, ον, (ἄριστος et βουλή) cujus optimum est consilium. Ἀριστοβούλη, epith. Dianae.

ἀριστογένεθλος, ον, (ἄριστος et γενέθλη) qui optimos generat.

ἀριστογόνος, ον, (ἄριστος, et γόνος) parens optimae prolis.

ἀριστόγονος, ον, ab optimis parentibus genitus.

ἀριστόδειπνον, ου, τό, Menand. ap. Poll. 6, 102. Alexis Athen. 2. p. 47. E. *dub. signif.* Fortasse prandium coenae conjunctum, ad coenam perductum.

ἀριστοεπέω, recte loquor, disputo sapientissime.

ἀριστοεπής, ές, recte loquens.

ἄριστοι, ων, οἱ, optimates, primores, viri praecipui ac praestantissimi.

ἀριστοκράτεια, ας, ἡ, (ἄριστος et κρατέω) status reipublicae, quae ab optimatibus gubernatur. 2) optima civitatis forma, Plato, Aristot.

ἀριστοκρατέομαι, sub optimatum regimine vivo, ab optimatibus gubernor, Plat.

ἀριστοκρατία, ίας, ἡ, idem quod ἀριστοκράτεια.

ἀριστοκρατικός, ή, όν, ad aristocratiam, sive imperium optimatum pertinens, aristocratiae studiosus.

ἀριστοκρατικῶς, *adv.* ut convenit aristocratiae, more optimatum rempublicam gubernantium.

ἀριστολοχία, ας, ἡ, (λοχεία) herba puerperis opitulans.

ἀριστόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, optimus vates.

ἀριστόμαχος, ον, (μάχη) praestantissimus in praelio.

ἄριστον, ου, τό, prandium, cibus, qui primus die quoque sumitur. Dicebatur etiam ὁ ἄριστος, Bast. ep. cr. append. p. 22. (Prima ap. Homerum semper corripitur; ap. Atticos vero producitur. Sic et in compositis.)

ἀριστόνικος, ον, optime et praeclarissime victoriam reportans.

ἀριστονομία, ας, ἡ, (νέμω) optimatum regimen, seu imperium, Suid. i. q. εὐνομία, Hesych.

ἀριστόνοος, ον, benevolus, optima mente praeditus.

ἀριστοποιέω, prandium facio, cibum adparo. ἀριστοποιέομαι, prandeo.

ἀριστοπολιτεία, ας, ἡ, optimi civis virtus et praestantia. Inscr. Murator. p. 553, 3.

ἀριστοπονεύς, ὁ, i. q. ἀριστοπόνος, Maneth. 4, 512.

ἀριστοπόνος, ον, (πονέω) optime laborans.

ἀριστοπόσεια, ἡ, (πόσις) optima conjux, Opp. Cyn. 1, 6.

ἀριστοπραγέω, (πρᾶγος) i. q. ἀριστεύω.

ἄριστος, ίστη, ιστον, (Ἄρης, ἄρω) optimus, praestantissimus, *proprie*, Marte, sive armis: optimus, egregius: maxime idoneus. *Neutr.* τὰ ἄριστα i. q. τὰ ἀριστεῖα, Soph. El. 1093. Cum articulo coalescit in ὥριστος ap. Hom., ἄριστος ap. *Atticos*, ὤριστος ap. *Doricos*.

ἀριστοσαλπιγκτής, οῦ, ὁ, praestantissimus tubicen. Menand. ap. Poll.

ἀριστοτέχνης, ου, ὁ optimus artifex.

ἀριστοτόκεια, ἡ, i. q. ἡ ἀριστοτόκος, Theocr. 24, 72.

ἀριστότοκος, ον, ab optima matre partu editus.

ἀριστοτόκος, ον, (τίκτω) quae liberos optimos parit.

ἀριστοφυής, ής, (φυή) optimae naturae, optima natura praeditus.

ἀριστόχειρ, ειρος, ὁ καὶ ἡ, manibus strenuus.

ἀριστώδιν, ῖνος, ὁ, ἡ, (ὠδίν) optimos et fortissimos edens, Ἀθῆναι, Anth.

ἀρισφαλής, ές, (ἀρι, σφάλλω) valde lubricus, fallax.

ἀριφανής, ές, (φαίνομαι) illustris, valde conspicuus.

ἀριφραδής, ές, (ἀρι et φραδής) valde manifestus, insignis.

ἀριφραδῶς, it. έως, *adv.* valde perspicue.

ἀρίφρων, ον, (φρήν) valde prudens.

ἀριχάομαι, radix fere *obsoleta* ab ἀναρριχάομαι, quod vide.

ἀρκάλη, vel ἀρκάνη, ἡ, lignum, cui affigebantur στήμονες, v. Schneider Ind. Script. rer. rust. p. 375. col. b.

ἄρκιον, ου, τό, herba quaedam palustris. A. seq.

ἄρκειος, εία, ειον, (ἄρκος) ursinus.

ἀρκεσίγυιος, ον, (ἀρκέω, et γυῖον) roborans membra.

ἄρκεσις, εως, ἡ, (ἀρκέω) auxilium: utilitas.

ἄρκεσμα, ατος, τό, auxilium. Hesych. Ab eodem.

ἀρκετός, ή, όν sufficiens. Ab eod.

ἀρκετῶς, sufficienter. A praec.

ἀρκευθίς, ίδος, ἡ, bacca juniperi maturitate nigrescens: juniperus. A seq.

ἄρκευθος, ου, ἡ, juniperus, arbor et fructus.

ἀρκέω, f. έσω, *arceo*, *propulso*, τινί τι vel ἀπό τινός τι, aliquid ab aliquo, Hom. ἀρκεῖν τὸ μὴ οὐ θανεῖν, impedire, quo minus aliquis moriatur. Soph. Aj. 727. *Construitur* etiam *omisso accusativo cum* solo *dat. pers.*, ut sit auxilior, opitulor, Il. 21, 131. Od. 16. 261. Hinc 2) *prosum*, *utilis sum*, *efficio aliquid*, Il. 13, 371. eum part., Thuc. 2, 47. 3) *valeo ad aliquid*, *par sum*, *contentus sum*, c. inf. Aesch. Pr. 621. 4) *impers.* ἀρκεῖ μοι, sufficit mihi, satis est: hine nove Soph. Ant. 547. dixit ἀρκέσω θνήσκουσα, satis erit, si moriar. — *Med.* contentus sum, acquiesco in aliqua re, τινί, Hdt. 9, 32.

ἄρκιος, ία, ιον, (ἀρκέω) utilis, validus,

efficax: οὐ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται, pro οὐκ ἀρκέσει, non conducet ei, Il. 2, 393. νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι ἠὲ σαωθῆναι, nunc id agitur, ut vel pereamus vel servemur, Il. 15, 502. 2) de hominibus, auxilium adferens, Hes. op. 349. τὰ ἄρκια, auxilia, remedia. 3) sufficiens, μισθός, Hom.

ἄρκιος, ία, ον, septentrionalis, i. q. ἀρκτεῖος.

ἄρκος, ου, ὁ, ἡ, ursus, ursa, ut ἄρκτος.

ἄρκος, τό, (ἀρκέω) remedium ὀδόντων, Opp.

ἀρκούντως, adv. (ἀρκέω) sufficienter, satis, abunde.

ἀρκτεία, ας, ἡ, (ἀρκτεύω) consecratio virginum Dianae.

ἄρκτειος, εία, ειον, (ἄρκτος) ursinus.

ἀρκτέος, έα, έον, (ἄρχω) incipiendus. 2) ab ἄρχομαι, ἀρκτέος, sub imperio habendus, Soph. O. R. 628. Male alii explicant ibi ἀρκτέον, parendum est, vide Buttmann. gramm. ampl. I. p. 460. Hermann. ad Soph.

ἀρκτεύω, f. εύσω, (ἄρκτος) in ursae occisae honorem virgines Dianae consecro ἀρκτεύεσθαι apud Athenienses dicebantur virgines, quae ante nuptias et quidem inde a decimo aetatis anno Dianae Brauroniae initiarentur, et sacra quaedam peragerent. c. ἄρκτος. 4.

ἀρκτῆ, ἡ, sc. δορά, pellis ursina.

ἀρκτικός, ή, όν, (ἄρκτος) septentrionalis.

ἀρκτικός, ή, όν, (ἄρχω) ordiens, ad incipiendum pertinens.

ἀρκτόμυς, ὁ, (ἄρκτος, et μῦς) mus ursinus, sic dictus, quod velut ursus binis pedibus incedit. *dub.*

ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, ursus, ursa. 2) ἡ, ursa major, signum coeleste, quod et ἅμαξα: hinc, pars orbis septentrionalis. 3) nomen piscis ap. Aristot. 4) ἡ, virgo apud Athenienses, Dianae Brauroniae dicata, voce hinc ducta, quod ob ursam interfectam Dianae sacram non prius cessaturam pestem respondit oraculum, quam ideae virgines dicarentur, antequam viro congrederentur. *Eur.*, *Ar.*

Ἀρκτοῦρος, ου, ὁ, (ἄρκτος, οὖρος) Arcturus, stella post ursae majoris caudam.

Ἀρκτοφύλαξ, ακος, ὁ, Arctophylax, custos ursae, sidus quod et Bootes.

ἀρκτύλος, ὁ, ursus juvenis, Ael. h. a. 7, 47.

ἀρκτῷος, ῴα, ῷον, (ἄρκτος) arctous, septentrionalis.

ἄρκυον, ου, τό, (ἄρκυς) reticulum.

ἀρκυοστασία, ας, ἡ, (ἄρκυς, et στάσις) retium collocatio.

ἄρκυς, υος, ἡ, *Att.* ἄρκυς, rete, cassis.

ἀρκυστάσιον, ου, τό, (ἄρκυς, et στάσις) locus, ubi tenduntur retia.

ἀρκύστατον, ου, τό, (ἄρκυς et στατός) locus ubi retia tenduntur, *it.* retia ipsa.

ἀρκύστατος, η, ον, retia tendens. 2) retibus inclusus.

ἀρκυωρέω, et ἀρκυωρέομαι, retia custodio, s. observo, sto ad retia, s. ad indaginem. A seq.

ἀρκυωρός, οῦ, ὁ, (ἄρκυς et οὖρος) custos, qui retia custodit, s. observat.

ἅρμα, ατος, τό, (ἄρω) currus, vehiculum: currus bellicus. 2) currus cum equis, vel etiam equi soli: ἅρματος τροφεύς, qui equos ad certamina alit, Plat. 3) locus quidam in montibus Atticis, ubi fulgura ominis caussa observabantur, Strab. 9. p. 619. unde *proverb.* δι' ἅρματος, dicebatur de rebus *sero* et *post longam* expectationem evenientibus, Plut.

ἅρμα, ἡ, (ἄρω) conjunctio, amor, coitus.

ἅρμα, ατος, τό, (αἴρω) onus: tributum: cibus, nutrimentum.

ἁρμαλιά, ἡ, (ἄρω) cibus, alimentum, demensum frumenti.

ἁρμάμαξα, ης, ἡ, (ἅρμα et ἅμαξα) carruca, plaustrum tectum vehendis rebus atque hominibus aptum. inpr. vehiculum Persicum, quo mulieres aliique molliores maxime usi sunt.

ἁρμάτειος, εία, ειον, (ἅρμα) ad currum pertinens, curulis: μέλος ἁρμ. Eurip. Or. 1387. dixit de cantu lugubri, Plutarchus vero νόμον ἁρμ. cantum bellicum vocat, v. Etym. M. s. h. v.

ἁρματεύω, aurigo, aurigor.

ἁρματηλασία, ας, ἡ, agitatio currus. A seq.

ἁρματηλατέω, aurigo, currum ago, curru vehor. A seq.

ἁρματηλάτης, ου, ὁ, (ἅρμα et ἐλαύνω) auriga, agitator currus.

ἁρματήλατος, ον, a curru vel rota circumactus, ut Ixion, Eur. Herc. 1288.

ἁρματινός, ή, όν, et ἁρμάτιος, ία, ον, i. q. ἁρμάτειος.

ἁρμάτιον, ου, τό, curriculum, curriculus, *Dimin.* ab ἅρμα.

ἁρματίτης, ῖτις, ad currum pertinens, bigarius, bigalis. *dub.*

ἁρματοδρομέω, (δρόμος) curru vehor, Apollod. 3, 5, 5. ubi fuerunt, qui ἁρματοδρομεῖν mallent, v. Lobeck. post Phryn. p. 617.

ἁρματοδρομία, ας, ἡ, certamen curule. A seq.

ἁρματοδρόμος, ον, curru certans, auriga.

ἁρματόεις, όεσσα, όεν, curulis.

ἁρματόκτυπος, ον, epith. strepitus e motu curruum, Aesch. Theb. 206.

ἁρματομαχέω, (μάχομαι) ex curru pugno.

ἁρματοπηγέω, currus fabricor. A seq.

ἁρματοπηγός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, (πήγνυμι) curruum fabricator.

ἁρματοποιέω, i. q. ἁρματοπηγέω.

ἁρματοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, i. q. ἁρματοπηγός.

ἁρματοτροφέω, (τρέφω) equos curules s. jugales alo.

ἁρματοτροφία, ας, ἡ, equorum curulium nutritio.

ἁρματοτροχιά, ας, ἡ, (τροχός) orbita.

ἁρματροχιή, ἡ, *Ion.* et *poet.* pro ἁρματοτροχία, Il. 23, 505.

ἁρματωλία, ας, ἡ, aurigatio, vox Comica Aristophanis, in qua confunduntur ἁρματηλασία et ἁμαρτωλία, *peccatum.*

ἁρματῷος, α, ον, i. q. ἁρμάτειος.

ἁρμενίζω, (ἄρμενον) velifico.

ἄρμενον, ου, τό, (ἄρω) velum navis, carbasus. 2) instrumentum, armamentum.

ἄρμενος, η, ον, v. ἄρω.

ἁρμή, ῆς, ἡ, (ἁρμόζω) compages, commissura.

ἁρμηλατέω, aurigor: aurigatione certo in certamine curuli. A seq.

ἁρμηλάτης, ου, ὁ, (ἐλαύνω) auriga.

ἁρμίως, *adv.* confestim, i. q. ἁρμοῖ.

ἁρμογή, ῆς, ἡ, (ἁρμόζω) apta junctura, seu commissura, compages, coagmentatio, aptus ordo, aptatio.

ἁρμόδιος, ία, ιον, aptus, concinnus, idoneus, congruus.

ἁρμοδίως, *adver.* apte, competenter. A praec.

ἁρμοζόντως, *adv.* convenienter, apte, congrue. Ab ἁρμόζων, quod est a seq.

ἁρμόζω, f. σω, (ἄρω) apto, adapto, conjungo, τί τινι. *Med.* mihi adapto, i. e. induo vestes, exstruo aedificium. Od. 5, 162. 2) vi cogo, vincio, colligo. 3) connubio jungo, do nuptum, τινὶ τὴν θυγατέρα, Hdt. *Med.* connubium ineo, nuptias celebro. 4) moderor, rego, στρατόν, τὴν Ἑλλάδα. cf. ἁρμοστής. 5) convenio, quadro, congruo. impers. ἁρμόζει, ἥρμοσε, decet, τινί, vel c. acc. c. inf. Soph. Tr. 733.

ἁρμοῖ, (plerumque enim δασύνεται teste Schol. Ven. ad Il. α, 416.) vel ἀρμοῖ, i. q. ἀρτίως, modo, nuper. Aesch. Prom. 615. Syracusanam esse vocem tradiderunt nonnulli, cf. Blomfield Glossar. ad Aesch. Prom. 636.

ἁρμολογέω, coagmento, coapto.

ἁρμολόγησις, εως, ἡ, compaginatio.

ἁρμολογία, ας, ἡ, coaptatio, conjunctio.

ἁρμολόγος, ου, ὁ, coagmentarius.

ἁρμονία, ἡ, (ἁρμόζω) compages, junctura, i. q. ἁρμός, Od. 5, 248. 361. 2) conjunctio inter homines, societas, pactum plerumque in plur. Il. 22, 255. 3) imperium, lex: fatum. 4) concentus musicus, harmonia, numerosa compositio periodorum.

ἁρμονικός, ή, όν, ad harmoniam pertinens: Musicae peritus.

ἁρμόνιος, ον, conveniens, qui apte cohaeret.

ἁρμονίως, *adv.* modulate, concinne.

ἁρμός, οῦ, ὁ, (ἄρω) commissura, compages, articulus: armus, humerus.

ἁρμοσία, ας, ἡ, (ἁρμόζω) gubernatio.

ἅρμοσις, εως, ἡ, aptatio, compaginatio.

ἅρμοσμα, τος, τό, idem.

ἁρμόσσω, *Att.* ἁρμόττω, idem quod ἁρμόζω, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 241.

ἁρμοστήρ, ῆρος, ὁ, moderator, gubernator. Nomen magistratus apud Spartanos, quem in urbem, aut provinciam suo imperio subjectam mittebant ad gubernandum.

ἁρμοστός, οῦ, ὁ, i. q. ἁρμοστήρ.

ἁρμοστικός, ή, όν, ad aptandum vel conjungendum idoneus, pertinens.

ἁρμοστός, ή, όν, (ἁρμόζω) conveniens: aptus, habilis: rectus. ἁρμοστή, sponsa.

ἁρμόστωρ, ορος, ὁ, idem qui ἁρμοστήρ, *poet.*

ἁρμόσυνοι, οἱ, moderatores; magistratus apud Laced.

ἁρμοττόντως, *adv.* (ἁρμόττω) apte.

ἄρνα, acc. ab *obsol.* ἀρήν, quod vide. Ab eodem ἀρνί, ἄρνες etc.

ἀρνακίς, ίδος, ἡ, pellis agni, pellis ovina cum lana: pellis lanata.

ἀρνεία, ἡ, i. q. ἀρνακίς.

ἀρνεῖον, ου, τό, locus, ubi agninae carnes venduntur, Hesych.

ἄρνειος, εία, ειον, agnius.

ἀρνειός, οῦ, ὁ, agnus adultus.

ἀρνεοθοίνης, ου, ὁ, (θοίνη) agnis vescens, v. ἀρνοφάγος.

ἀρνέομαι, f. ήσομαι, nego, abnego, infitior, denego, recuso, detrecto, *c. acc.* vel *c. inf.*

ἀρνευτήρ, ῆρος, ὁ, (ἀρνεύω) urinator: i.

q. κυβιστητήρ.

ἀρνευτηρία, ας, ἡ, ars urinatoria. A praec.

ἀρνευτής, ὁ, i. q. ἀρνευτήρ.

ἀρνεύω, (ἀρήν) salio ut agnus, magnos saltus facio, in modum κυβιστητήρων. 2) praeceps aquam subeo, submorgo me.

ἀρνησίθεος, ον, Deum negans, Atheus.

ἀρνήσιμος, ον, negandus, Soph. Ph. 74.

ἄρνησις, εως, ἡ, (ἀρνέομαι) negatio, recusatio.

ἀρνητικός, ή, όν, negativus.

ἀρνητικῶς, *adv.* negative, negando.

ἀρνίον, ου, τό, agnellus, *Dimin.* ab ἀρήν.

ἀρνόγλωσσον, ου, τό, plantago, seu lingua agnina.

ἀρνόγλωσσος, ου, ὁ, idem.

Ἀρνοκόμης, ὁ, epith. Apollinis Nomii ap. Macrob. 1, 17. capillis agninis praeditus.

ἀρνός, τοῦ, *gen.* ob *obsol.* ἀρήν, *agnus.* Sed ap. Poll. 7, 184. et in serioribus Aesopi fabulis invenitur etiam nom. ἀρνός, ὁ.

ἀρνοφάγος, ον, qui agnum devorat, vel comedit.

ἀρνόφυλλον, ου, τό, q. d. agni folium, cytisus, herba, qua agni delectantur, Hesych.

ἄρνυμαι, (αἴρω) capio, accipio, consequor; inpr. tanquam praemium vel mercedem reporto, ψυχὴν ἄρνυσθαι, vitam aegre servare, vitam tamquam praemium e periculis reportare, Od. 1, 5. sic etiam κλέος, τιμήν, gloriam reportare. μᾶλλον ἄρνυσθαι, malle, praeferre, Plat.

ἀρνῳδός, οῦ, ὁ, cantor, cui agnus propositus est praemium.

ἀρνών, ῶνος, ὁ, agnile, Gl. Vet.

ἄρομα, τό, (ἀρόω) arvum, Ael. H. An. 7, 8. 16, 14.

ἀρόμην, *Ion.* aor. 2. *med.* ab αἴρω, Hom.

ἄρον, ου, τό, arum, herba.

ἄρος, τό, utilitas, apud Aeschylum, Sup. 889. (⏑⏑)

ἀρόσιμος, ον, arabilis, segetibus accipiendis aptus. A seq.

ἄροσις, εως, ἡ, aratio. 2) agricultura. 3) ager frumentarius.

ἀροστός, ή, όν, arandus, Arat. 7. si lect. vera.

ἀροτήρ, ῆρος, ὁ, arator. 2) pater

ἀροτήριος, ον, ad arandum pertinens.

ἀρότης, ου, ὁ, i. q. ἀροτήρ.

ἀροτήσιμος, ον, arabilis, *dub.*

ἀροτήσιος, ον, ad arationem pertinens.

ἄροτος, ου, ὁ, aratio: seges, sementis. 2) generatio prolis.

ἀροτός, οῦ, ὁ, tempus arandi.

ἀροτός, ή, όν, arabilis.

ἀροτρεύς, έως, ὁ, arator.

ἀροτρευτήρ, ῆρος, ὁ, arator.

ἀροτρεύω, f. εύσω, aro.

ἀροτρητής, οῦ, τό, rusticus, arator. 2) aratrum.

ἀροτριάζω, f. άσω, aro.

ἀροτρίασις, εως, ἡ, aratio, aratura, Philox.

ἀροτριασμός, οῦ, ὁ, aratio.

ἀροτριάω, aro, *forma recentior.* Lobeck. Phr. p. 254.

ἀροτριεύς, ὁ, i. q. ἀροτρεύς.

ἀρότριος, ον, rusticus, arationi favens.

ἀροτρίωμα, ατος, τό, ager aratus.

ἀροτρίωσις, εως, ἡ, aratio.

ἀροτροδίαυλος, ὁ, arator, aratrum ultro citroque ferens, Bianor.

ἀροτροειδής, ές, aratri figuram habens.

ἄροτρον, ου, τό, (ἀρόω) aratrum.

ἀροτροπόνος, ον, (πονέω) arandi laborem sustinens vel ad eum pertinens: rusticus.

ἀροτρόπους, οδος, ὁ, vomer.

ἀροτροφορέω, aratrum traho, de bubus etc.

ἄρουρα, ας, *Ion.* ης, ἡ, (ἀρόω) arvum, arata terra, ager: seges. 2) terra, tellus. 3) terrae mensura centum cubitorum. 4) *metaph.* ap. tragicos pro premio matris ponitur, Aesch. Sept. 758. Soph. O. R. 1257.

ἀρουραῖος, αία, αῖον, ruralis.

ἀρούριον, ου, τό, agellus. *Dim.* ab ἄρουρα.

ἀρουροπόνος, ον, in arvo laborans, agricola.

ἀρόω, f. όσω, aro. 2) i. q. σπείρω, sero, εἴς τι, Plat. Hinc, gravidam facio, Soph. Part. perf. pass. *Ion.* ἀρηρομένος, aratus, Hom.

ἁρπάγδην, *adv.* (ἁρπάζω) raptim.

ἁρπαγεύς, ὁ, i. q. ἅρπαξ, Themist.

ἁρπαγή, ῆς, ἡ, (ἁρπάζω) raptus, ipsa rapiendi actio, rapina.

ἁρπάγη, ης, ἡ, harpago, irpex; instrumentum, quo e puteis attolluntur vasa aquaria.

ἁρπαγιμαῖος, α, ον, idem quod sequens, et a seq.

ἁρπάγιμος, ον, (ἁρπαγή) vel — ίμη, rapto quaesitus.

ἁρπαγίμως, *adv.* raptim.

ἁρπάγιον, τό, vas formam clepsydrae habens.

ἅρπαγμα, ατος, τό, (ἁρπάζω) quod raptum est, rapina, praeda rapta.

ἁρπαγμός, οῦ, ὁ, ipsa rapiendi actio, raptus.

ἅρπαγος, ὁ, i. q. ἅρπαξ.

ἁρπάζω, f. *Att.* ἁρπάσω, vulg. ἁρπάξω, (utraque futuri forma jam ap. Hom. exstat) rapio, abripio, aufero: capio: mente capio, celeriter comprehendo, intelligo. πεῖραν ἐχθρῶν ἁρπάσαι, hostium consilia praeripere, Soph. Aj. 2.

ἁρπάκτειρα, ας, ἡ, quae rapit, praedatrix. A seq.

ἁρπακτήρ, ῆρος, ὁ, (ἁρπάζω) raptor.

ἁρπακτήριος, ον, rapax.

ἁρπακτής, οῦ, ὁ, i. q. ἁρπακτήρ.

ἁρπακτικός, ή, όν, rapiendi peritus, rapax.

ἁρπακτικῶς, *adv.* rapacium more, avide: raptim.

ἁρπακτός, ή, όν, ereptus.

ἁρπακτύς, ύος, ἡ, raptus, direptio.

ἁρπάλαγος, ὁ, telum leporarium, Opp. Cyn. 1, 153.

ἁρπάλεος, έα, εον, (ἅρπαλος) rapax, rapidus: celer: qui cupide adpetitur.

ἁρπαλέως, *adv.* cupide: raptim.

ἁρπαλίζω, excipio, Aesch.

ἁρπάλιμος, ον, cupide adpetitus: qui rapitur, *obsol.*, *adparet adhuc in* καρπάλιμος.

ἁρπαλός, ή, όν, qui cupide adpetitur, Hesych.

ἅρπαξ, αγος, ὁ, ἡ, rapax, raptor. 2) ἡ, raptus, rapina, Hes. op. 354.

ἁρπαξίβιος, ον, rapto vivens.

ἅρπασμα, ατος, τό, (ἁρπάζω) rapina.

ἁρπαστικός, ή, όν, rapax.

ἁρπαστόν, τό, harpastum, genus pilae grandioris. *Dimin.* ἁρπάστιον, τό.

ἁρπαστός, ή, όν, ad rapiendum expositus, qui rapi potest.

ἀρπεδής, ές, (πέδον) solo aequatus, planus.

ἀρπεδίζω, (ἀρπεδής) solo aequo, complano, pavio Hes.

ἀρπεδόεις, όεσσα, όεν, planus. Ab eodem.

ἀρπεδόνη, ης, ἡ, (ἀρπεδών) laqueus, funis.

ἀρπεδονίζω, f. ίσω, illaqueo. A praec.

ἀρπεδών, όνος, ἡ, (ἁρπάζω) funis, laqueus.

ἄρπιζα, ης, ἡ, vel ἄρπιζος, ὁ, dumetum, Nic. Alii explicant: pes vel imum montis; at Hesychio teste ἄρπιξ vocabatur dumus.

ἅρπη, ης, ἡ, falx. 2) avis quaedam, harpe, e genere aquilarum, Il. 19, 350. 3) ζῶον θαλάσσιον, λόρῳ πολεμοῦν, Eustath. p. 1188. Rom. 4) instrumentum quoddam, quo regebantur elephanti.

ἀρπίς, s. ἀρβίς, ῖδος, ἡ, crepidae, aut calcei genus. (– –, Call. fr. 66.)

Ἅρπυια, ας, ἡ, (ἄρπυς) Harpya, monstrum rapax fictitium. 2) procella.

Ἁρπυιόγονος, ον, (γονή) ab Harpyiis originem ducens.

ἄρπυς, υος, ὁ, amor. Hesych.

ἀῤῥ —, *Attici* ρ duplicant, si vox ab hac litera incipiens cum alpha priv. componitur.

ἀῤῥαβάσσω, i. q. ῥαβάσσω.

ἀῤῥάβδωτος, ον, non virgatus.

ἀῤῥαβών, ῶνος, ὁ, arrhabo, arrha, pignus.

ἀῤῥαβωνίζω, arrhabone dato mihi aliquem devincio, arrhabone confirmo contractum emtionis.

ἀῤῥαγής, ές, (ῥήγνυμι) non fractus: haud fragilis.

ἀῤῥαδιούργητος, ον, (α pr. et ῥαδιουργέω) non temerarius.

ἀῤῥάζω, i. q. ἀράζω, q. v.

ἄῤῥαιστος, ον, integer, incorruptus.

ἄῤῥαντος, ον, (ῥαίνω) non madefactus.

ἄῤῥατος, ον, (ab antiquo ῥάω, unde ῥαίω, ῥήγνυμι) robustus, validus, firmus Plat. resp. 7. p. 535. C. et Cratil. p. 407. D. Ruhnken. ad Tim. p. 50.

ἄῤῥαφος, ον, (ῥάπτω) infutilis, ex una tela contextus, inconsultus.

ἀῤῥαφής, ές, idem.

ἄῤῥεκτος, ον, (α pr. et ῥέζω) *poet.* ἄρεκτος, infectus, imperfectus.

ἀῤῥενικόν, τό, i. q. ἀρσενικόν.

ἀῤῥενικός, ή, όν, (ἄῤῥην) masculinus.

ἀῤῥενικῶς, *adv.* masculino genere, apud Grammaticos.

ἀῤῥενογενής, ές, (γένος) masculini generis, virilis.

ἀῤῥενογονία, ας, ἡ, masculorum generatio, seu procreatio. A seq.

ἀῤῥενογόνος, ον, (γονή) marea generans.

ἀῤῥενόθηλυς, υ, (θῆλυς) incerti, seu ambigui sexus, mas et femina.

ἀῤῥενοκοίτης, ου, ὁ, (κοίτη) qui cum maribus concumbit, cinaedus.

ἀῤῥενοκυέω, prolem masculam edo.

ἀῤῥενομανέω, (μαίνομαι) masculos depereo. Caesarii dial. 3. interr. 139.

ἀῤῥενομιξία, ἡ, coitus virorum, Sext. Emp.

ἀῤῥενόμορφος, ον, (μορφή) virili specie praeditus.

ἀῤῥενόπαις, δος, ὁ, ἡ, (παῖς) cui est proles mascula: ἀῤῥ. γόνος, pueri.

ἀῤῥενοπληθής, ές, (πλήθω) viris plenus.

ἀῤῥενοποιός, όν, mares faciens, viros progignens, Ael. h. a. 7, 27.

ἀῤῥενότης, ἡ, virilitas.

ἀῤῥενοτοκέω, partum virilem edo.

ἀῤῥενοτόκος, ον, (τίκτω) masculum pariens, vel generans.

ἀῤῥενοφθορέω, (φθείρω) masculos corrumpo, Caesar. dial. 3. interr. 129.

ἀῤῥενοφθορία, ἡ, corruptio virorum, i. q. παιδεραστία.

ἀῤῥενοφθόρος, ον, viros corrumpens.

ἀῤῥενόω, (ἄῤῥην) masculum reddo. ἀῤῥενοῦσθαι, masculum evadere.

ἀῤῥενώδης, ες, masculus, fortis.

ἀῤῥενωδῶς, *adv.* fortiter. A praec.

ἀῤῥενωνυμέω, (ἄῤῥην et ὄνομα) masculino nomine adpello. Eustath.

ἀῤῥενωπία, ἡ, animus virilis, Plat. Sympos. p. 192. A.

ἀῤῥενωπόν, οῦ, τό, mascula facies: animus virilis et generosus. A seq.

ἀῤῥενωπός, όν, (ἄῤῥην et ὤψ) qui virili facie est: fortis, virilis. Dicitur et ἀῤῥενωπή, Luci. fugit. 27.

ἀῤῥενωπῶς, *adv.* viriliter, strenue.

ἀῤῥεπής, ές, (ῥέπω) non vergens quoquam, in neutram partem inclinans: immutabilis, stabilis: qui sensim sensimque fit.

ἀῤῥεπῶς, *adv.* non vergendo in alterutram partem: sensim sensimque.

ἀῤῥεψία, ας, ἡ, animus in neutram partem magis inclinans.

ἄῤῥηκτος, ον, (ῥήγνυμι) non fractus. 2) qui perrumpi non potest, invictus.

ἀῤῥήκτως, *adv.* firme, stabiliter.

ἀῤῥημοσύνη, ης, ἡ, taciturnitas, silentium.

ἀῤῥήμων, ον, (ῥῆμα) tacitus, taciturnus, mutus.

ἄῤῥην, εν, *gen.* ενος, in antiqua Atthide ἄρσην, (ῥήν) mas, masculus: fortis, virilis: *opp.* θῆλυς. τὸ ἄῤῥεν i. q. παῖς ἄῤῥην.

ἀῤῥήνειν vel ἀῤῥηνεῖν, rixari, conviciis saevire. Hesych. A seq.

ἀῤῥηνής, ές, saevus, ferox ap. Theocr. 25, 83.

ἀῤῥησία, ας, ἡ, (ἐρεῖν) silentium.

ἀῤῥητολεπτόπνευστος, ον, (λεπτός, πνέω) tenuissime spirans, Paul. Sil. baln. P. 180.

ἀῤῥητοποιέω, nefanda perpetro.

ἀῤῥητοποιΐα, ας, ἡ, nefandum facinus, inprimis foeda Venus. A seq.

ἀῤῥητοποιός, όν, nefanda perpetrans, nefaria libidine utens.

ἀῤῥητόρευτος, ον, (ῥήτωρ) rhetorices expers, Synes.

ἄῤῥητος, ον, vel ἀῤῥήτη, Eur. (ἐρεῖν) non dictus, indictus, Od. 14, 466. 2) non dicendus, ineffabilis, interdictus, vetitus, lege prohibitus: turpis, inhonestus, nefandus, nefastus, foedus, odiosus: arcanus, sacer: ap. mathematicos, irrationalis. *oppos.* ῥητός, τὰ ἄῤῥητα, foeda convicia.

ἀῤῥητοτόκος, ον, (τίκτω) nefanda pariens, Synes.

ἀῤῥητουργία, ίας, ἡ, (ἔργον) nefandum facinus, nefanda libido.

ἀῤῥητουργικός, ή, όν, nefanda faciens: non enuncianda perpetrans.

ἀῤῥήτως, *adv.* infandum, ineffabiliter, arcane.

Ἀῤῥηφορέω, sacra arcana fero. v. Ἀῤῥηφόρος.

Ἀῤῥηφορία, ας, ἡ, arcanorum gestatio.

Ἀῤῥηφόρος, ἡ, virgo apud Athenienses, cui id officium erat, ut mense Scirrophorione peplum et sacra Minervae vel Ἕρσης, Cecropis filiae per urbem ferret. cf. Ar. Lys. 642. Alii scribunt Ἐῤῥηφόρος, et sic etiam Ἐῤῥηφορία, et Ἐῤῥηφορέω, vel Ἑρσηφ.

ἄῤῥηχος, f. l. Nic. Ther. 868.

ἀῤῥίγητος, ον, exhorrescere nescius, impavidus. (ῑ) A seq.

ἄῤῥιγος ον, (ῥῖγος) non frigens, frigori non obnoxius.

ἀῤῥίγως, *adv.* sine frigore s. horrore.

ἄῤῥιζος, ον, (ῥίζα) radicibus carens, radices nullas agens.

ἀῤῥίζωτος, ον, (ῥιζόω) nullis radicibus actis.

ἄῤῥιν, ῖνος, ὁ καὶ ἡ, (ῥίν) naso, aut naribus carens. 2) obtusum habens nasum, non sagax. cf. ἄριν.

ἄῤῥις, ινος, ὁ καὶ ἡ, idem.

ἀῤῥιχᾶσθαι, manibus et pedibus sursum tendere. Hesych. alias ἀναῤῥιχᾶσθαι.

ἄῤῥιχος, ου, ὁ, *Att.* ἡ, cophinus, vas vimineum.

ἄῤῥοια, ας, ἡ, (ῥοή) retentio mensium, s. menstrui.

ἀῤῥυθμέω, (ῥυθμός) rhythmo careo, non numerosus sum, Plat.

ἀῤῥυθμία, ας, dissonantia, discrepantia.

ἀῤῥυθμοπότης, ου, ὁ, (ἄῤῥυθμος et πίνω) qui non bibit ad modum et mensuram, sed plenis poculis et sine ordine.

ἄῤῥυθμος, ον, (ῥυθμός) numeris et modulatione carens, inconcinnus, non aptus.

ἀῤῥύθμως, *adv.* inconcinne, sine numeris.

ἀῤῥύπαντος, ον, (ῥυπαίνω) non sordidatus, non contaminatus.

ἀῤῥύπαρος, ον, non sordidus, mundus.

ἄῤῥυπος, ον, non sordidus.

ἄῤῥυπτος, ον, (ῥύπτω) illotus.

ἀῤῥύπωτος, ον, (ῥυπόω) non contaminatus.

ἀῤῥυσίαστος, ον, (ῥυσιάζω) qui pignoris loco captus non est.

ἀῤῥυτίδωτος, ον, (ῥυτιδόω) qui rugas non habet.

ἀῤῥωδέω, Herodotus dixit pro ὀῤῥωδέω, *Ion.*

ἄῤῥωξ, ωγος, (ῥώξ) non fractus, non scissus, Νέρσος, Soph. Ant. 251.

ἀῤῥωστέω, (ἄῤῥωστος) infirmus sum, adversa valetudine laboro, aegroto, languesco.

ἀῤῥώστημα, ατος, τό, languor, aegritudo. A praec.

ἀῤῥωστήμων, ον, i. q. ἄῤῥωστος.

ἀῤῥωστία, ας, ἡ, infirmitas, morbus, aegritudo, invaletudo. A seq.

ἄῤῥωστος, ον, (ῥώννυμι) infirmus, languidus, aegrotus.

ἀῤῥώστως, *adv.* languide, invalide. A praec.

ἀρσενικόν, τό, arsenicum, auripigmentum.

ἀρσενικός, ή, όν, masculinus.

ἀρσενογενής, ές, masculini generis.

ἀρσενόθηλυς, idem quod ἀῤῥενόθηλυς.

ἀρσενοκοίτης, idem quod ἀῤῥενοκοίτης.

ἀρσενόμορφος, ον, masculina facie praeditus.

ἀρσενόπαις, ὁ, ἡ, cui masculus est filius.

ἀρσενοπληθής, ές, plenus maribus.

ἄρσην, *Attice* idem est quod ἄῤῥην, unde et reliqua ab ἀρσην incipientia sub ἄῤῥην videnda.

ἄρσιος, ον, (ἄρω) congruus, aptus: amicus.

ἀρσίπους, οδος, *contr.* p. ἀερσίπους, h. Hom. Ven. 212.

ἄρσις, εως, ἡ, (αἴρω) elevatio, subvectio. 2) ablatio, detractio. 3) onus, tributum. 4) arsis, in re metrica, *opp.* θέσις.

ἀρτάβη, ης, ἡ, genus mensurae Persicae sive Medicae, (it. Aegyptiae) vel medimnum Atticum, vel modios viginti capiens. Hdt. 1, 192. Diod. 20, 96.

ἀρταμέω, concido in frustra: trucido. A seq.

ἄρταμος, ου, ὁ, lanius: coquus.

ἀρτάνη, ης, ἡ, laqueus: suspendium. A seq.

ἀρτάω, *pass.* (ἄρω) suspendo, adpendo. ἀρτάομαι, pendeo ex aliquo, pendeo ab imperio et arbitrio alicujus, spem in aliquo collocatam habeo: suspensus, i. e. dubius sum.

ἀρτεμέω, incolumis sum, valeo, sum integris viribus. A seq.

ἀρτεμής, ές, incolumis, integer, sanus, salvus.

ἀρτεμία, ας, ἡ, incolumitas, salus, sanitas.

Ἀρτεμιδόβλητος, ον, (Ἄρτεμις, et βάλλω) a Diana, sive Luna percussus, lunaticus, lymphaticus. 2) femina repentina morte exstincta, *dub.*

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ, Diana.

Ἀρτεμισία, ας, ἡ, Artemisia, herba.

Ἀρτεμίσιον, ου, τό, Dianae statua, aut templum, urbs Dianae sacra.

Ἀρτεμισιών, ὁ, locus Dianae sacer.

ἀρτέμων, ονος, ὁ, artemon, velum navis majus.

ἀρτεπίβουλος, ου, ὁ, (ἄρτος, et ἐπίβουλος) pani insidians, nomen muris in Batrachomyomachia.

ἀρτέω, (ἄρω) paro, adparo. 2) *Ion.* p. ἀρτάω.

ἄρτημα, ατος, τό, (ἀρτάω) quidquid pendet ex aliquo loco, suspensum, adpensum ornatus caussa, etiam monilia, inaures. 2) de centro, ad quod nituntur partes corporis, v. c. terrae, quia ex eo corpus quasi suspensum est.

ἀρτήρ, ῆρος, ὁ, (αἴρω) calceamenti genus. 2) instrumentum bajulorum, LXX.

ἀρτηρία, ας, ἡ, arteria, vocis iter, spiritus semita, spiritus conceptaculum: vena vitalis. 2) omnis vena pulsans a motu oscillatorio.

ἀρτηριακός, ή, όν, arteriacus, ad arteriam pertinens. 2) raucus. A praec.

ἀρτηριοτομέω, (τέμνω) arteriam seco.

ἀρτηριοτομία, ας, ἡ, arteriae asperae sectio.

ἀρτηριώδης, ες, arteriae similis.

ἄρτι, *adv.* (ἄρω) tempus quodque proximum significans, i. q. ἄφαρ, αὐτίκα, παραχρῆμα, *modo*, Eur. Ph. 1168. ἄρτι γίνου χαθηματωσιν: cum futuro conjunctum hac significatione improbatur a grammaticis, v. Lobeck. ad Phryn. p. 19. Attici ἄρτι et ἀρτίως usurpant pro, *modo*, *nunc ipsum*, germ. *grade*, *eben*, quibus particulis significamus rem modo ac plane paullo ante hoc tempus, de quo loquimur, vel coeptam vel absolutam, ἀνῄρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης, Ar. Nub. 154. Sic etiam tacita ad praesens tempus, quo quis loquitur, relatione, *nunc cum maxime*, ἔνδον γὰρ ἁνὴρ ἄρτι τυγχάνει, Soph. Aj. 9. ita quoque ἀρτίως, Soph. Aj. 677. Hac in significatione saepe additum invenitur νῦν, Ar. Lys. 1008. Apud recentiores etiam pro praesenti indefinito ponitur, ut sit plane i. q. νῦν, *nunc*, ἄρτι δὲ χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι, Theocr. 23, 26. In partitione dicitur ἄρτι μέν, ἄρτι δέ, *modo*, *modo*, Lucian. ἄρτι μέν, ἔπειτα δέ, Plut. de mal. Herod. 10. ἀρ-

τίως μέν, νῦν δέ, Polyb. 16, 28 – ἕως ἄρτι, huc usque. – ἀπαρτί, dicitur de numero ἀπηρτισμένῳ, cui nec dees t, nec superest quidquam, ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα, nonaginta *ipsi* dies. 2) *immo*, ἐκ τοῦ ἐναντίου, Ar. Plut. 388. A. B. 418, 15. ἀπάρτι, sive ἀπ' ἄρτι, pro ἀπὸ τοῦ νῦν, ex hoc tempore, jam, nunc, N. T. cf. A. B. 79, 30. – *In compositione* significat *vel* id, quod modo factum est, *vel* perfectionem notat, s. τὸ ἀπηρτισμένον, ut ἀρτιεπής.

ἀρτιάζω, (ἄρτιος) ludo par impar, Xen. Hipparch. 5, 10. 2) accurate enumero.

ἀρτιάκις, *adv.* pariter, pari numero, secundum numerum parem. Ab eodem.

ἀρτιάλωτος, ον, (ἁλίσκω) modo captus, Xenocr. de aquat. 14, 42.

ἀρτιασμός, οῦ, ὁ, (ἀρτιάζω) lusus eorum qui ludunt par impar.

ἀρτιβαφής, ές, (βάπτω) nuper tinctus.

ἀρτιβλαστής, ές, (βλαστάνω) item ἀρτιβλαστός, ον, recens germinans.

ἀρτιβρεφής, ές, i. q. νεογνός, v. l. Aesch. Sept. 335.

ἀρτιβρεχής, ές, (βρέχω) nuper irrigatus.

ἀρτιγάλαξ, ακτος, (γάλα) qui modo lacte nutriebatur, Eustath. p. 1627, 45.

ἀρτίγαμος, ον, (γάμος) qui modo uxorem duxit, vel recens nupta.

ἀρτιγένεθλος, ον, (γενέθλη) recens genitus, modo natus.

ἀρτιγένειος, ον, (γένειον) epith. lanuginis.

ἀρτιγενής, ές, (γένος) modo natus, recens genitus.

ἀρτιγέννητος, ον, (γεννάω) idem.

ἀρτίγονος, ον, (γονή) modo natus, recens genitus.

ἀρτιγλυφής, ές, (γλύφω) nuper sculptus.

ἀρτιγραφής, ές, modo scriptus.

ἀρτιδαής, ές, (δαῆναι) qui nuper didicit: qui nuper discere coepit. 2) qui nuper cognitus et mente perceptus est.

ἀρτίδακρυς, υ, (δάκρυ) qui modo lacrimavit: qui modo lacrimaturus est, Elmsl. Med. 873.

ἀρτιδίδακτος, ον, (διδάσκω) recens doctus, qui modo didicit.

ἀρτίδιον, ου, τό, (ἄρτος) parvus panis.

ἀρτίδομος, ον, (δέμω) recens exstructus.

ἀρτίδορος, ον, (δέρω) nuper excoriatus.

ἀρτίδρεπτος, ον, (δρέπω) nuper carptus.

ἀρτιέπεια, ας, ἡ, *fem.* ab ἀρτιεπής, Hes. Th. 29. 2) *Subst.* libertas in dicendo, veracitas, vere dictum: vera dicendi studium.

ἀρτιεπής, ές, (ἔπος) verborum concinnator in dicendo perfectus, Il. 22, 281. 2) veridicus, libere loquens, Pind.

ἀρτιζυγία, ας, ἡ, (ζυγός) recens conjunctio, v. c. feminae et maris.

ἀρτίζω, (ἄρτιος) compono, perficio. 2) paro, instruo. Sic etiam in *Med.*

ἀρτίζωος, ον, (ζωή) qui est brevis vitae.

ἀρτιθαλής, ές, (θάλλω) recens ortus, ut flos, planta, etc.

ἀρτιθανής, ές, (θνήσκω) modo vel recens mortuus.

ἀρτίκαυστος, ον, (καίω) nuper ustus, Theophr.

ἀρτίκολλος, ον, (κόλλα) recens, s. accurate conglutinatus.

ἀρτικόμης, ες, (κόμη) cui nuper capilli vel folia crescere coeperunt.

ἀρτικόμιστος, ον, (κομίζω) nuper allatus, Nonn.

ἀρτίκομος, ον, (κόμη) i. q. ἀρτικόμης.

ἀρτίληπτος, ον, nuper captus, App.

ἀρτιλογία, ἡ, prompta et distincta dicendi ratio.

ἀρτιλόγος, ον, (λέγω) prompte et distincte loquens. *adv.* ἀρτιλόγως.

ἀρτιλόχευτος, ον, quae recens peperit. 2) recens partu editus.

ἀρτιμαθής, ές, (μανθάνω) qui nuper discere coepit: qui nuper certior factus est.

ἀρτιμελής, ές, (μέλος) qui membris est integris et perfectis.

ἀρτίνοος, ον, (νοῦς) cui mens sana est, prudens.

ἀρτιοπαγής, ές, (πήγνυμι) χορδαὶ ἀρτιοπαγεῖς ap. Nicomach. Music. vocantur chordae, quae sunt pari numero.

ἀρτιοπέρισσος, ον, (ἄρτιος, et περισσός) par impar.

ἄρτιος, ον, integer, perfectus, omnibus partibus suis constans: sanus, incolumis: consentaneus: consummatus pleneque instructus ad omnia officia: paratus ad aliquid faciendum, c. inf. Hdt.: aptus, πρός τι: par, de numero.

ἀρτιότης, ἡ, integritas.

ἀρτιπαγής, ές, (πήγνυμι) recens compactus et coagmentatus.

ἀρτίπαις, αιδος, ὁ, ἡ, (παῖς) adultus puer, puella.

ἀρτίπλουτος, ον, recens ditatus.

ἀρτιπόλεμος, ον, qui modo bellavit, App.

ἀρτίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, pedibus integer et valens: integros pedes habens. 2) qui modo advenit.

ἄρτις, ὁ, lorum, quo terebra circumagitur.

ἄρτισις, εως, ἡ, (ἀρτίζω) cultus, ornatus, perfectio.

ἀρτίσκαπτος, ον, (σκάπτω) recens fossus, nuper effossus.

ἀρτίσκος, ου, ὁ, parvus panis, pastillus. *Dimin.* ab ἄρτος.

ἀρτιστομέω, (ἀρτίστομος) expedite et articulate loquor.

ἀρτιστομία, ἡ, bonus et commodus introitus.

ἀρτίστομος, ον, (στόμα) qui distincte, minime et perfecte verba pronunciat, minime blaesus. 2) qui jam fari potest. 3) ἀρτίστ. λιμήν, κόλπος, commodum introitum habens, Strabo.

ἀρτιστράτευτος, ον, (στρατεύομαι) tiro.

ἀρτισυζυγία, ας, ἡ, idem quod ἀρτιζυγία, *dub.* v. l. Aesch. Pers. 54?.

ἀρτιτέλεστος, ου, (τελέω) nuper absolutus.

ἀρτιτελής, ές, (τέλος) recens initiatus.

ἀρτίτοκος, ον, (τίκτω) recens natus.

ἀρτιτόκος, ον, qui, vel quae nuper peperit.

ἀρτίτομος, ον, (τέμνω) nuper caesus, nuper vel recens sectus.

ἀρτιτόμος, ον, qui nuper secuit, seu incidit: qui nunc secat.

ἀρτιτρεφής, ές, epith. infantis, qui nunc ipsum nutritur.

ἀρτίτροφος, ον, puerilem aetatem vix egressus. Aeschyl. Sept. 315. *alii. expl.* integris adhuc moribus.

ἀρτίτυπος, ον, (τύπτω) recens formatus.

ἀρτιύπωχρος, ον, (ὠχρός) vepallidus.

ἀρτιφαής, ές, (φάος) qui visum modo recuperavit.

ἀρτιφανής, ές, (φαίνω) nuper in lucem editus.

ἀρτίφατος, ον, (φάω) recens peremtus.

ἀρτιφρονέω, sana mente praeditus sum. Eccl.

ἀρτίφρων, ον, (φρήν) mente integra, sana praeditus.

ἀρτιφυής, ές, (φύω) recens natus.

ἀρτίφυτος, ον, (φύω) nuper plantatus, vel natus.

ἀρτιφωνία, ἡ, i. q. ἀρτιλογία.

ἀρτίφωνος, ον, (φωνή) cui vox est integra: qui verba accurate et integre pronunciat.

ἀρτιχανής, ές, (χαίνω) qui recens hiare coepit.

ἀρτιχάρακτος, ον, (χαράσσω) recens sculptus, seu insculptus.

ἀρτίχειρ, ειρος, ὁ καὶ ἡ, cui manus sunt integrae: qui utraque manu utitur.

ἀρτίχνους, ουν, (χνοῦς) qui primam lanuginem habet.

ἀρτιχόρευτος, ον, (χορεύω) recens choreis celebratus.

ἀρτίχριστος, ον, (χρίω) recens unctus.

ἀρτίχυτος, ον, (χέω) recens fusus.

ἀρτίως, *adv* modo, nuper, recens, paullo ante, v. ἄρτι. 2) integre, perfecte, prorsus, plane, aperte: apte, ut cohaereat, v. ἄρτιος.

ἀρτίωσις, ἡ, apparatio, Nicet.

ἀρτοδαισία, ἡ, (δαίω) panis distributio, Procop.

ἀρτοδοτέω, (ἄρτος, δίδωμι) panem do, panem distribuo.

ἀρτοζήτης, ου, ὁ, cibum quaerens, ad cibum veniens, Schol. Lyc. 775.

ἀρτοθήκη, ης, ἡ, locus, in quo panis reponitur, panarium.

ἀρτοκοπεῖον, ου, τό, (ἄρτος, κόπτω) pistrinum.

ἀρτοκοπέω, pistrinum exerceo.

ἀρτοκοπικός, ἡ, όν, ad pistrinum pertinens.

ἀρτοκόπιον, ου, τό, idem quod ἀρτοκοπεῖον.

ἀρτοκόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, (κόπτω) pistor, pistrix. Hdt. 1, 51. 9. 82. Xen. An. 4, 4, 21. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 222.

ἀρτόκρεας, ατος, τό, (ἄρτος, κρέας) panis carni mixtus, cibus pane et carne constans.

ἀρτολάγανον, ου, τό, (ἄρτος, λάγανον) opus pistorium tenuioris generis.

ἀρτολάγυνος πήρα, (λάγυνος) pera panem et lagenam habens. Anth.

ἀρτοποιεῖον, τό, i. q. ἀρτοκοπεῖον.

ἀρτοποιέω, conficio panem, artem pistoriam exerceo, in panes formo.

ἀρτοποιητικός, ἡ, όν, ad panem conficiendum pertinens.

ἀρτοποιΐα, ας, ἡ, pistura.

ἀρτοποιϊκός et ἀρτοποιητικός, ἡ, όν, ad pistoriam, s. pistrinum pertinens, pistorius.

ἀρτοποιός, όν, unde panis coquitur. 2) ὁ, ἡ, pistor: vel pistrix.

ἀρτοπόπος, ὁ, ἡ, (πέπτω) pistor, pistrix. cf. Lobeck ad Phryn. p. 222.

ἀρτοπτεῖον, ου, τό, (ὀπτάω) vas: vel officina, ubi panes coquuntur.

ἀρτόπτης, ου, ὁ, qui panes coquit, artopta. 2) vas, quo panes coquuntur. v. Intpp. ad Juv. 5. 72.

ἀρτοπωλεῖον, et ἀρτοπώλιον, ου, τό, (ἀρτοπώλης) taberna, in qua panes venduntur.

ἀρτοπωλέω, panes vendo.

ἀρτοπώλης, ου, ὁ, qui panem vendit. A praec.

ἀρτοπώλιον, τό, v. ἀρτοπωλεῖον, Ar. Ran. 112.

ἀρτοπῶλις, ιδος, ἡ, quae vendit panem.

ἄρτος, ου, ὁ, panis. 2) quivis cibus.

ἀρτοσιτέω, (σιτέομαι) pane vescor.

ἀρτοσιτία, ἡ, pane vescendi actio.

ἀρτοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui pane vescitur.

ἀρτοφόρον, ου, τό, (φέρω) vas, quo panis fertur: panarium.

ἀρτοφόρος, ον, panem ferens s. in quo panis fertur.

ἀρτοχάριτες, ων, αἱ, (χάρις) placentarum genus, Hesych.

ἄρτυμα, ατος, τό, (ἀρτύνω) condimentum, conditura, pulmentum.

ἀρτυματικός, ή, όν, ad condiendum aptus, vim condiendi habens. A praec.

ἀρτυματώδης, ες, in condiendis cibis usum habens. *dub.* Ab eodem.

ἀρτύνω, apto, adorno, vide ἀρτύω.

ἀρτυρία, ἡ, ars coquendi s. condiendi.

ἀρτύς, ἡ, (ἄρω) *Ion.* p. ἀρθμός

ἄρτυσις, εως, ἡ, ipsa actio condiendi. Gl. Vet. conditura. Ab eodem.

Ἀρτυτήρ, ὁ, curator, magistratus quidam in quibusdam urbibus Graecis.

ἀρτυτικά, ῶν, τά, (ἀρτυτός) de fructibus cinarae, ut genere pro specie.

ἀρτυτικός, ή, όν, conditaneus.

ἀρτυτός, ή, όν, (ἀρτύω) condimentarius, conditaneus, conditus.

ἀρτύω, ύσω, et ἀρτύνω, (ἄρω) condenso, arcto: compono: apto. struo, apparo, paro, instituo: gubernor, moderor: adorno. Hom. inprimis hac voce utitur de iis, quae dolo instituuntur, e. g. δόλον, ὄλεθρον, λόχον, θάνατον, ψεύδεα. Sed etiam de quovis apparatu, ἔεδνα, Od. 1, 277. 2, 196. γάμον, Od. 4, 771. ὑσμίνην ἤρτυνον, pugnam integrabant, Il. 15, 303. sic ἀρτύνθη μάχη, Il. 11, 216. coarctabatur pugna, i. e. denuo se invicem aggressi sunt. σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες, arcte se constipantes. Il. 12, 43. 86. *Med.* πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν, Il. 2, 55. 10, 302. frequentem et densum ad se convenire fecit senatum. ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν, aptabant et cohaerere faciebant remos in vertebris coriaceis, Od. 4, 782. 8, 53. 2) Apud seriores inpr. dicitur pro *condio*, apparo cibos. (υ in ἀρτύω corripitur, in ἀρτύνω producitur)

ἀρυβαλίς, ἡ, et ἀρύβαλος, ὁ, (υ breve.) i. q. ἀρύβαλλος.

ἀρύβαλλος, ου, ὁ, (ἀρύω) marsupium, quod trahendo clauditur et aperitur, crumena. 2) lagena. (υ breve.)

ἀρυσάνη, ης, ἡ (ἀρύω) cyathus.

ἀρύσσω, i. q. ἀρύω, Hdt. 6, 119.

ἀρυστήρ, ῆρος, ὁ, mensurae genus, cyathus. 2) haustrum.

ἄρυστις, ἡ, et ἀρίστιχος, ὁ, Ar. et ἀρυστρίς, ἡ, Anth. i. q. ἀρυτήρ.

ἀρύταινα, ης, ἡ, (ἀρύω) genus cyathi aut poculi. 2) haustrum. 3) trulla balnearia.

ἀρυτήρ, ῆρος, ὁ, (ἀρύω) haustrum, quodcunque instrumentum, quo aliquid haurimus, cochlear. 2) mensura quaedam rerum liquidarum, cyathus.

ἀρυτήσιμος, ον, qui hauriri potest.

ἀρύτω, *Att.* qro ἀρύω. Male scribitur in quibusdam editionibus ἀρύττω. vide sub ἀνύω, ἀνύτω, et cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 70.

ἀρύω, *Att.* ἀρύτω, ύσω, haurio, ex profundo traho, exantlo, protraho. Sic etiam in *med.* Hes. op. 548. Plat. Ion. p. 534. A. *Metaph.* μισθόν, πλοῦτον, Χάριτας ἀρύειν, sibi comparare, reportare: ὠκεανοῦ ἀρύονται, emergunt. Arat. Diosem. 14. (υ semper corripitur.)

ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ἄγγελος) archangelus, princeps angelorum. N. T

ἀρχαΐζω, (ἀρχαῖος) antiquitatem, seu antiquos imitor.

ἀρχαιϊκός, ή, όν, i. q. ἀρχαϊκός, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 39. sq.

ἀρχαϊκός, ή, όν, antiquitatem, seu antiquam rusticitatem prae se ferens, sine moribus, stultus, simplex. Ab eodem.

ἀρχαϊκῶς, *adv.* antiquo more, loquendi et vivendi.

ἀρχαιογονία, ας, ἡ, antiqua origo, antiquitas. Ab seq.

ἀρχαιόγονος, ον, (γονή) antiqui generis; primordialis.

ἀρχαιογράφος, ον, (γράφω) antiquarius.

ἀρχαιοειδής, ές, antiquitatem redolens.

ἀρχαιόθεν, *adv.* antiquitus, Gloss. Vet.

ἀρχαιολογέω, de rebus antiquis dissero. 2) antiquo sermone utor.

ἀρχαιολογία, ας, ἡ, historia de rebus antiquis: origines, antiquitates. A praec.

ἀρχαιολογικός, ή, όν, qui antiquitatem rimatur, antiquitatis peritus: ad ἀρχαιολογίαν pertinens.

ἀρχαιολόγος, ον, (ἀρχαῖος, λόγος) de rebus antiquis disserens. 2) antiquo sermone utens.

ἀρχαῖον, ου, τό, (ἀρχαῖος) sors, *das Capital:* bonum avitum, bona, unde fructus et reditus veniunt.

ἀρχαιόνομος, ον, (νόμος) more antiquo.

ἀρχαιοπινής, ές, (πίνος) antiquitatem redolens.

ἀρχαιόπλουτος, ον, jam inde a majoribus dives, qui divitias avitas habet.

ἀρχαιοπρεπής, ές, antiquitatem referens, more antiquo factus.

ἀρχαῖος, αία, αῖον, (ἀρχή) pristinus, priscus, antiquus, vetustus, major. 2) stultus, ineptus, fatuus, simplex, rusticus.

ἀρχαιότης, ητος, ἡ, antiquitas, vetustas.

ἀρχαιοτροπία, ας, ἡ, (τρόπος) prisca vivendi ratio.

ἀρχαιότροπος, ον, antiquis moribus vivens. ap. Thuc. *sed in contumeliam.*

ἀρχαιοτρόπως, *adv.* more antiquo.

ἀρχαιότυπος, ον, antiquus, exempli vetusti. Suid.

ἀρχαιρεσία, ας, ἡ, (αἵρεσις) magistratuum electio seu creatio. 2) magistratuum eligendorum tempus. 3) *plur.* magistratus electi.

ἀρχαιρέσια, ίων, τά, comitia magistratibus creandis.

ἀρχαιρεσιάζω, ad magistratus creandos convenio: magistratum creo. 2) magistratum peto, quo sensu et in *med.* dicitur: gratiam hominum prensando capto, ambitione utor.

ἀρχαιρεσιακός, ή, όν, comitialis.

ἀρχαϊσμός, οῦ, ὁ, (ἀρχαΐζω) veterum, seu priscorum imitatio. 2) antiqua loquendi ratio.

ἀρχαίως, *adv.* antique, antiquo more. 2) stulte.

ἀρχε-, *praepositio inseparabilis*, ab ἄρχω, principium, caussam, vel imperium indicans, quae nonnunquam variat in uno eodemque vocabulo cum ἀρχι-, e. g. Ἀρχέλοχος et Ἀρχίλοχος, v. Lobeck. post Phryn. p. 769.

ἀρχέγονος, ον, (γένος) primigenius, prior natu: priscus, primaevus: auctor generis: caussa genetrix, caussa giguendi.

ἀρχεδίκης, ου, ὁ, justus possessor, Pind. P. 4, 196.

ἀρχεῖον, ου, τό, (ἀρχή) magistratuum curia: principum domicilium: domus regia: tabularium publicum, archivium. 2) collegium senatorum vel judicum, magistratuum conventus, magistratus: cf. *Kluge* ad Aristot. de Carth. Polit. p. 161.

ἀρχεῖος, εία, εῖον, ad magistratum (ἀρχήν) pertinens. (Pro ἀρχαῖος nusquam dicitur.)

ἀρχειόω, (ἀρχεῖος) antiquo, antiquum reddo, Polyb. 16, 33, 3.

ἀρχέκακος, ον, (κακός) auctor, seu origo malorum.

ἀρχέλαος, ον, (λαός) populi rector, princeps. 2) nomen proprium.

ἀρχέλας, i. q. ἀρχέλαος, *contr.* Ar. Eq. 164.

ἀρχέλειος, ον, Aesch. Pers. 295. i. q. ἀρχέλαος. (Recte tamen vox in dubium vocatur a Blomfieldio, reponente formam ἀρχέλαος. Nam ἀρχέλειος esset a λεία, praedae rector.

ἀρχένεως, ων, (ναῦς) qui nunc primum navigat. 2) navi imperans.

ἀρχέπλουτος, ον, (πλοῦτος) penes quem administrandarum ac dispensandarum divitiarum potestas est: dominus divitiarum et pristinae fortunae restituendus. *vel* i. q. ἀρχαιόπλουτος, Soph. El. 72.

ἀρχέπολις, εως, ὁ καὶ ἡ, (πόλις) civitati imperans, princeps, rex.

ἀρχεσίμολπος, ον, (μολπή) qui cantui praeest.

ἀρχέσπερος, ον, (ἕσπερος) vesperae principium afferens. *dub. lect.*

ἀρχέτας, ὁ, *Dor.* pro ἀρχέτης, dux, Eur.

ἀρχέτυπον, ου, τό, exemplar primigenium, exemplar primum, ad quod reliqua effinguntur.

ἀρχέτυπος, ον, (τύπος) archetypus, qui alteri dat initium, qui primam rei alicujus formam exhibet.

ἀρχεύω, (ἄρχω) impero, *c. dat.* Il. 5, 200. ap. posteriores *c. gen.*

ἀρχέχορος, ον, (χορός) qui praeest choro, choragus.

ἀρχή, ῆς, ἡ, principium, exordium, initium, origo, caussa, κακοῦ, φόνου, Hom. ἀρχὴν ποιήσασθαι, incipere, Isocr. ἀρχὴν λαμβάνειν, initium sumere. Plat. ἀρχὴν ἄρξασθαι, id.: fundamentum, ἀρχὴν βάλλεσθαι, fundamentum jacere, Dem. ἐξ ἀρχῆς, ἀπ' ἀρχῆς, a principio, ab initio, antiquitus; denuo, de integro. – ἀρχαί, initia, elementa, principia omnium rerum, ap. *philosophos.* ἀρχαί sunt etiam primitiae, i. q. ἀπαρχαί. – ἀρχή interdum etiam est *extremitas*, ut πεισμάτων ἀρχαί, Eur. Hipp. 752. ibique Valck. δεσμῶν, summae ansae vinculorum, Lucian. 2) principatus, imperium, dominatus, ditio, τῆς ἀρχῆς ἀπολυθῆναι βουλόμενοι, dominatu liberari cupientes, Thuc. *magistratus*, ut in illo Biantis ap. Aristot ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, saepius in plur. ἐν ἀρχῇ γενόμενος, summam potestatem adeptus. 3) *Adverbialiter* ponuntur α) acc. sing. ἀρχήν vel τὴν ἀρχήν, principio, ante omnia: ab initio, antiquitus, olim. Hdt. ἀρχήν cum negatione junctum potest verti *ne-quidem*, *nullo modo*, οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν, ne conantur quidem, *sie versuchen es gar nicht erst*, Thuc. τοῦ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ κάμνειν τὸ στράτευμα, τούτου σοι δεῖ μέλειν, ut *prorsus* non aegrotet, cf. Herm. Vig. p. 723. Scilicet ubi ἀρχήν ponitur cum

negatione, ibi notio inest rei non modo non factae, sed ne inceptae quidem, unde factum est, ut servata sua proprietate significare potuerit *plane*, *omnino*. – ἀρχὴν *c. gen.*, ut ἀρχὴν τοῦ νόμου, i. q. ἐν ἀρχῇ τ. ν., Wolf. ad Lept. p. 347. *b)* τὰς ἀρχάς, initio, Polyb. *c)* κατ' ἀρχάς et τὸ κατ' ἀρχάς, initio, ab initio: statim. *d)* ἐξ ἀρχῆς et ἀπ' ἀρχῆς, v. supra.

ἀρχηγενής, ές, generis auctor, hinc omnino: auctor, origo, caussa, ἔπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ, quae efficiunt lacrimas, Aesch. Ag. 1628.

ἀρχηγετεύω, (ἀρχηγέτης) principatum obtineo; praesum, *c. gen.* Hdt.

ἀρχηγετέω, auspicor, incipio, ἀπό τινος, Soph.

ἀρχηγέτης, ου, ὁ, (ἄγω) praeses, princeps, dux: auctor: auctor familiae: numen tutelare.

ἀρχηγέτις, ιδος, ἡ, *fem.* ab ἀρχηγέτης, praeses, princeps, dux femina: metropolis imperii.

ἀρχηγικός, ή, όν, principalis; praecipuus.

ἀρχηγός, όν, (ἡγέομαι) praeses, dux, auctor, magister, inventor, caussa rei.

ἀρχῆθεν, *adv.* (ἀρχή) ab initio, antiquitus, denuo: *poet.* et *vulg.* pro ἐξ ἀρχῆς, Lobeck. Phryn. p. 93.

ἀρχι –, *praepositio inseparabilis* ἄρχω, principatum s. primum in aliquo munere locum indicans.

ἀρχίατρος, ου, ὁ, (ἰατρός) medicorum princeps, primarius inter medicos: archiater.

ἀρχιβούκολος, ου, ὁ καὶ ἡ, bubulcorum princeps.

ἀρχίβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, princeps consilii.

ἀρχιγένεθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, auctor vitae.

ἀρχιγραμματεύς, έως, ὁ, scribarum praefectus, inter scribas primarius. ἀρχιγραμματεῖς, cancellarii.

ἀρχιδεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, custos et princeps, s. praefectus carceris.

ἀρχιδεσμώτης, ου, ὁ, idem. Genes. 40, 4. ap. LXX.

ἀρχιδιάκονος, ου, ὁ, Archidiaconus, primarius inter diaconos, Eulog. Alex. ap. Phot. Bibl. p. 1622.

ἀρχιδικαστής, οῦ, ὁ, praeses, seu praefectus judicum.

ἀρχίδικος, ον, (δίκη) praeses judicii, qui exercet judicium, judex quaestionis.

ἀρχίδιον, ου, τό, parvum inperium, parvus magistratus, *Dimin.* ab ἀρχή.

ἀρχιειρεσία, ας, ἡ, (εἰρεσία) principatus inter remiges, remigatio, Suid.

ἀρχιεπίσκοπος, ὁ, archiepiscopus, Athanas. Apol. 2. Epiph. haer. 68.

ἀρχιεράομαι, summus sacerdos sum, summo sacerdotio fungor, Joseph. Ant. 14. 6.

ἀρχιερατεύω, idem.

ἀρχιερατικός, ή, όν, (ἀρχιεράομαι) pontificius, ad summum sacerdotem pertinens.

ἀρχιέρεια, ας, ἡ, pontificatus maximus.

ἀρχιερεύς, ὁ, summus pontifex, summus sacerdos, pontifex maximus.

ἀρχιέρεως, ω, ὁ, pontifex maximus, Hdt. 2, 37.

ἀρχιερωσύνη, ης, ἡ, summum sacerdotium: pontificatus.

ἀρχιεταῖρος, ου, ὁ, princeps sodalium.

ἀρχιευνοῦχος, ου, ὁ, eunuchorum praefectus, seu princeps.

ἀρχίζωος, ον, (ζωή) vitae initium praebens, vitae auctor.

ἀρχιθάλασσος, ον, maris imperium exercens, Anth.

ἀρχιθεωρέω, sum ἀρχιθέωρος.

ἀρχιθεώρησις, ἡ, i. q. ἀρχιθεωρία.

ἀρχιθεωρία, ας, ἡ, munus ἀρχιθεώρου.

ἀρχιθέωρος, ου, ὁ, praefectus eorum, qui sacrorum caussa publice aliquo mittebantur, v. θεωρία.

ἀρχιθιασίτης, ου, ὁ, (θίασος) dux chori Bacchii, Inscr. ant.

ἀρχικέραυνος, ον, auctor vel moderator fulminis.

ἀρχίκλωψ, ωπος, ὁ, dux furum, Plut. Arat. 6.

ἀρχικός, ή, όν, (ἀρχή) primarius, princeps, principalis. 2) peritus imperandi, aptus ab regendum. 3) imperans, qui habet imperium.

ἀρχικυβερνήτης, ου, ὁ, praefectus summus.

ἀρχικυνηγός, οῦ, ὁ, magister rei venaticae.

ἀρχιληστής, οῦ, ὁ, princeps praedonum, s. latronum.

ἀρχιμάγειρος, ου, ὁ, praefectus, seu magister coquorum.

Ἀρχιμανδρίτης, ου, ὁ, (μάνδρα, *monasterium*, *coenobium*) Archimandrita, praefectus coenobii, Abbas.

Ἀρχιμανδρίτις, ιδος, ἡ, Abbatissa, praefecta coenobii. A praec.

ἀρχίμιμος, ου, ὁ, mimorum princeps: princeps histrionum.

ἀρχιοινοχοΐα, ας, ἡ, dignitas et officium ejus, qui principatum inter pocillatores tenet. A seq.

ἀρχιοινοχόος, ὁ, princeps pocillatorum.

ἀρχιπατριῶται, οἱ, principes familiarum. LXX.

ἀρχιπειρατής, οῦ, ὁ, piratarum princeps, archipirata.

ἀρχίπλανος, ὁ, dux vagabundorum, Lucian.

ἀρχιποιμήν, ένος, ὁ, pastorum princeps.

ἀρχιποσία, ας, ἡ, (πόσις) principatus bibendi: primus bibendi locus.

ἀρχιπρεσβευτής, οῦ, ὁ, princeps legationis.

ἀρχιραβδοῦχος, ου, ὁ, lictor primus.

ἀρχισιτοποιός, οῦ, ὁ, pistorum princeps.

ἀρχιστράτηγος, ου, ὁ, imperator exercitus, princeps militiae: summus imperator.

ἀρχισύμβολον, ου, τό, symbolum princeps. Dion. Areop. eccl. Hier. 3, 3, 1.

ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, (συναγωγή) princeps, rector, praefectus Synagogae.

ἀρχισωματοφύλαξ, ακος, ὁ, praefectus satellitum, princeps stipatorum, praecipuus custos corporis. Joseph.

ἀρχιτεκταίνω, i. q. ἀρχιτεκτονέω, Max. Planud. interpr. Rhetor. ad Herenn. 3, 19.

ἀρχιτεκτονεύω, i. q. ἀρχιτεκτονέω, Mechan. vett. p. 105. 110. 113. Hinc ἀρχιτεκτόνευμα, i. q. ἀρχιτεκτόνημα, ib. p. 111.

ἀρχιτεκτονέω, (ἀρχιτέκτων) fabricor, architector: struo.

ἀρχιτεκτόνημα, ατος, τό, (ἀρχιτεκτονέω) opus ab architecto fabricatum, structura.

ἀρχιτεκτονία, ας, ἡ, (ἀρχιτέκτων) architectonica ars.

ἀρχιτεκτονική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars architectonica, architectura.

ἀρχιτεκτονικός, ή, όν, architectonicus, ad architecturam pertinens: quivis qui aliis, artem aliquam exercentibus, praeest, Plat. Aristot. A seq.

ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, architectus, fabrorum princeps, structor, machinator.

ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, magister portitorum.

ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, (τρίκλινον) architriclinus, symposiarcha, qui praest adparando convivio, magister convivii.

ἀρχυπασπιστής, οῦ, ὁ, princeps satellitum.

ἀρχίφυλοι, οἱ, (φυλή) praefecti, s. principes tribuum.

ἀρχιφώρ, ῶρος, ὁ, princeps furum, vel magistratus, praetor, cui quaestio de furtis erat demandata: nomen magistratus, ap. Diodor.

ἀρχίφωτος, ον, (φῶς) princeps seu auctor luminis.

ἀρχοειδής, ές, (ἀρχή, εἶδος) principii formam habens; primigenius: primarius.

ἀρχοντιάω, (ἄρχων) principatum ambio.

ἀρχοντικός, ή, όν, ad magistratum pertinens.

ἀρχός, οῦ, ὁ, princeps, dux. 2) podex, intestinum rectum. A seq.

ἄρχω, f. ἄρξω, *princeps sum*, *primus aliquid facio*, *incipio*, adjecto vel *infinitivo*, ut ἦρχε ἀγορεύειν, loquendi initium fecit, frequenter ap. Hom., vel *participio*, ut ἦρχον χαλεπαίνων, Il. 2, 378. ἦρχε κιών, Il. 3, 447., vel *genitivo*, ut πολέμοιο, μάχης, μύθων, φόβοιο ἄρχειν, Hom. Hinc factum est, ut praeterea etiam *dativus personae* adjiceretur, ut ἄρχε θεοῖς δαιτός, initium fac diis convivii, i. e. instrue piis convivium, Il. 15, 95. Imprimis autem ἄρχω ponitur de eo, qui primus est in via, ita ut simpliciter sit *praeeo*, Il. 1, 495. 3, 420. 9, 653. 11, 472. qua in significatione additur etiam *dativus personae*, ut ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης, praeibat illis Mars, i. e. ducebat eos, Il. 5, 592. unde ἄρχω τινί potest reddi *duco*. Hinc nata est secunda verbi significatio, qua est 2) *dux sum*, *impero*; hoc in significatu additur itidem *dativus*, οἷσί περ ἄρχει, Il. 2, 805. cf. Od. 14, 230. cui insuper accedit *infinitivus*, ἄρχε Μυρμιδόνεσσι μάχεσθαι, duc Myrmidones in pugnam. Il. 16, 65. Jungitur etiam cum praep. ἐν ut ἐν δ' ἄρα τοῖσιν ἦρχε Μενεσθεύς, Il. 13, 689. Sed longe frequentissima est constructio *cum genitivo*, Il. 2, 494. 512. 576. 586. 622. 623. 819. 826. 856. 858. 12, 93. al. Non raro autem ἄρχω ponitur *absolute*: suppresso casu, Ἀλκίνοος δὲ τότ' ἦρχε, Od. 6. 12. cf. 3, 12. Il. 13, 742. Singulari modo adhibitum occurrit Il. 9, 102. σέο δ' ἕξεται, ὅ ττι κεν ἄρχῃ, a te pendebit, utra sententia superior futura sit, (quo sensu Attici frequentant νικᾶν vel κρατεῖν.) – *Et hic quidem est usus Homericus*, (ex parte retentus a Pindaro, N. 3, 16. ἄρχε ὕμνον, incipe cantu. Isthm. 6, 55. σπονδαῖς ἄρξαι, libationibus auspicari, et a *poesi Attica*, ut Soph. El. 522. ἄρχω καθυβρίζουσα, incipio contumelias, nisi ibi, mutata interpunctione, alia adsciscenda constructio.) *ex quo prosae orationis scriptores*, incipiendi significationi Medium, de quo statim agetur, reservantes, *hoc tantum retinuerunt*, *ut* ἄρχω *pro impero dicerent*, et quidem vel *absoluto*: magistratu fungor, inpr. archon sum Athenis, et plenius ἀρχὴν ἄρχειν: vel *c. gen.*, impero alicui, imperium exerceo de aliquo, guberno, rego, τῆς στρατιᾶς, Thuc. ἀνθρώπων, Xen., etiam *metaph.* i. q. ἐγκρατής εἰμι, ut

γαστρός, ventris libidinem coerceo. - Hinc ἄρχων, ὁ, principatum obtinens, magistratus, Praefectus, saepe in *plur.* 2) privato nomine Athenis summus magistratus post reges abrogatos, archon: ἐπὶ ἄρχοντος Νικοκλέους, Nicocle archonte. - *Passiv.* ἄρχομαι, sum sub principatu sive dominatu, sum sub imperio: pareo, obtempero. ἄρχομαι δουλικὴν ἀρχήν, servile jugum fero, Aristot. ἄρχομαι ταῦτα, in his pareo, Plat. οἱ ἀρχόμενοι, i. q. ὑπήκοοι, cives, populus, Xen. Mem. 3, 4, 8. Cyr. 1, 6, 8. - *MED.* ἄρχομαι, *incipio*, *initium facio*, ponitur, sicuti Act., vel *absolute*, Od. 8, 90. 499. 23, 310. vel *cum inf.*, Il. 7, 324. 9, 93. vel *cum gen. rei*, μολπῆς, Od. 6, 101. al., addito praeterea etiam *dat. pers.*, τοῖσι δὲ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἤρχετο μύθων, Od. 1. 367 et saepius. Prosaici vel *absolute*, vel *cum genitivo* positum frequentant: *cum partic.* Xen. Cyr. 8, 7, 26. Sed cum *genitivo personae* significat: *initium sumo ab aliquo*, Il. 9, 97. ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. cf. Pind. N. 2, 2. 5, 47. pro quo ipse Homerus alibi ἔκ τινος, Od. 23, 199., posteriores vero ἀπό τινος ponunt, Soph., Demosth. Jungitur et cum adverbio ἐντεῦθεν, Isocr. ὅθεν, Xen. ἄρχομαι ἀρχήν, rationem principii ineo. 2) i. q. ἀπάρχομαι, Od. 14, 427. ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, i. e. undique ex membris desecabat frusta, tamquam primitias deo afferendas.

ἄρχων, οντος, ὁ, v. ἄρχω.

ἄρω. Ex hac radice ingens fere vocabulorum numerus provenit, (ut ἀρίσκω, ἀρτάω, ἀρτύω, ἁρμόζω, ἀρύω, αἴρω, ἄρνυμαι) licet ipsum thema ἄρω inusitatum plane sit, sed formata ab eo quaedam tempora apud *poetas* non raro sunt in usu: divisa illa inter significationem transitivam, *apto*, *adapto* et intransitivam, *congruo*. I) Ad *transitivam* significationem pertinent *Act.* aor. 1. ἦρσα, Ion. ἄρσα, inf. ἄρσαι. aor. 2. ἤραρον, Ion. ἄραρον (⏑ ⏑ ⏑) inf. ἀραρεῖν, part. ἀραρών. unde novum praesens ἀραρίσκω. Producta, ut videtur, secunda syllaba Od. 2, 248. legitur ἄρηρε, quod esse nequit perfectum. Part. aor. 1. Med. ἀρσάμενος, Hes. sc. 320. - *apto*, *adapto*, *apte et arcte conjungo*, *arcto*, *condenso*, *coagmento*, *compingo*. οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον βόεσσι, postquam se condensarunt milites et apte conjunxerunt clypeis, Il. 12, 105. ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα, in vasis compone omnia, Od. 2, 289., quia scilicet ἥρμοσται τὸ πληροῦν τῷ πληρουμένῳ, ut ait ibi Eustathius. πώμασιν ἄρσον ἅπαντας, operculis apte muni amphoras, Od. 2, 353. γόμφοισιν δ' ἄρα τήνγε (ναῦν) καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν, (de forma vide supra) navem clavis et compaginibus compegit, Od. 2, 248. ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ πυκινοῖσι λίθοισιν, si murum densis lapidibus coagmentet, Il. 16, 212. Hinc in universum notat *apte instruo aliqua re*, νῆα ἐρέταις, navem remigibus, Od. 1, 280. cf. 2, 289. 353. ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ, desiderium cibo instruxit; possis tamen etiam ita interpretari, animum cibo confirmavit et instauravit, et quasi compegit, Od. 5, 95. unde nove dixit Soph. El. 145. ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας, meum animum delectat lugubris luscinia, et quasi animo meo se adaptat: ita fere γέρας ἄρσαντες κατὰ θυμόν, donum animo meo adaptantes, animo et desiderio meo congruum reddentes, ἁρμόσαντες, Il. 1, 136. *Metaphorice* ἀραρεῖν idem est, quod ἀρτύειν parare, struere, ut μνηστῆρσιν θάνατον καὶ κῆρ' ἀραρόντε. Od. 16, 169. *Pass.* aor. 1. ἤρθην, a quo exstat apud Homerum nihil praeter 3. plur., ἄρθεν, p. ἤρθησαν. Il. 16, 211. μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν, ordines condensati sunt. - Perf ἄρήρεμαι, unde part. ἀρηρεμένος, η, ον, adaptatus, arctatus, instructus, Ap. Rh. 1, 787. θύρας ἀρηρεμένας σανίδεσσι, occlusas. 3, 833. πέπλον ἀρηρεμένον περόνῃσι, affixum. 4, 677. μικτοῖσιν ἀρηρεμένοι μελέεσσι, instructi. Eodem fere modo usurpat Hom. part. act. ἀρηρώς, quod vide infra. Falso vero Brunckius in omnibus hisce locis reposuit formam nihili ἀρηράμενος, quam part. aor, 1. med. ab ἀρήρομαι esse vult. II) *Intransitivam* significationem habent haec tempora: Perf. ἄραρα (⏑–⏑) *Ion.* ἄρηρα. part. ἀραρώς, *Ion.* ἀρηρώς, fem. ἀραρυῖα, secunda brevi ap. *Epicos*. Plusqpf. ἠράρειν, *Ion.* ἠρήρειν. (Perfectum plerumque praesentis, plusqpf. imperfecti significationem obtinet.) Part. aor. 2. med. *syncop.* ἄρμενος, η, ον, vet -ος, ον, Hes. op. 784. interdum etiam aor. 2. act. ἀραρών, ut Il. 16, 214, Od. 4, 777. - *condensatus*, *compactus*, *coagmentatus*, *adaptatus sum*; *congruo*, *convenio*, *quadro*, ἄραρον κόρυθες. plane, apte junctae erant, Il. 16, 214. ζωστὴρ ἀραρώς, bene aptus, Il. 4, 134. 213. Sic etiam *cum dat*, δοῦρα, ἔγχος παλάμῃσιν ἀρήρει, manibus conveniebant, saepe ap. Hom. item κόρυθες κροτάφοις, κνημῖδες ἐπισφυρίοις ἀραρυῖαι. Frequenter ap. Hom. invenitur πύλαι, σανίδες στιβαρῶς s. εὖ ἀραρυῖαι, portae bene quadrantes, firmiter aptatae, i. c. bene clausae. Τρῶες ἀρηρότες, densis ordinibus procedentes, Il. 13, 800. ποτὶ τοῖχον ἀρηρότες πίθοι οἴνου, denso ordine ad parietem disposita dolia, Od. 2, 342. τάφρος σκολόπεσσιν ἀρήρει, fossa vallis erat dense munita: Il. 12, 56. πόλις πύργοις ἀραρυῖα, dense cincta Il. 15, 737. ξύνη θυσάνοις, Il. 14, 181. ὄφρα κε δούρατα ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ, cohaerebant, Od. 5, 361. Hinc factum est, ut seriores ἀρηρώς simpliciter dicerent pro *instructus*, *praeditus*, ut Dion. Perieg. 28. εἷς μὲν ἐών, πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς. *Metaph.* ἐν φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν, aptum erat animo nostro, placuit nobis, Od. 4, 777. unde Trag. ἄραρε vel ἄρηρε, decretum est, stat sententia, Aesch. Prom. 60. Eur. Med. 1609. Or. 1331. Hipp. 1090. Hinc θυμὸς ἀρηρώς, firmus animus neque ulla re motus, Theocr. 25, 113. ἀραρότα δόγματα, firma, immutabilia, Dio Chrysost. or. 12. p. 210. D. Notatu dignum est part. ἄρμενος, congruens, aptus: ἐπίκριον ἄρμενον αὐτῷ i, e. τῷ ἱστῷ, antennam apte cohaerentem malo, Od. 5, 254. etiam cum praep. ἐν, Il. 18, 600. Od. 5, 234. inde paratus, accommodus, jucundus, Hes. sc. 116. aptus, ἤματα κουρῆσι γενέσθαι ἄρμενος, Hes. op. 784. χρήματα δ' ἐν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι, parata ib. 405. παρέσχεθον ἄρμενα πάντα, Hes. Theog. 639. ἐν ἀρμένοις θυμὸν αὔξων, in convenientibus rebus, Pind. N. 3, 99. ἄρμενος ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδ' ἦν, humanus erga hospites Pind. fr. hymn. 6. - Apud seriores τὰ ἄρμενα omnino dicuntur *instrumenta*, ut ἄρμενα τέχνης Anth., inprimis *vela*, *carbasi*, vel ἴκρια Theocr. 22, 13. quam significationem Eustathius sumtam putat ex isto Homerico Od. 5, 254. - Ex part. perf. act. factum est *adverb.* ἀραρότως, *Ion.* ἀρηρότως, dense, firmiter, immutabiliter, Hesychio, ἁρμοδίως, ἀσφαλῶς, Aesch. Sup. 942, Plat.

ἀρωγή, ῆς, ἡ, (ἀρήγω) auxilium, remedium.

ἀρωγοναύτης, ου, ὁ, (ναύτης) nautarum auxiliator, sive fautor.

ἀρωγός, όν, auxilium ferens, opitulans, τινί. Apud Hom. est *Subst.* auxiliator, defensor, inpr. in pugna, sed etiam in judicio, *patronus*, Il. 18, 502. cf. ἀρηγών. 2) *c. gen.* is, qui nos in aliqua re adjuvat, nobis aliquid parat, γένος ἀρωγὸν ναΐας τέχνας, rerum nauticarum socii, Soph. Aj. 357. ἐλπίδων ἀρωγά, qui spem faciunt, Soph. El. 857. 3) utilis, Aesch. Prom. 997. propulsans, arcens. *c. gen.* βροχίων, pluvias arcens, Anthol.

ἄρωμα, ατος, τό, aroma, odoramentum, suavitas odorum. ἀρώματα, odores.

ἄρωμα, τό, (ἀρόω) i. q. ἄρομα, arvum, Ar. Pac. 1158.

ἀρωματίζω, aromata resipio. 2) aromatis imbuo: condio.

ἀρωματικός, ή, όν, aromaticus, odoratus.

ἀρωματίτης, ου, ὁ, aromaticus, ex aromatis confectus, scil. οἶνος.

ἀρωματῖτις, ιδος, ἡ, ex aromatibus confecta, aromatica, scil. πόσις.

ἀρωματώδης, ες, aromaticus.

ἀρωματοπώλης, ου, ὁ, (πωλέω) aromatum venditor, odorarius.

ἀρωματοφορέω, aromata fero. A seq.

ἀρωματοφόρος, ον, (φέρω) aromata ferens.

ἀρώμεναι, inf. praes. *Ion.* pro ἀροῦν, ab ἀρόω, Hes. op. 22. Alii tamen legunt ἀρόμεναι, vel quod reliquis praestat, ἀρόμεναι, vide Spohn. ad l. l. De productione in ἀρώμεναι confer Lobeck. ad Phryn. p. 227.

ἀρωνία, ἡ, mespili arboris quaedam species, Dioscor. 1, 171.

ἀρωραῖος, pro ἀρουραῖος, Ar. Ach. 762. in dialecto Megarensium.

ἀρώσιμος, ον, idem quod ἀρόσιμος, Soph. Ant. 569.

ἄρωστος, ον, *poet.* p. ἄῤῥωστος.

ἄς, *adv. Dor.* p. ἕως, quamdiu, Pind. Ol. 10, 61. Ar. Lys, 173.

ἅς, *Dor.* p. ἧς *gen.* ab ὅς, ἥ, ὅ.

ἀσαγήνευτος, ον, (σαγηνεύω) non captus, vel non capiendus sagena. Cyrill.

ἀσαγής, ές, (σάγη) oneribus ferendis non adsuetus. Just. Mart.

ἆσαι, Inf. aor. 1. *contr.* pro ἀάσαι, ab ἀάω, laedo, Il.

ἄσαιμι, opt. aor. 1. ab ἄω, satio, Il. (– – ⏑)

ἄσακτος, ου, (σάττω) non conculcatus, non pressus, mollis, non refertus, non oneratus.

ἀσαλαμίνιος, ον, rei nauticae imperitus, maris expers. Ar. Ran. 205. Ex α pr. et Σαλαμίνιος, quia Salaminii rei navalis peritissimi, vel potius propter Salaminiam pugnam. (Antepen longa.)

ἀσάλεια, *poet.* ἀσαλία, ἡ, (ἀσαλής) securitas, incogitantia: tranquillitas.

ἀσάλευτος, ον, (σαλεύω) inconcussus, immotus, perpetuus.

ἀσαλεύτως, *adv.* constanter. A praec.

ἀσαλής, ές, (σάλος) tranquillus, cura vacuus. Aesch.

ἀσάλπιγκτος, ον, (σαλπίζω) tuba non proclamatus: sine tubae clangore, ὥρα ἀσ., ap. Soph. media pars noctis, nam tuba canebatur tantum vesperi et diluculo.

ἄσαμεν, 1 plur. aor. 1. ab ἄω, dormio, Od. (– ⏑ ⏑)

ἀσάμινθος, ου, ἡ, pelvis, solium, labrum, in quo veteres se lavabant balneis nondum repertis, Hom.

ἀσάνδαλος, ον, (σάνδαλον) sandaliis carens. Bion. 1, 21.

ἄσαντος, ον, (σαίνω) non blandiens, sc. more canum caudam agitantium: crudelis, immitis. Aesch. Choe. 420.

ἀσάομαι, v. ἀσάω.

ἀσαπής, ές, (σήπω) non putrefactus, putredini non obnoxius.

ἀσαρίτης, οἶνος, (ἄσαρον) asarites, s. vinum asaro herba conditum, Diosc. 5, 60.

ἀσαρκέω, (ἄσαρκος) gracilis, s. macilentus sum.

ἀσαρκία, ας, ἡ, macies, gracilitas.

ἄσαρκος, ον, (σάρξ) carnis expers: gracilis, macilentus. 2) pro πολύσαρκος, Lycophr. 154.

ἀσαρκώδης, ες, gracilis.

ἄσαρον, ου, τό, asarum, nardus silvestris.

ἄσαρος, ον, vel ἀσάρωτος, ον, (σάρος, σαρόω) qui non verritur. οἶκος ἀσάρωτος, pavimentum scopis non mundato simile, de quo Plin. 36, 25, „ Pavimenta apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Losus, qui Pergami stravit, quem vocant *asaroton oecon*, quoniam purgamenta coenae in pavimento, quaeque everri solent, veluti relicta fecerat parvis e testulis tinctisque in varios colores." cf. Stat. Silv. 5, 3. Dicitur etiam τὸ ἀσάρωτον.

ἀσάρωτος, ον, (σαρόω) vide ἄσαρος.

ἀσασθαι, inf. aor. 1. med. ab ἄω, satio, Il. (- - -)

ἄσατο, 3 sin. aor. 1. med. *contr.* p. ἀάσατο, ab ἀάω, Il. (- ᴗ ᴗ)

ἀσάφεια, ας, ἡ, obscuritas. A seq.

ἀσαφής, ές, (σαφής) obscurus, incertus, non manifestus.

ἀσαφῶς, *adv.* obscure. A praec.

ἀσάω, ήσω, (ἄση) satio, exsatio, ad nauseam et fastidium redigo, Theogn. 593. Frequentius in *Med.* satior, nauseo, fastidio, irascor. μηδὲν ἄγαν Χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα, Theogn. 657. ἀσάμενοι, *Aeol.* pro ἀσώμενοι, Alcaei fr. III, 2. ap. Athen. p. 430. D. ἀσώμενος ἐν φρεσίν, Theocr. 25, 240. (ᴗᴗ-) Dicitur etiam ἀσσάομαι, Hippocr.

ἄσβεστος, ον, vel ἀσβέστη, Il. 16, 123. (σβέννυμι) inexstinguibilis, qui exstingui nequit, inexstinctus: nunquam cessans: ap. Hom. frequentissime significatione *metaphorica*, ut ἀσβ. κλέος, μένος, γέλως, βοή. cf. Aesch. Prom. 532. 2) ἡ ἄσβεστος, sc. τίτανος, calx viva utpote quae non restincta sit aqua, Luc. cf. Schneider ecl. phys. p. 89. 3) lapis coloris ferrei, Plin. 37, 10. unde telae fiunt, quae non comburuntur in igne.

ἀσβολαίνω, (ἀσβόλη) fusco, fuligine foedo.

ἀσβολάω, i. q. ἀσβολαίνω, sed rarius, Plut. Cim. 1.

ἀσβόλη, ης, ἡ, fuligo, favilla, Lobeck. Phryn. p. 113.

ἀσβόλησις, ἡ, quum quid fuligine obducitur, Aesop.

ἀσβολόεις, όεσσα, όεν, fuliginosus.

ἀσβολοποιός, όν, fuliginem efficiens, Eustath.

ἄσβολος, ου, ἡ, idem quod ἀσβόλη *Attica* forma est ἄσβολος, communis ἀσβόλη, v. Phryn. in A. B. 17. Lobeck. ad Phryn. P. 113. Invenitur etiam ὁ ἄσβολος, Hippocr. de morb. mul. 1. 100. p. 792. Theophr. de ign. p. 68. quod reprehendunt Grammatici, A. B. p. 451.

ἀσβολόω, fuligine inficio.

ἀσβολώδης, ες, idem quod ἀσβολόεις.

ἄσε, 3 sing. aor. 1. *contr.* pro ἄασε, ab ἀάω, laedo, Od.

ἀσέβεια, ας, ἡ, (ἀσεβής) contemtus cultus divini, impietas.

ἀσεβέω, f. ήσω, irreligiosus et impius sum, impie ago, impie tracto aliquem εἴς et περί τινα, vel c. acc. *In pass.* impie tractari et impie fieri. Ab eod.

ἀσέβημα, ατος, τό, (ἀσεβέω) facinus impium, facinus nefarium, nefas.

ἀσεβής, ές, (σέβω) qui numen divinum non colit, vel nullum Deum colit, irreligiosus, impius, qui Deum non novit.

ἀσέβησις, εως, ἡ, actio impia et nefaria, irreverentia. A praec.

ἀσεβῶς, *adv.* (ἀσεβής) impie.

ἄσειν, inf. fut. ab ἄω, satio, Il. (- -)

ἄσειρος, ον, (σειρά) habena carens: non vinctus; intractabilis, mali moris, Hesych.

ἀσείρωτος, ον, (σειρόω) non σειρὰν sive habenam vel catenam, sed jugum habens. Ex quatuor enim, qui currum trahebant, equis duo extremi habenam ferebant, unde adpellabantur σειραφόροι, duobus mediis vero jugum impositum erat; hinc explicandus Euripides Ion. 1164. μελάμπεπλος δὲ Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς ὄχημ' ἔπαλλεν, currum habenas non habentem jugis promovit Nox.

ἀσέλαστος, ον, (σέλας) sine splendore, luminis expers, Paul. Sil. ecphr. 445.

ἄσειστος, ον, (σείω) inconcussus, immotus, non quassatus, inquassatus: qui quassari et concuti nequit.

ἀσελγαίνω, (ἀσελγής) petulanter et lascive ago: petulanter aliquem injuria adficio: nefandae libidini indulgeo, lascivio.

ἀσέλγεια, ας, ἡ, petulantia, protervitas, improbitas: petulans et proterva injuria, lascivia, luxus, impudicitia: quaevis animi impotentia. Ab eod.

ἀσελγέω, f. ήσω, idem quod ἀσελγαίνω.

ἀσελγέως, *adv.* proterve, petulanter, libidinose. v. ἀσελγῶς, quod est usitatius. A seq.

ἀσελγής, ές, petulans, insolens, protervus, improbus, petulanter injurius: lascivus, ganearius, libidinosus, luxuriosus, obscenus, flagitiosus, impudicus, incestus. Dicitur etiam, contra quam Thomae M. placitum, de feminarum libidinibus, Plut. Lucull. 38. Lucian. dial. meretr. 6. sic etiam ἀσέλγεια, Alciphr. ep. 3, 69. Xen. Eph. 3, 73.

ἀσελγόκερως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, (ἀσελγής et κέρας) cornibus lasciviens, magna cornua habens.

ἀσελγομανέω, (ἀσελγής et μαίνομαι) per lasciviam insanio, insana impudicitia teneor, vel prurio.

ἀσελγῶς, *adv.* i. q. ἀσελγέως.

ἀσέληνος, ον, (σελήνη) illunis, obscurus. epith. noctis. Thuc. 3, 22.

ἄσεμνος, ον, (σεμνός) minime venerandus, inhonoratus: incastus, impudicus.

ἀσεμνότης, ἡ, impudicitia, quum quis minime est venerandus, Epiph.

ἀσεμνῶς, *adv.* parum decore.

ἀσεπτέω, impius sum, i. q. ἀσεβέω, Soph. Ant. 1350.

ἄσεπτος, ον, (σέβω) impius, irreligiosus. 2) non cultus.

ἄσεσθε, 2. pl. fut. *Med.* ab ἄω, satio Il. (- - ᴗ)

ἄση, ης, ἡ, (ἄδω) fastidium, nausea: molestia animi: sordes, squalor: dolor. (ᴗ -)

ἀσήκαστος, ον, (σηκάζω) extra stabulum, Nicet.

ἀσηχορία, ας, ἡ, fastidium e satietate. Hesych. A seq.

ἀσήχορος, ον, (χόρος) fastidiens e satietate. Hesych.

ἀσήμαντος, ον, (σημαίνω) non signatus, nullo sigillo obsignatus. 2) incustoditus, rectore carens, Il. 10, 485.

ἀσημείωτος, ον, (σημειόω) non notatus, aut insignitus.

ἀσημόγραφος, ον, (γράφω) obscure scriptus. ἀσημογράφος, obscure scribens.

ἄσημος, ον, (σῆμα) cui signum, seu nota non est impressa: ignobilis: obscurus, qui nihil significat.

ἀσημότης, ητος, ἡ, ignobilitas, A praec.

ἀσήμων, ον, i. q. ἄσημος, Soph.

ἀσήμως, *adv.* obscure: ignobiliter.

ἄσηπτος, ον, (σήπω) putredine non vitiatus, incorruptus: non obnoxius putredini.

ἀσηρός, όν, (ἄση) fastidium adferens, molestus.

ἀσηρῶς, *adv.* moleste.

ἄσηστος, ον, (σήθω) non percolatus, Athen.

ἀσθένεια, ας, ἡ, (ἀσθενής) imbecillitas, debilitas: morbus, aegritudo, languor, infirmitas, fragilitas: ignavia, hebetudo, socordia: impotentia, paupertas, Hdt.

ἀσθενέω, f. ήσω, imbecillis, infirmus sum: langueo, aegroto: nihil ago.

ἀσθένωσις, εως, ἡ, i. q. ἀσθένεια, Hippocr.

ἀσθένημα, ατος, τό, imbecillitas.

ἀσθενής, ές, (σθένος) imbecillis, invalidus, debilis, aeger, infirmus, aegrotus, tenuis.

ἀσθενικός, ή, όν, imbecillis, languidus, valetudinarius: pauper. A praec.

ἀσθενοποιέω, debilito, App. Num. p. 518.

ἀσθενοποιός, όν, languidum faciens, Schol. Ap. 2, 205.

ἀσθενόῤῥιζος, ον, imbecilli radice haerens.

ἀσθενόψυχος, ον, imbecillis animo.

ἀσθενόω, f. ώσω, (σθενόω) imfirmum reddo, debilito, robur viresque alienjus frango.

ἀσθενῶς, *adv.* (ἀσθενής) imbecilliter, invalide.

ἀσθένωσις, ἡ, (ἀσθενόω) debilitatio, imbecillitas.

ἆσθμα, τος, τό, flatus, spiritus, anhelitus, anhelatio: respiratio difficilior, suspirium.

ἀσθμάζω, f. άσω, anhelo, Suid.

ἀσθμαίνω, anhelo, halo: difficilem spiritum duco, Il. 10, 496.

ἀσθματικός, ή, όν, ad anhelationem seu respirationem pertinens: suspiriosus, difficulter spirans.

ἀσθματώδης, ες, id. q. ἀσθματικός, Hippocr.

ἀσθμοτόκος, ον, difficilem spiritum efficiens, Maneth. 4, 274.

Ἀσία, ας, ἡ, Asia, nomen regionis. (ᴗᴗ-)

Ἀσιαγενής, ές, Asiatici generis.

Ἀσιᾶτογενής, ές, Asiaticus, *dub.*

Ἀσιᾶνός, ή, όν, Asiaticus.

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, Asiarcha. Erant Asiarchae summi sacrorum praefecti, delecti ex primoribus et opulentioribus civibus, quorum erat in honorem Deorum et imperatoris Romani quotannis ludos theatrales suis sumtibus, ut aediles Romae, edere. Muneri suo, quod annuum erat, ita admovebantur, ut initio cujusque anni, i. e. sub aequinoctium autumnale, singulae Asiae urbes concionem haberent civium suorum, uni Ἀσιάρχου honorem delaturae. Quo facto civitas quaequae in certam Asiae proconsularis urbem primariam, ut Ephesum, Smyrnam, Sardes, cet. legatum mittebat ad τὸ κοινόν, s. ad commune gentis concilium, qui nomen delecti a civibus suis publice renunciaret. Ex his vero, quos singulae Asiae urbes Asiarchas nominaverant, synedri non nisi decem designabantur, e quorum numero summus sacrorum praefectus a Proconsule Rom. deligebatur. A singulis, quibus praeerant, provinciis Συριάρχαι, Λυκιάρχαι, Φοινικάρχαι, Καριάρχαι adpellabantur. Strabo XIV, p. 960. Act. 19, 31. Cod. Theod. XV. 9, 2. Hinc Ἀσιαρχία, ἡ, munus et dignitas Asiarchae.

Ἀσιάς, άδος, ἡ, Asiatica, γῆ, Aesch. κιθάρα, cithara Asiatica, i. e. a Cepione Lesbio emendata, Plut. de mus. (⏑⏑⏑)

Ἀσίας, *gen.* αω, εω, ω, Asias, heros, Il. 2, 461. Hdt. 4, 45. cf. Ἄσιος. (–⏑–)

Ἀσιάτης, *fem.* ᾶτις, *Ion.* Ἀσιήτης, ῆτις, Asiaticus, a. χθὼν Ἀσιῆτις, Aesch. Pers. 61. (⏑⏑––)

Ἀσιᾶτικός, ή, όν, Asiaticus.

Ἀσιᾶτογενής, ές, generis Asiatici, Aesch. Pers. 12. ubi tamen extat v. l. Ἀσιατιγενής, ab Ἀσιᾶτις, unde Blomfield. fecit Ἀσιητιγενής.

ἀσῑγησία, ας, ἡ, (σιγάω) tacendi impotentia.

ἀσίγητος, ον, non tacens, non silens, tacere non valens, garrulus. (ῐ)

ἀσιγμοποιέω, (ἄσιγμος) carmen compono sine littera Sigma, Athen. 10. 16. 21. qualem oden composuisse fertur Pindarus, cf. Schaefer ad Dion. de comp. p. 171.

ἄσιγμος, ον, (σιγμός vel σῖγμα) stridore carens. 2) carens littera Sigma. Dion. Hal. de comp. 14, 100.

ἀσίδηρος, ον, qui sine ferro est: qui sine ense est.

ἄσικχος, ον, (σικχός) delicatioris cibi non adpetens. 2) non injucundus.

ἄσιλλα, ἡ, lignum cervici humerisque impositum, ex quo utrinque dependebant onera, vasa, inpr. in quibus pisces portabantur: Simon. fr. 109. ap. Aristot. Rhet. 1, 7. 9. πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τρηχεῖαν ἄσιλλαν, ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον, unde Eustath. Od. ξ. p. 1761. -545, 52. explicat σκεῦός τι ἰχθυηρόν. cf. Aleiphr. ep. 1, 1. Hinc verbum ἀσιλλοφορέω, ap. Hesych.

ἀσίνη, ης, ἡ, herba quaedam aliis sese implicans, f. l. pro ἰασίνη, Theophr. c. pl. 2, 25.

ἀσινής, ές, (σίνομαι) illaesus, nullo malo adfectus. Od. 11, 109. 2) innocuus, innoxius qui minime nocet. (⏑⏑–)

ἀσινῶς, *adv.* (ἀσινής) innoxie, sine noxa.

ἄσιος, ία, ιον, (ἄσις) limosus. (⏑⏑⏑)

Ἄσιος, ία, ιον, Asius, Il. 2, 461. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, qui campus ita dicebatur ab Asia, (Ἀσίας, *gen.* αω, εω, ω) heroe, Hdt. 4, 45. Wolfius Ἀσίῳ edidit, ut sit genitivus nominis Ἀσίας. (–⏑⏑)

ἀσίρακος, ου, ὁ, locustae genus, carens pinnis Diosc. 2, 57.

ἄσις, ιος, ἡ, limus, sordes, coenum, Il. 21, 321. (⏑⏑)

Ἀσίς, ίδος, ἡ, sc. γῆ, Asia, (–⏑, Blomf. ad Aesch. Pers. 275.)

ἀσιτέω, (ἄσιτος) cibum non capio, abstineo a cibo, panem non comedo.

ἀσῖτία, ας, ἡ, inedia, esuries, jejunium, abstinentia a cibo. 2) inopia frumenti, s. commeatus. Ab eodem.

ἄσῖτος, ον, (σῖτος) qui cibum non sumsit, jejunus, impastus: debilitatus inedia.

ἀσίτως, *adv.* jejune (⏑––)

ἀσκαίρω, i. q. σκαίρω cum α euphon.

ἀσκάλαβος, ου, ὁ, ἡ, stellio, animal lacertae simile.

ἀσκαλαβώτης, ου, ὁ, idem.

ἀσκάλαφος, ου, ὁ, avis nomen.

ἀσκάλευτος, ον, (σκαλεύω) non fossus, non circumfossus, seu sarritus.

ἄσκαλος, ον, (σκάλλω) id. q. ἀσκάλευτος.

ἄσκαλτος, ον, (σκάλλω) non fossus.

ἀσκαλώπας, ου, ὁ, gallinago, avis gallinae magnitudine, Aristot. Dicitur et σκολόπαξ.

ἀσκαμωνία, ας, ἡ, genus herbae medicae, v. σκαμωνία.

ἀσκανδάλιστος, ον, (σκανδαλίζω) non offensus.

ἀσκάντης, ου, ὁ, vilis lectus, lectus non habens stoream, grabatus.

ἀσκαρδαμυκτεί, et ἀσκαρδαμυκτί, *adv.* oculis rectis, oculis intentis, ita ut non nicteris.

ἀσκαρδαμυκτέω, non conniveo, non nictor, fixis et rectis oculis intueor.

ἀσκαρδαμύκτης, ὁ, Hippocr. et ἀσκαρδάμυκτος, ον, (σκαρδαμύσσω) non nictans, non connivens.

ἀσκαρής, ές, (σκαίρω) non exsultans, non palpitans.

ἄσκαρθμος, ον, idem et ab eod.

ἀσκαριδώδης, ες, (ἀσκαρίς) scatens ascaridibus, seu vermibus sic adpellatis.

ἀσκαρίζω, f. ίσω, (σκαρίζω, cum α euphon.) salio, exulto.

ἀσκαρίς, ίδος, ἡ, genus lumbricorum.

ἀσκάριστος, ον, (ἀσκαρίζω) non saliens, non exultans, Suid. s. v. ἀσφάδαστος.

ἄσκαρος, ου, ὁ, calceorum, seu sandaliorum genus. Hesych. 2) genus crepitaculi. Pollux.

ἀσκαύλης, ὁ, (ἀσκός, αὐλέω) utricularius, s. ὃς αὐλεῖ ταῖς μασχάλαις ἀσκὸν ὑποβάλλων, Dio Chrys. or. 71.

ἄσκαφος, ον, (σκάπτω) non fossus.

ἀσκεθής, ές, idem quod ἀσκηθής, v. l. Od. 14, 255.

ἀσκεία, ας, ἡ, i. q. ἄσκησις, et ex eod.

ἀσκεῖον, i. q. ἀσκίον, *Dim.* ab ἀσκός.

ἀσκελές, *adv.* (ἀσκελής) duriter, graviter: perpetuo.

ἀσκελέως, *adv.* (ab utroque ἀσκελής) duriter: adsidue: graviter. 2) sine cruribus: pari mensura.

ἀσκελής, ές, (σκέλλω, cum α euphon.) exsiccatus, aridus: hinc durus, crudelis, ut ἄτεγκτος, σκληρός. Ap. Hom. Od. 10, 463. ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι, defessi, defatigati, nisi potius ad sequens vocabulum trahendum sit. Praeterea Homerus neutro ἀσκελές, utitur pro adverbio, *indesinenter*, *continuo*, Od. 1, 68. Il. 19, 68.

ἀσκελής, ές, (σκέλος, c. α priv.) cruribus carens; hinc debilis, robore destitutus, huc trahitur a nonnullis ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι, Od. 10, 463. 2) cum α aequalitatem notante, id qd. ἰσοσκελής: pari mensura, Nic.

ἀσκέπαρνος, ον, (σκέπαρνον) rudis, impolitus, non elaboratus, non exasciatus, securi non tactus.

ἀσκέπαστος, ον, (σκεπάζω) intectus.

ἀσκέπαστρος, ον, (σκέπαστρον) qui tectus non est, operimento carens.

ἀσκεπής, ές, (σκέπη) idem.

ἄσκεπος, ον, idem et ab eod.

ἄσκεπτος, ον, (σκέπτομαι) inconsideratus, non circumspectus, inconsultus, incogitatus.

ἀσκέπτως, *adv.* inconsiderate, temerarie, inconsulto, temere.

ἀσκέρα, ας, ἡ, calceamenti Attici genus, hirsutum et commodum tempore hiemali.

ἀσκερίσκον, τό, *Dimin.* ab ἀσκέρα.

ἀσκευής, ές, (σκεῦος) imparatus.

ἄσκευος, ον, (σκεῦος) vasis utensilibusque carens, omni instrumento ac supellectile carens, non instructus, inops: simplex et omni adparatu carens.

ἀσκευώρητος, ον, (σκευωρέω) sagaci curiosaque perscrutatione non excussus.

ἀσκέω, f. ήσω, *elaboro*, *polio*, ut εἴρια, κέρατα, ἀργύρεον κρητῆρα, Hom. Χιτῶνα πτύσσειν καὶ ἀσκεῖν, componere, Od. 1, 439.: *exorno*, *ordino*, *arte fabricor*, ἅρμα χρυσῷ εὖ ἤσκηται, ornatum est, Il. 10, 438. χορὸν ἤσκησεν, ordinavit, Il. 18, 592. ita quoque in partic. aliis additur verbis, χρυσὸν περιχεῦεν ἀσκήσας, Hom. Hinc transfertur ad omnes eas artes, quae ad curam et cultum animi corporisque pertinent, Aesch. Pers. 182. cf. Koen. et Schaef. ad Greg. p. 536 sq. *colo*, *curo*, e. g. deos, δαίμονα, Pind. *exerceo*, σῶμα τροφῇ, Xen. Cyr. 2, 3, 8 πρὸς ἰσχύν, ib. 2, 1, 20. inpr. de exercitationibus athletarum: hinc *metaph.* ἀρετήν, τέχνην, λόγους ἀσκεῖν, exercere, meditari: inde erudio, doceo, Polyb.

ἄσκη, ἡ, i. q. ἄσκησις, Plato com. ap. Poll. 3, 154.

ἀσκηθής, ές, (ἀσκέω) non laesus, incolumis.

ἄσκημα, ατος, τό, (ἀσκέω) quod exercemus, institutum.

ἄσκηνος, ον, (σκηνή) tentorio, sive tabernaculo carens: subdialis, sub dio positus. 2) non fictus, Synes.

ἀσκήνως, *adv.* sine fictione, fraude, machinatione. A praec.

ἄσκησις, εως, ἡ, (ἀσκέω) exercitatio, institutio, industria, cultus, studium. 2) vita et leges athletarum. Xenoph. 3) vita monastica.

ἀσκητέος, έα, έον, exercendus. Ab eodem.

ἀσκητήριον, ου, τό, locus, in quo exercitatio instituitur, gymnasium. 2) coenobium, monasterium. Eccl. Ab eodem.

ἀσκητής, οῦ, ὁ, exercitator: curator. 2) athleta. 3) qui in rerum divinarum meditatione se exercet, Eccl. Ab eod.

ἀσκητικός, ή, όν, ad exercitationem comparatus: exercitationi vacans; meditationi sacrae incumbens: dicendi cupidus, sapien-

tiae studiosus. A praec.

ἀσκητός, ή, όν, elaboratus arte, affabre factus: ornatus: quod exercitatione adquiri ac disci potest ac debet. Ab eod.

ἀσκήτρια, ας, ἡ, *fem.* ab ἀσκητής, virgo, seu quaevis mulier meditationibus sacris vacans, monialis, Eccl.

ἀσκίαστος, ον, (σκιάζω) qui occultari non potest: non obumbratus.

ἀσκίδιον, ου, τό, utriculus, parvus uter. *Dim.* ab ἀσκός.

ἀσκίον, ου, τό, idem et ab eod.

ἄσκιος, ια, ιον, (α euphon. vel priv. et σκιά) umbrosus, opacus, qui densam habet umbram. 2) umbra carens, inopacus.

ἀσκίπων, ον, (σκίπων) scipione non nixus, qui sine baculo incedit, qui adhuc vegeta est senecta. (‒‒‒)

ἀσκίτης, ου, ὁ, ut ἀσκίτης ὕδρωψ, (ἀσκός) species aquae intercutis, sive hydropis, in quo humor aquosus, cum exiguo spiritu in membrana abdominis interiore inter peritonaeum et intestina, velut in utre quodam continetur.

Ἀσκληπιάδης, ὁ, filius vel ex posteris Aesculapii, Il. Ap. seriores cognomen medicorum.

Ἀσκληπιάς, άδος, ἡ, Asclepias, herba, Hippocr. p. 1279, 29.

Ἀσκληπίδης, ὁ, poet. pro Ἀσκληπιάδης, Soph. Phil, 1333. cf. Etym. M. p. 210, 11.

Ἀσκληπιεῖον, ου, τό, aedes Aesculapii. Dicitur etiam Ἀσκληπίειον, Paus. 2, 11. 3, 22. 4. 30. Ἀσκλήπειον ib. 2, 26. p. 276. Ἀσκληπεῖον, ib. p. 277. Luc. Icarom. 16. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 370.

Ἀσκληπίειος, εία, ειον, ad Aesculapium pertinens, ut φάρμακον, πάναχες, Plin. βρέτας, Synes. στέμμα, App. τὰ Ἀσκληπίεια, festum Aesculapii, Plat. Ion. init.

Ἀσκληπιός, οῦ, ὁ, Aesculapius. Il. 2, 709. coll. hym. Hom. 15. Ἀσκλήπιος. Demostheni paroxytonon fuisse, ex Plutarcho prodidit Eusthatius p. 463, 37. 1447, extr. cf. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 56. et 649., qui hinc productionem penultimae Il. 2, 731. explicat, et Boeckh. ad Pind. P. 3, 6.

ἀσκοδέτης, ὁ, (δέω) ligamen, quo utres vini clauduntur, Nic.

ἀσκοδορέω, vide in ἀσκός.

ἀσκοκήλης, ου, ὁ, (κήλη) herniosus.

ἀσκοπήρα, ας, ἡ, (πήρα) marsupium, pera, crumena.

ἀσκοπήρα, ἡ, i. q. πήρα.

ἄσκοπος, ον, (σκοπέω) inconsideratus, non circumspectus. 2) mente et cogitatione non perceptus: inopinatus. 3) (σκοπός) non feriens scopum: inutilis: multus, longus, infinitus.

ἀσκοπυτίνη, ης, ἡ, (ἀσκός, πυτίνη) lagena coriacea. Ar.

ἀσκόπως, *adv.* inconsiderate, inopinate. 2) caece, cum aberratione a meta proposita.

ἀσκορδίνωτος, ον, (σκορδινάομαι) non agitana membra, vertigine non circumactus, Soph. ap. Hesych.

ἀσκός, οῦ, ὁ, uter, pellis, follis, culeus: pellis detracta, Hdt. 3, 9. 7, 26. Hinc ἀσκὸν δέρειν τινά, vel ἀσκὸς δέρεσθαι, de saevissimis cruciatibus, cf. Heindorf. Plat. Euthyd. p. 285. C., quod seriores una voce dicebant ἀσκοδορεῖν. Pallad. de Brachman. p. 7.

ἀσκότεινός, όν, non tenebrosus.

ἀσκοφορέω, utrem fero.

ἀσκοφόρος, ον, utrem ferens.

ἀσκύλευτος, ον, (σκυλεύω) inspoliatus, non spoliatus. (υ producitur.)

ἄσκυλτος, ον, (σκύλλω) infatigabilis: illaesus, integer; Auctor Constit. Apost. de capillis et capite, cujus coma resecta aut vellicata, concerpta, disjecta non est, ut in conflictibus amantium.

ἀσκύλτως, *adv.* sine molestia et vexatione.

ἄσκυρον, ου, τό, hyperici genus, herba.

ἄσκυφος, ον, (σκύφος) scypho carens.

Ἀσκώλια, ων, τά, Ascolia, festum Bacchi Athenis. Ab ἀσκός, quia super utres unctos uno pede saltabant, ut lapsi risum excitarent.

ἀσκωλιάζω, f. άσω, (ἀσκώλια) super utrem salio. 2) salto unico pede innitendo: claudico.

ἀσκωλιασμός, οῦ, ὁ, saltatio ἀσκωλιαζόντων.

ἀσκωλίζω, i. q. ἀσκωλιάζω, Ruhnk. ad Tim. p. 51.

ἄσκωμα, ατος, τό, (ἀσκός) pellis muniens remos, qua parte scalmo incumbunt. 3) lorum, qua remus scalmo alligatur.

ᾆσμα, ατος, τό, (ᾄδω) cantus, canticum, cantilena, carmen.

ἀσμάραγος, ον, (σμαραγή) sine strepitu, Opp.

ᾀσμάτιον, ου, τό, cantiuncula, *Dim.* ab ᾆσμα.

ᾀσματοκάμπτης, ου, ὁ, (ᾆσμα et κάμπτω) cantuum artifex, qui nimis exquisito artificio carminum utitur, velut poëtae Dithyrambici solent. vox Aristophanea (Nub. 332.) et Comica.

ᾀσματολογέω, carmina dico, Artemid. 1, 76.

ᾀσματοποιός, ὁ, qui carmina facit.

ἀσμεναίτατος et ἀσμενέστατος, η, ον, superl. *Att.* ab ἄσμενος.

ἀσμενέω, (ἄσμενος) opto, desidero, Dinarch.

ἀσμενίζω, f. ίσω, (ἄσμενος) libens suscipio, comiter accipio. 2) adquiesco, contentus sum, gratum et acceptum habeo, amplector laetus. *c. dat.* et *c. acc.* vel absolute c. εἰ.

ἀσμενισμός, ὁ, gaudium, alacritas, ap. seriores.

ἀσμενιστός, ή, όν, gratus, amabilis.

ἄσμενος, η, ον, (ἥδομαι, part. perf. ἡσμένος) gaudens, alacer, φύγεν ἄσμενος ἐκ θανάτοιο, contentus erat mortem effugisse, Il. 20, 350. cf. Od. 9, 63. Il. 14, 108. sic etiam ap. pros.

ἀσμένως, *adv.* cum gaudio, libenter, cupide, jucunde.

ἀσμός, οῦ, ὁ, (ᾄδω) i. q. ᾆσμα.

ἀσολοικίστως, *adv.* (σολοικίζω) sine soloecismo.

ἀσόλοικος, ον, (σόλοικος) vitio carens, non soloecus, non barbarus: mollis et placidus.

ἀσολοίκως, *adv.* sine vitio: simpliciter. A praec.

ἀσοφία, ας, ἡ, insipientia, stultitia.

ἀσόφιστος, ον, λόγων, qui verba artificiose et sophistice componere nequit, Joseph.

ἄσοφος, ον, insipiens, imperitus.

ἀσόφως, *adv.* insipienter, stulte.

ἀσπάζομαι, f. άσομαι, (σπάω, *proprie* ad me traho) amplector, amplexor, comiter accipio, τινά, Hom. plerumque apposito ad describendum accuratius vocabulo, δεξιῇ. χερσίν, ἔπεσι μειλιχίοις. Inpr. advenientem comiter accipio, saluto, sic de navibus ἀσπ. ταῖς κώπαις, Plut. Anton. 77. ἀσπ. τινὰ βασιλέα, regem aliquem salutare, i. e. creare: magni facio, diligo aliquem, delector aliquo, Xen.

ἀσπάθητος, ον, (σπαθάω) cui licium τῇ σπάθῃ inculcatum non est, ut ἱμάτια: *metaph.* non densus, laxus, φάλαγξ, Soph. fr. ap. Dionys. epit. 16, 7.

ἀσπαίρω, i. q. σπαίρω. cum α euphon., tremo, palpito, praesertim de morientibus Hom. κραδίη ἀσπαίρουσα, Il. 13, 443. 2) reluctor, resisto, Hdt. 8, 5. - ἀσπαίρω magis *Atticum* putabatur, quam σπαίρω.

ἀσπάλαθος, ου, ὁ, vel ἡ, frutex, multis spinis horrens, Theogn. 1193.

ἀσπάλαξ, ακος, ὁ, talpa. 2) herbae genus.

ἀσπαλιεύς, έως, ὁ, (ἄσπαλος) piscator.

ἀσπαλιεία et ἀσπαλεία, ας, ἡ, piscatus, pro quo vitiose vulgo ἀσπαλία.

ἀσπαλιεύομαι, f. εύσομαι, piscor.

ἀσπαλιευτής, οῦ, ὁ, piscator.

ἄσπαλος, ου, ὁ, piscis. Hesych.

ἀσπανιστεία, ἡ, (σπάνις) copia.

ἀσπαραγία, ας, ἡ, asparagi plantarium. A seq.

ἀσπάραγος, ου, ὁ, asparagus. Grammatici tradunt *Attice* ἀσφάραγος, neque ita cujusvis generis turionem, sed corrudam et olerum turiones dici, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 110. sq. A. B. p. 24. et 457. Athen. 2, 22.

ἀσπαραγωνία, ἡ, i. q. ἀσπαραγία.

ἀσπαρίζω, (ἀσπαίρω) tremo, palpito.

ἄσπαρτος, ον, (σπείρω) non satus, non seminatus. 2) cui semen non committitur, qui non seminatur.

ἀσπάρτως, *adv.* semente non facta, citra sationem.

ἀσπάσιος, ία, ιον, et ἀσπάσιος, ον, (ἀσπάζομαι) amplectendus, optatus, gratus, acceptus.

ἀσπασίως, *adv.* grate, lubenter, comiter, amice, amanter. A praec.

ἄσπασμα, ατος, τό, (ἀσπάζομαι) res, quam amplexamur.

ἀσπασμός, οῦ, ὁ, amplexatio, amplexus, salutatio. *Proprie* notat blandum oris vel manus contactum. Ab eod

ἀσπαστικόν, οῦ, τό, salutatorium, qui erat locus extra basilicam, ubi peregrini excipiebantur.

ἀσπαστικός, ή, όν, salutatorius.

ἀσπαστός, ή, όν, (ἀσπάζομαι) quem quis amplecti velit, amplectendus, optatus, gratus, jucundus.

ἀσπαστύς, ύος, ἡ, (ἀσπάζομαι) salutatio.

ἀσπαστῶς, *adv.* lubenter.

ἄσπειστος, ον, (σπένδω) implacabilis, de bello nullis induciis, nulla pace componendo.

ἄσπερμος, ον, (σπέρμα) sine semine et prole, semine carens, Il. 20, 303.

ἀσπερχές, *adv.* (σπέρχω, c. α euphon.) sedulo, studiose, sine cessatione, diligenter, continue, Hom.

ἄσπετος, ον, (εἰπεῖν, ἐσπεῖν) quem adsequi oratione nequeas: multus, immensus, Hom.

ἀσπιδαποβλής, ῆτος, ὁ, (ἀσπίς et ἀπο-

βάλλω) qui scutum, sive clypeum in fuga abjecit, desertor aciei vel pugnae, *vox comica*.

ἀσπιδής, ές, vide σπιδής.

ἀσπιδηστρόφος, ον, clypei rotator, clypeum ferens, Aesch.

ἀσπιδηφόρος, ον, (ἀσπίς et φέρω) clypeum ferens, scutatus.

ἀσπίδιον, ου, τό, parvus clypeus, clypeolus, scutulum, *Dimin.* ab ἀσπίς.

ἀσπιδισκάριον, ου, τό, parma, parmula.

ἀσπιδίσκη, ης, ἡ, idem.

ἀσπιδίσκιον, ου, τό, idem.

ἀσπιδίτης, ὁ, i. q. ἀσπιδιώτης.

ἀσπιδιώτης, ου, ὁ, (ἀσπίδιον) scutatus.

ἀσπιδόδηκτος, ον, (ἀσπίς, *serpens* et δάκνω) ab aspide morsus, sive ictus.

ἀσπιδόδουπος, ον, (δοῦπος) scutum pulsans, scutatus.

ἀσπιδόεις, όεσσα, όεν, (ἀσπίς) scutatus, in clypei formam factus.

ἀσπιδοειδής, ές, (εἶδος) idem.

ἀσπιδοθρέμμων, ον, (τρέφω) bello vivens, bellicosus.

ἀσπιδοπηγεῖον, ου, τό, locus, ubi clypei compinguntur.

ἀσπιδοπήλιον, ου, τό, idem. A seq.

ἀσπιδοπηγός, οῦ, ὁ, (πήγνυμι) clypeorum fabricator.

ἀσπιδοποιΐα, ας, ἡ, clypeorum fabricatio.

ἀσπιδοποιός, οῦ, ὁ, clypeorum fabricator, scutarius.

ἀσπιδότροφος, ον, (τρέφω) qui vescitur aspidibus, sive serpentibus.

ἀσπιδοτρόφος, ον, (τρέφω) aspides sive serpentes alens.

ἀσπιδοῦχος, ου, ὁ καί ἡ, (ἔχω) clypeum tenens, clypeatus, scutum habens.

ἀσπιδοφέρμων, ον, (φέρβω) qui quasi clypeo se alit, h. e. qui bello vivit; bellicosus.

ἀσπιδοφορέω, clypeum fero.

ἀσπιδοφόρος, ον, (φέρω) clypeum gerens, clypeatus.

ἀσπιδοχελώνη, ἡ, testudo scuti magnitudinem habens, i. q. ἀσπιδόεσσα χελώνη, Eustath. hexaem.

ἀσπίζω, f. ίσω, (ἀσπίς) clypeo protego, defendo.

ἄσπιλος, ον, (σπίλος) immaculatus, intemeratus.

ἀσπίλωτος, ον, (σπιλόω) sine maculis, immaculatus. (ῑ)

ἀσπίνθιον, τό, *Com.* pro ἀψίνθιον.

ἀσπίς, ίδος, ἡ, clypeus, scutum. 2) clypeatorum agmen. ἐξ ἀσπίδος, a sinistra. ἐπ' ἀσπίδας, et παρ' ἀσπίδας, conversio ad sinistram, sinistrorsum. 3) pugna, certamen, Eur. Phoen. 1346. 4) statua pectore tenus: dicitur etiam προτομή et θώραξ. 5) aspis, serpentis genus.

ἀσπιστήρ, ῆρος, ὁ, clypeatus.

ἀσπιστής, οῦ, ὁ, (ἀσπίζω) clypeatus miles.

ἀσπίστωρ, ορος, i. q. ἀσπιστής. κλόνους ἀσπίστορας, strepitus clypeatorum, Aesch. Ag. 410.

ἀσπλαγχνία, ας, ἡ, durities animi. Chrysost. A seq.

ἄσπλαγχνος, ον, (σπλάγχνον) non habens cor. 2) timidus, ignavus. 3) immitis, crudelis, inhumanus, immisericors.

ἄσπληνον, ου, τό, medicamentum ad curanda lienis vitia. 2) herba quaedam. A seq.

ἄσπληνος, ον, (σπλήν) lienis expers.

ἀσπονδεί, *adv.* (ἄσπονδος) sine amicitia. 2) sine sacrificio, sine libationibus.

ἀσπονδέω, foedus, aut inducias non servo: foedus non admitto. A seq.

ἄσπονδος, ον, (σπένδω) foederis, seu induciarum expers. 2) qui est sine libamento: implacabilis, foederis et pactorum immemor, amoris expers.

ἀσπορία, ἡ, ubi nulla seminatio est, sterilitas, Man. 4, 585.

ἄσπορος, ον, (σπείρω) non seminatus: seminis expers.

ἀσπούδαστος, ον, (σπουδάζω) neglectus; insedulus, improperatus.

ἀσπουδεί, vel ἀσπουδί, (σπουδή) *adv.* sine cura, sine studio: negligenter.

ἀσπουδῆ, *adv.* sine cura, negligenter.

ἄσπουδος, ον, negligens, nil curans, *opp.* σπουδαῖος, Eupolis A. B. 453.

ἄσπρις, ἡ, i. q. ἄσπρος.

ἄσπρος, ου, ἡ, quercus species.

ἄσσα, *Ion.* pro ἅτινα, *neutr.* plur. ab ὅστις, *Att.* ἅττα.

ἄσσα, *Ion.* pro τινά, *Att.* ἄττα. Od. 19, 218. ὁπποῖ' ἄσσα, qualiaeunque? 2) interrogative, pro τίνα, Il. 10, 409. (sed versus ille suspectus est.)

ἀσσόμαι, vide ἀσάω.

ἀσσάριον, ου, τό, assarium, assis; quarta pars unciae, s. duodequinquagesima pars denarii. *Vox Lat.*

ἆσσον, *adv. compar.* ab ἄγχι, propius. ἆσσον ἰέναι, ἱκέσθαι, στῆναι, proprius accedere. Hom. ἆσσον ἐμεῖο, ad me, Il. 24, 74. cf. 9. 504. 14, 247. al. Hinc novus factus est *compar.* ἀσσότερος vel ἀσσύτερος, α, ον, *adv.* ἀσσοτέρω, apposito vel omisso *gen.*, Od. et *superl.* ἀσσότατος, η, ον; vel ἄσσιστος, Aesch. ap. Hesych. *adv.* ἀσσοτάτω.

ἀσσότατος, η, ον, proximus. A praec.

ἀσσότερος, α, ον, propior. Ab eod.

Ἀσσυρία, ας, ἡ, Assyria, nomen regionis.

ἄσσω, *Att. contr.* pro ἀΐσσω, quod vide.

ἀσώδης, ώδες, idem quod ἀσώδης.

ἀσταγής, ές, (στάζω) non stillatus, vel stillativus, non destillans, sed copiose fluens.

ἀσταθής, ές, (ἵστημι) instabilis.

ἀστάθμευτος, ον, (σταθμεύω) immunitatem habens ab tributis publicis. 2) qui caret castris. *dub. lect.* Polyb. 15, 24. 3.

ἀστάθμητος, ον, (σταθμάω) instabilis, vagus, incertus. 2) improvisus, inopinatus, inconsideratus. 3) a quo nemini cautum est, quod omnibus accidere potest.

ἀστακός, οῦ, ὁ, astacus, cancer marinus, squilla.

ἀσταχτί, *adv.* vel ἀσταχτεί, non stillatim, non guttatim: affatim, ubertim: eum multis lacrimis. (Prior forma ultimam habet ancipitem.)

ἄσταχτος, ον, (στάζω) non destillans.

ἀστάλακτος, ον, (σταλάσσω) non stillatus, non stillativus, non destillans.

ἀσταλής, ές, (στέλλω) non instructus, vestimentis non indutus.

ἀσταλύζω, i. q. σταλύζω, cum α euphon.

Ἀστάνδης, ου, ὁ, nuntius, s. tabellarius Persicus, Angarus.

ἀστασία, ας, ἡ, (στάσις) instabilitas, inconstantia.

ἀστασίαστος, ον, (στασιάζω) seditione carens, nullis seditionibus turbatus.

ἀστατέω, inconstans sum, vacillo: incertis sedibus vagor, erro.

ἄστατος, ον, (ἵστημι) instabilis, inconstans: parum accuratus.

ἀστάτως, *adv.* inconstanter.

ἀσταφίς, ίδος, ἡ, (α euphon. et σταφίς) uva passa.

ἀσταφιδῖτις, ιτιδος, ἡ, ex uva passa decerpta.

ἀστάφυλος, ον, (σταφυλή) uvis carens.

ἀσταφύλῖνος, ου, ὁ, (α euphon. et σταφυλῖνος) pastinaca, herba. 2) genus quoddam insectorum.

ἄσταχυς, υος, ὁ, (α pleon. et στάχυς) spica, arista, culmus.

ἀστέγαστος, ον, (στεγάζω) non tectus, non coopertus.

ἀστεγής, ές, (στέγη) non tectus. 2) (στέγω) *act.* non tegens, non continens.

ἄστεγος, ον, (στέγη, στέγω) tecto aedibusque destitutus. 2) qui non retinet arcana in pectore, loquax: qui sustineri nequit, intolerabilis: insipiens, stultus.

ἀστειεύομαι, idem quod seq.

ἀστεΐζομαι, f. ΐσομαι, (ἀστεῖος) urbanitate sermonis utor, festivus sum, jocor.

ἀστειολόγος, ον, (λέγω) urbanus, disertus.

ἀστειολογία, ας, ἡ, urbanitas, lepos orationis.

ἀστειοῤῥημονέω, lepore orationis utor.

ἀστεῖος, ον, et ἀστεῖος, εία, εῖον, (ἄστυ) urbanus, festivus, lepidus, comis, venustus, elegans, honestus, bellus, decens.

ἀστειοσύνη, ης, ἡ, urbanitas: festivitas.

ἀστειότης, ητος, ἡ, festivitas, elegantia, sales, facetiae.

ἀστειπτος, ον, (στείβω) incalcatus, nullis calcatus pedibus, non frequentatus, βροτοῖς, ab hominibus, Soph. Ph. 2. invius, inaccessus.

ἀστεϊσμός, οῦ, ὁ, (ἀστεΐζομαι) urbanitas: festivitas.

ἀστείως, *adv.* (ἀστεῖος) festive, urbane, facete, scite.

ἄστεκτος, ον, (στέγω) i. q. ἄστεγος.

ἀστέκτως, *adv.* intolerabiliter, intoleranter.

ἀστελεχής, ές, (στέλεχος) caudice, trunco carens.

ἀστέλεχος, ον, idem et ab eod.

ἀστέμβακτος, ον, (στεμβάζω) contumeliis carens. 2) firmus, stabilis.

ἀστεμβής, ές, (στέμβω) immotus, firmus. 2) non perturbatus, non attonitus, metu non perculsus.

ἀστεμφής, ές, i. q. ἀστεμβής.

ἀστεμφῶς, *adv.* rigide, firmiter.

ἀστεναχτί, et ἀστεναχτεί, *adv.* sine gemitu, aequo animo. A seq.

ἀστένακτος, ον, (στενάζω) non gemebundus, expers suspiriorum. 2) qui non gemit, sine gemitu aliquid agit.

ἀστενάκτως, *adv.* sine gemitu. A praec.

ἄστεπτος, ον, (στέφω) non ornatus coronis, honoratus, s. cultus: de Diis. Eurip.

ἀστεργάνωρ, ορος, ἡ, (στέργω, ἀνήρ) non grata marito, abhorrens a nuptiis. (penult. longa.)

ἀστεργής, ές, (στέργω) inamabilis. 2) inexorabilis, implacidus.

ἀστέρειος, εία, ειον, (ἀστήρ) stellatus,

sidercus.

ἀστεριαῖος, α, ον, stellam magnitudine aequans.

ἀστερίας, ου, ὁ, stellaris. ἀστερίας ἐρωδιός, asterias, Plin. 10, 60. avis ex genere ardeolarum, v. Aristot. h. anim. 9, 1. ἀστερίας ἱέραξ, ap. eund. 9, 36. ἀστερίας γαλεός, piscis ex mustellarum genere, Athen.

ἀστερίζω, f. ίσω, in stellam verto. Frequentius in compos. καταστερίζω. Dicitur etiam ἀστερόω, et ἀστερόω.

ἀστέριον, ου, τό, phalangium, Nic.

ἀστέριος, ία, ιον, vel ἀστέρειος, ον, stellans, sidereus.

ἀστερίσκος, ου, ὁ, (*Dimin.* ab ἀστήρ) stellula, asteriscus, signum Criticorum, locis pulcrioribus adponi solitum. 2) herba quaedam.

ἀστερισμός, οῦ, ὁ, capitis ornamentum. Diodor. Sic. 19, 34.

ἀστεροδίνητος, ον, (δινέω) sideribus volventibus adductus, siderum cursu effectus, ut sors. (ι longum.)

ἀστεροειδής, ές, stellaris: stellatus, sidereus: stellis plenus, Eur. Andr. 1.

ἀστερόεις, όεσσα, όεν, stellatus, stellis distinctus et ornatus: sidereus, Hom.

ἀστερόνωτος, ον, tergum stellatum habens, Nonn. Dion. 22, 293.

ἀστεροόμματος, ον, (ὄμμα) epith. noctis, stellata: propr. oculorum loco stellas habens.

ἀστεροπή, ῆς, ἡ, fulgur, *poet.* pro ἀστραπή, στεροπή.

ἀστεροπητής, οῦ, ὁ, fulgurator, fulminator. A praec.

ἀστεροσκόπος, ον, (σκοπέω) stellarum contemplator.

ἀστεροφεγγής, ές, (φέγγος) stellis fulgens: epith. Coeli et Noctis.

ἀστερόφοιτος, ον, inter stellas incedens, Nonn. Dion. 8, 98.

ἀστερόω, i. q. ἀστερίζω.

ἀστερώδης, ες, i. q. ἀστεροειδής.

ἀστερωπός, όν, (ὤψ) stellarum faciem habens, stellatus.

ἀστέφανος, ον, coronam non habens, corona non redimitus.

ἀστεφάνωτος, ον, (στεφανόω) idem.

ἀστή, ῆς, ἡ, (*fem.* ab ἀστός) civis femina.

ἄστηλος, ον, (στήλη) cippum non habens, epith. sepulti vel sepulcri.

ἀστήν, ῆνος, ὁ καί ἡ, (στῆναι) infortunatus, infelix, aerumnosus, qui nullam stationem nec sedem habet. Hesych. v. ἄστηνος, et cf. Lob. ad Phr. p. 466.

ἀστηνέω, infirmus, infelix sum. A seq.

ἄστηνος, ον, (στῆναι) i. q. δύστηνος, *propr.* qui statum tueri nequit. Hesych.

ἀστήρ, έρος, ὁ, *dat.* plur. ἄστρασι, stella, Hom. Dicitur etiam de quovis meteoro igneo, Il. 4, 75. Ap. Rh. 3, 1377. Ruhnken. epist. crit. p. 24. Siebelis ad Philochori frgm. p. 80. Ab ἄστρον proprie ita differt, ut ἀστήρ unam stellam, ἄστρον vero sidus, ex pluribus stellis compositum, significet; quae tamen differentia nonnunquam confunditur. 2) *metaph.* ἀστήρ, ut ἄστρον, dicitur de praeclaris et excellentibus hominibus, rebus et factis, Eurip. Hipp. 1122. ibique Valck. 3) ἀστέρων γένος, de quibusdam aquatilibus marinis dixit Aristot. 4) avis quaedam, Opp. Ixeut. 3. 2. *Not.* De accentu dativi plur. v. Wolfii Anal. I. 2. p. 470.

ἀστήρικτος, ον, (στηρίζω) instabilis, parum constans, infirmus.

ἀστιβής, ές, (στείβω) non calcatus, non tritus. 2) impervius.

ἀστίβητος, ον, et ἄστιβος, ον, i. q. ἀστιβής.

ἀστικός, ή, όν, (ἄστυ) qui in urbe habitat. 2) urbanus, civilis, scitus, festivus. 3) prudens, circumspectus. cf. ἀστυκός.

ἄστικτος, ον, (στίζω) qui punctus non est: nullo stigmate signatus. 2) χωρίον ἄστ., rus pignori non oppositum.

ἀστικῶς, *adv.* (ἀστικός) festive, urbane, prudenter.

ἀστίοχος, ου, ὁ, vas rotundum, quod infusa pice, sulphure et stuppa injectoque igne ejaculabantur, malleolus. Hesych.

ἀστλέγγιστος, ον, (στλεγγίζω) strigili non purgatus.

ἄστλιγξ, γγος, ἡ, i. q. ὄστλιγξ.

ἀστοιχείωτος, ον, (στοιχειόω) elementis carens: rudis literarum, indoctus.

ἄστοιχος, ον, (στοῖχος) in quo versus seu ordines nulli sunt.

ἄστολος, ον, (στέλλω) non missus, non ablegatus. 2) non paratus, vestitu carens.

ἀστομάχητος, ον, (στόμαχος) sine aegritudine animi.

ἄστομος, ον, (στόμα) qui os non habet: qui loquendi facultate destitutus est: cui parvum est os. 2) durioris oris. 3) ingratus ori.

ἀστόμωτος, ον, (στομόω) qui exacutus non est: epith. ferri, quod non tinctum est postquam candefactum fuit.

ἀστονάχητος, ον, i. q. ἄστονος.

ἄστονος, ον, (στένω) sine gemitu, non gemens. 2) non ingemiscens modo, sed vehementer plorans, valde tristis.

ἀστόξενος, ον, (ξένος) cujus majores fuere cives, quum ipse sit peregrinus.

ἀστοργία, ας, ἡ, vacuitas ab amore. A seq.

ἄστοργος, ον, (στοργή) naturalis amoris expers. 2) amoris expers, inamabilis, sine affectione.

ἀστορής, ές, (στόρνυμι) cui lectum stratum non est.

ἀστός, οῦ, ὁ, (ἄστυ) civis.

ἀστοχέω, (ἄστοχος) non recta ad scopum tendo, aberro a scopo, *c. gen.* 2) non gratificor, desum alicui, ap. Polyb.

ἀστόχημα, ατος, τό, (ἀστοχέω) erratum, proprie ejus, qui a scopo aberrat, imprudenter factum.

ἀστοχία, ας, ἡ, (ἄστοχος) quum quis non bene collimat, quum quis aberrat a scopo. 2) opinionis, consilii, spei frustratio, imprudentia.

ἄστοχος, ον, (στοχάζομαι) qui non bene collimat. 2) qui non bene conjicit, male consulit.

ἀστόχως, *adv.* (ἄστοχος) imprudenter, infeliciter.

ἀστράβη, ης, ἡ, sella lignea, ephippium. 2) asinus, mulus. 3) tabella, in qua pedes requiescunt, scabellum.

ἀστραβηλάτης, ου, ὁ, (ἀστράβη, et ἐλαύνω) agaso, mulio.

ἀστράβηλος, ου, ὁ, genus conchylii, idem cum στράβηλος.

ἀστραβής, ές, (στρέφω) non tortus, seu tortuosus, planus, rectus: qui non fallit; certus.

ἀστραβίζω, (ἀστραβής) complano: aequo, condenso, 2) *intrans.* Aesch. Suppl. 287. Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσας, Indos audio nomadicam vitam agere in camelis equorum celeritate incedentibus, ephippiis instructis; ita ut ἀστραβίζειν sit ἀστράβῃ esse instructum.

ἀστραγάλειος, ον, (ἀστράγαλος) talaris.

ἀστραγάλη, ἡ, *Ion* pro ἀστράγαλος, talus lusorius.

ἀστραγαλίζω, talis ludo.

ἀστραγαλῖνος, ὁ, carduelis, avis.

ἀστραγάλιον, ου, τό, taxillus, parvus talus, *Dimin.* ab ἀστράγαλος.

ἀστραγαλίσκος, ου, ὁ, taxillus. *Dim.* ab eod.

ἀστραγαλισμός, οῦ, ὁ, lusus taxillorum, vel aleae.

ἀστραγαλιστικός, vel ἀστραγαλιτικός, ή, όν, talarius, Eustath.

ἀστραγαλίτης, *fem.* ῖτις, astragalo similis.

ἀστραγαλόμαντις, ὁ, ἡ, ex astragalis vaticinans.

ἀστράγαλος, ου, ὁ, vertebra, spondylus. 2) talus lusorius.

ἀστραγαλώδης, ες, tali formam habens.

ἀστραγαλωτός, ή, όν, talaris: talos implicitos habens: ἡ ἀστραγαλωτή, sc. μάστιξ, flagellum, cui ossicula implicita sunt ad duriores incutiendas plagas.

ἀστραῖος, αία, ον, (ἄστρον) stellaris, stellatus.

ἀστραπαῖος, αία, αῖον, fulgureus: unde fulgur exsistit.

ἀστραπεύς, ὁ, fulgurator, fulminator.

ἀστραπή, ῆς, ἡ, (ἀστράπτω) fulgur, coruscatio, splendor.

ἀστραπηφορέω, fulgura fero. A seq.

ἀστραπηφόρος, ον, (φέρω) fulgura ferens.

ἀστράπιος, ον, i. q. ἀστραπαῖος, *poet.*

ἀστραποειδής, ές, (εἶδος) coruscus.

ἀστραπτεύς, έος, ὁ, fulgurator, epith. Jovis. *dub. l.*

ἀστραπτικός, ή, όν, fulgurans.

ἀστράπτω, f. ψω, fulguro. 2) fulgeo, corusco, mico. 3) illumino, luce vel fulgore compleo, Musaei v. 276.

ἀστράρχη, ἡ, princeps siderum. Orph.

ἀστρατεία, ας, ἡ, militiae vacatio. 2) desertio militiae.

ἀστράτευτος, ον, (στρατεύω) immunis a militia: qui non militavit.

ἀστρατηγησία, ας, ἡ, (στρατηγέω) imperatoriae artis imperitia.

ἀστρατήγητος, ον, imperitus ducendi exercitum. 2) duce carens.

ἀστρατηγήτως, *adv.* sine duce, sine imperio. 2) imperite, temere.

ἀστρατηγικός, ή, όν, (στρατηγός) imperatoriae artis ignarus, imperitus imperator. Cic. ad Att. 8, 16.

ἀστραφής, ές, (στρέφω) qui flecti nequit. 2) durus, immobilis.

ἄστρεπτος, ον, qui flecti, aut torqueri nequit: quem vertere, aut circumagere non licet.

ἀστρία, ας, ἡ, taxillus. Eustath.

ἀστρίζω, (ἄστρις) taxillis ludo.

ἀστρικός, ή, όν, (ἄστρον) sideralis.

ἄστρις, ιος, ἡ, taxillus, *Dimin.* ab ἀστράγαλος, sec. Etym. cf. Schol. Plat. p. 319. ed. Bekker.

ἄστριχος, ὁ, taxillus, i. q. ἄστρις.

ἀστροβάζος, ου, ὁ, (βάζω) astronomus,

qui de astris loquitur. Suid.

ἀστροβλής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, (ἄστρον et βάλλω) sideratus.

ἀστροβλησία, ας, ἡ, sideratio.

ἀστρόβλητος, ον, i. q. ἀστροβλής, Theophr. c. pl. 5, 10.

ἀστροβολέομαι, sideror.

ἀστροβόλητος, ον, sideratus.

ἀστροβολία, ας, ἡ, i. q. ἀστροβλησία.

ἀστροβολίζομαι, sideror.

ἀστροβολισμός, οῦ, ὁ, sideratio.

ἀστρογείτων, ον, (γείτων) ita editus, ut astris vicinus videatur: altissimus.

ἀστρογοητεία, ας, ἡ, (γοητεία) astrologia praestigiatrix. Cyrill. Alex.

ἀστροδίαιτος, ον, (δίαιτα) sub dio, etiam noctu, agens, epith. pastoris.

ἀστροειδής, ές, (εἶδος) sideribus similis, sc. motu, aut alia re.

ἀστροθεσία, ας, ἡ, (θέσις) plures stellae simul positae, quae astrum, sive sidus efficiunt: constellatio potius siderum.

ἀστροθετέω, (τίθημι) stellas quasdam vicinas conjungo (imaginem, ἀστερισμόν vocant) eisque nomen tribuo.

ἀστροθέτημα, ατος, τό, asterismus, astrum ipsum.

ἀστροθέτης, ου, ὁ, qui conjungit stellas et iis nomen facit.

ἀστρόθετος, ον, (τίθημι) ad stellarum positum pertinens.

ἀστροθύτης, ου, ὁ, (θύω) qui astris sacrificat, astrorum cultor. (υ corripitur.)

ἀστρόλαβον, τό, s. ἀστρολαβικὸν ὄργανον, (λαμβάνω) instrumentum, quo astrorum distantiae metiuntur, Ptolem. lib. 5. et Theon.

ἀστρολεσχέω, de astris et astrologia garrio.

ἀστρολέσχης, ὁ, qui de astrologia loquitur.

ἀστρολογέω, (ἀστρολόγος) astrologiam tracto, profiteor.

ἀστρολόγημα, ατος, τό, constellatio, horoscopus.

ἀστρολογία, ας, ἡ, (ἀστρολόγος) astrologia, scientia astrologorum: siderum cognitio et scientia: ut ἀστρονομία.

ἀστρολογικός, ή, όν, ad astrologiam pertinens.

ἀστρολόγος, ου, ὁ, (λέγω) qui ex astris futura praedicit, astrologus: astronomus.

ἀστρομαντεία, et ἀστρομαντική, ἡ, futurorum praedictio ex astris.

ἀστρόμαντις, εως, ὁ, qui ex astrorum contemplatione futura praedicit.

ἄστρον, ου, τό, (ἀστήρ) sidus, astrum: stella: sol: *inpr.* canis, canicula.

ἀστρονομέω, (ἀστρονόμος) astronomiam tracto.

ἀστρονομία, ας, ἡ, astrorum scientia, astronomia, vid. ἀστρολογία.

ἀστρονομικός, ή, όν, ad astronomiam pertinens, astronomicus.

ἀστρονόμος, ου, ὁ, (νέμω) astrorum scientiae peritus, astronomus.

ἀστροπλήξ, γός, ὁ, (πλήσσω) siderosus, a sidere ictus, sideratus, vide ἀστροβλής.

ἀστροπολέω, (πολέω) circa astrorum scientiam versor.

ἀστρούθιστος, ον, (στρουθίζω) qui radiculae succo elutus purgatusque non est. Diosc. 2, 84.

ἀστροφαής, ές, (φάος) stellis s. in modum stellarum resplendens.

ἀστροφανής, ές, (φαίνω) idem quod ἀστροφαής.

ἀστροφόρος, ον, (φέρω) astrifer.

ἄστροφος, ον, (στρέφω) irretortus.

ἀστροχίτων, ον, stellis velut tunica indutus, stellis amictus.

ἀστρόω, i. q. ἀστερόω, ἀστερίζω.

ἀστρώδης, ες, i. q. ἀστροειδής.

ἀστρῷος, α, ον, (ἄστρον) sidereus.

ἀστρωπός, όν, (ὤψ) sidereus, sideris modo splendens.

ἀστρωσία, ας, ἡ, cubatio sine stragulis. A seq.

ἄστρωτος, ον, (στρώννυμι) qui stratus, seu instratus non est, stragula non tectus: sine stragulis cubans.

ἄστυ, εος, *Att.* εως, τό, urbs, astu, s. asty, peculiariter Athenae. Quomodo differat a πόλις, dixi ad Lycurg. p. 183.

ἀστυάναξ, ακτος, ὁ, (ἄναξ) imperium de urbe exercens, Aesch.

ἀστυβοώτης, ου, ὁ, (βοάω) per urbem clamitans.

ἀστυγειτονέω, in vicinia urbis habito.

ἀστυγειτονικός, ή, όν, ad finitimos pertinens, πόλεμος, bellum cum urbi vicinis, Plut.

ἀστυγείτων, ον, (γείτων) urbi vicinus, suburbanus, conterminus; finitimus, propinquus, confinis, proximus urbi.

ἄστυδε, *adv.* urbem, ad urbem, Hom.

ἀστυδίκης, ὁ, praetor urbanus.

ἀστυδρομέω, (δρόμος) per urbem vagor: arcem oppugno.

ἀστυκός, ή, όν, (ἄστυ) qui in urbe habitat, oppidanus. 2) urbanus, scitus.

ἀστυλίς, ίδος, ἡ, planta unde viscum, Hesych.

ἄστῦλος, ον, (στῦλος) columnis carens.

ἀστυνῖκος, ον, urbem vincens: Epith. Athenarum victricium, Aesch. Eum. 913.

ἀστυνομέω, (ἀστυνόμος) aedilis sum.

ἀστυνομία, ας, ἡ, (ἀστυνόμος) viarum aedificiorumque publicorum curam gerendi munus, aedilitas.

ἀστυνόμιον, τό, curia aedilium, Plat. de legg. XI. 918. A.

ἀστυνομικός, ή, όν, aedilitius.

ἀστυνόμος, ου, ὁ, (νέμω) aedilis, quasi curator urbis. Erat magistratus plebejus et vilis.

ἀστυνόμος, ον, (νέμω) civitatem regens, rerum civilium peritus, ὀργαί, Soph. Ant. 355.

ἀστύοχος, ον, (ἔχω) urbem tuens, seu protegens.

ἀστυπολέω, (πολέω) per urbem incedo, in publicum prodeo.

ἀστυπολία, ἡ, vita publica in urbe.

ἄστυρον, ου, τό, oppidulum, *Dimin.* ab ἄστυ.

ἀστύτριψ, βος, ὁ καί ἡ, (τρίβω) urbanus, vitae urbanae deditus.

ἄστυτος, ον, non valens ad στύειν. Hinc ἄστυτις, ἡ, lactucae genus, quod veneri refragatur.

ἀστυφέλικτος, ον, (στυφελίζω) non disturbatus, inconcussus, immotus, firmus: non dissectus.

ἀστύφελος, ον, (στυφελός) vel ἀστυφέλη, Theogn. minime durus, non asper, salebrosus.

ἀσυγγενής, ές, nihil adfinitatis habens, alienus genere.

ἀσυγγνώμων, ον, non propensus ad ignoscendum: qui veniam non dat: immitis, immisericors.

ἀσύγγνωστος, ον, (συγγινώσκω) indignus venia, indignus, cui ignoscatur.

ἀσυγγνώστως, *adv.* ita, ut ignosci non possit, vel, sine venia.

ἀσύγγραφος, ον, (συγγραφή) epith. pecuniae sine syngrapha datae.

ἀσυγγύμναστος, ον, (συγγυμνάζω) qui non exercetur.

ἀσυγκαταθετέω, (συγκατατίθημι) non adsentior, Sext.

ἀσυγκέραστος, ον, (συγκεράννυμι) intemperatus, qui cum alio commisceri, coalescere nequit.

ἀσύγκλειστος, ον, (συγκλείω) non conclusus: qui concludi nequit.

ἀσύγκλωστος, ον, (συγκλώθω) qui nendo connexus, aut girgillo contortus in unum glomerem non est: qui connecti nequit. Synes.

ἀσυγκόμιστος, ον, (συγκομίζω) qui comportatus, seu collectus non est.

ἀσύγκρᾱτος, ον, simplex, non mixtus: qui cum altero conciliari, coire non potest, plane contrarius.

ἀσύγκρῐτος, ον, (συγκρίνω) qui concretus non est: qui concrescere, aut coalescere nequit: qui cum alio commercium non habet. 2) qui cum alio contendi et comparari nequit, incomparabilis, dissimilis.

ἀσυγκρίτως, *adv.* citra concretionem, more eorum, quae concreta non sunt, citra comparationem etc. (ι breve.)

ἀσυγκρότητος, ον, (συγκροτέω) qui conflatus: seu coactus, compactus non est: qui conflari aut cogi non potest.

ἀσυγκροτήτως, *adv.* disperse, raro filo, tenuiter, negligenter.

ἀσύγχῠτος, ον, (συγχύω) non confusus, non permixtus.

ἀσυγχύτως, *adv.* citra confusionem, distincte, discrete. (υ breve.)

ἀσυγχώρητος, ον, (συγχωρέω) non concedendus, non permittendus: venia non dignus, cui non est ignoscendum. 2) qui ad veniam dandam non est propensus, non placabilis, nimium severus, inclemens.

ἀσυγχωρήτως, *adv.* ita, ut venia dari non possit, citra veniam. A praec.

ἀσύζευκτος, ον, (συζεύγνυμι) insociabilis, abhorrens, qui coire cum altero non potest, Suid.

ἀσῡκοφάντητος, ον, (συκοφαντέω) qui a sycophanta delatus non est: qui calumniis peti nequit, sine calumnia.

ἀσῡκοφαντήτως, *adv.* citra calumniam.

ἀσῡλαῖος, αία, αῖον, (ἄσυλον) ad asylum pertinens.

ἀσῡλάρχης, ου, ὁ, (ἄσυλος, vel ἄσυλον et ἀρχή) inviolabilis et sacer magistratus, qualis apud Romanos Tribuni plebis erant. 2) praefectus, magister, curator asylorum. Dionys. Ant. 7, 45. si lectio vera.

ἀσῡλεί, *adv.* (ἄσυλος) tuto, sine spoliationis periculo: ita, ut sine scelere summo violari nequeas.

ἀσύλητος, ον, (συλάω) non spoliatus, inviolatus, firmus: non violandus. (υ long.)

ἀσῡλία, ας, ἡ, (ἄσυλος) sanctitas loci. 2) jus libertatis et veniae, quod quis apud aras consequitur. 3) *act.* ἀσυλία βροτῶν, Aesch. Suppl. 613.

ἀσύλληπτος, ον, (συλλαμβάνω) qui comprehendi non potest, seu manu seu mente: incomprehensus. 2) ἡ, quae concipere nequit, aut uterum non gerit.

ἀσυλληψία, ας, ἡ, impotentia conci-

piendi.

ἀσυλλόγιστος, ον, (συλλογίζομαι) non probe collectus, et ratiocinando conclusus. 2) qui nequit ratiocinando aliquid colligere.

ἀσυλλογίστως, *adv.* absque ratiocinatione. 2) inconsiderate, imprudenter.

ἄσυλον, ου, τό, asylum, locus sacrosanctus. *Neutr.* a seq. Subauditur τέμενος vel χωρίον.

ἄσυλος, ον, (σύλη) inspoliatus, totus, intemeratus. 2) a violentia tutus, sacer, inviolabilis.

ἀσύλωτος, ον, (συλόω) nudatus, nudus, Callim. h. Dian. 213. si lectio certa.

ἀσύμβατος, ον, (συμβαίνω) qui compositionem non admittit, a pacificatione alienus. 2) non conveniens, non congruens, non cohaerens.

ἀσυμβάτως, *adv.* animo a compositione alieno. A praec.

ἀσύμβλητος, ον, (συμβάλλω) non comparandus, impar. 2) non adsequendus, obscurus.

ἀσυμβολέω, symbolam non confero.

ἀσύμβολος, ον, (συμβάλλω) qui symbolam non confert. 2) iners, inutilis. 3) qui nihil in medium attulit.

ἀσυμβόλως, *adv.* sine simbola gratis.

ἀσυμβούλευτος, ον, (συμβουλεύω) qui nemine consultore utitur. 2) quem nemo consilio adjuvat.

ἀσύμβουλος, ον, (συμβουλή) consilio vacans, inconsultus. *dub.*

ἀσυμμετρία, ας, ἡ, symmetriae, convenientiae carentia. 2) chorda in circulo. A seq.

ἀσύμμετρος, ον, (σύμμετρος) abhorrens, inconcinnus, incongruus, immoderatus. 2) qui nullam quantitatis proportionem, sive nullum commensum habet cum alio.

ἀσυμμέτρως, *adv.* sine symmetria, sine modo.

ἀσυμμιγής, ές, qui misceri cum altero non potest, nihil cum altero commercii, consuetudinis habet.

ἀσύμμικτος, ον, idem. 2) homo immanis, insociabilis, abhorrens ab hominum consuetudine.

ἀσυμμνημόνευτος, ον, (συμμνημονεύω) quod cum aliis in memoria retineri nequit.

ἀσυμπαγής, ές, (συμπήγνυμι) qui compactus et coagmentatus non est.

ἀσυμπάθεια, ας, ἡ, vacuitas ab adfectu erga aliquem, inclementia, nulla misericordia.

ἀσυμπαθής, ές, (συμπαθής) adfectu, s. naturae consensu carens, cui nullus est consensus adfectuum cum alio. 2) qui miseratione alieni mali non tangitur, inclemens, immitis.

ἀσυμπαθῶς, *adv.* sine misericordia. A praec.

ἀσύμπλεκτος, ον, (συμπλέκω) qui copulatus vel consertus, vel esse non potest, vel non est.

ἀσυμπλήρωτος, ον, (συμπληρόω) incompletus: qui compleri nequit.

ἀσύμπλοκος, ον, (συμπλέκω) qui conjungi, coire cum altero non potest, insociabilis.

ἀσύμπτωτος, ον, (συμπίπτω) non coincidens.

ἀσυμπώρωτος, ον, (συμπωρόω, *in callum cogo*) non consolidatus.

ἀσυμφανής, ές, (συμφανής) non conspicuus, non perspicuus.

ἀσυμφανῶς, *adv.* obscure, tecte.

ἀσύμφορος, ον, inutilis, damnosus.

ἀσυμφόρως, *adv.* inutiliter, damnose.

ἀσυμφυής, ές, (συμφύω) non coalescens.

ἀσύμφυλος, ον, nullam cognationem habens: abhorrens, alienus.

ἀσύμφυρτος, ον, non commixtus, non confusus.

ἀσύμφυτος, ον, alienus, abhorrens ab alterius natura.

ἀσυμφωνία, ας, ἡ, dissensus, discrepantia, dissonantia.

ἀσύμφωνος, ον, absonus, discors: dissentiens, abhorrens: lingua s. dialecto diversa utens.

ἀσυμφώνως, *adv.* absone, inconvenienter, absurde.

ἀσυνάγωγος, ον, (συναγωγή) alienus a synagoga, exclusus a synagoga.

ἀσυναίρετος, ον, (συναιρέω) non contractus. *Vox Grammaticorum.*

ἀσυναιρέτως, *adv.* absque contractione.

ἀσύνακτος, ον, (συνάγω) qui congregari non potest, insociabilis. 2) incongruens, quum ex male sumtis male concluditur.

ἀσυναλγής, ές, (συναλγέω) ab omni miseratione alienus. Eccl.

ἀσυναλείπτως, *adv.* (συναλείφω) sine Synaloepho, sine elisione. *Vox Grammaticorum.*

ἀσυνάλλακτος, ον, (συναλλάττω) cum quo contrahi, vel commercium haberi non potest: cui nihil est commercii cum vita civili: insociabilis.

ἀσύναπτος, ον, (συνάπτω) non conjunctus, non cohaerens: qui conjungi nequit, insociabilis.

ἀσύναρθρος, ον, (σύναρθρος) vox Grammaticorum: articulo non copulatus cum Substantivo.

ἀσυνάρθρως, *adv.* sine articulo.

ἀσυναρίθμητος, ον, qui connumerari non potest. Cyrill. Alex.

ἀσυνάρμοστος, ον, (ἁρμόζω) non connexus, non cohaerens: qui copulari nequit.

ἀσυνάρτητος, ον, (συναρτάω) non connexus, non cohaerens: non consentaneus, non conveniens

ἀσυναρτήτως, *adv.* non connexe.

ἀσύνδετον, ου, τό, conjunctionis copulativae defectus. Figura Grammatica. A seq.

ἀσύνδετος, ον, (συνδέω) non connexus, non copulatus.

ἀσυνδέτως, *adv.* sine copula. 2) modo Asyndeti. A praec.

ἀσύνδηλος, ον, non manifestus, non cognitus.

ἀσυνδύαστος, ον, (συνδυάζω) non copulatus: qui copulari, aut conjungi nequit: caelebs.

ἀσυνδυάστως, *adv.* sine copulatione.

ἀσυνείδητος, ον, (συνειδέναι) non conscius, inconscius.

ἀσυνειδότως, *adv.* (συνειδώς) inscio alio.

ἀσυνείκαστος, ον, nulla conjectura aut ingenio adsequendus, obscurus.

ἀσύνεργος, ον, (συνεργός) non adjuvans.

ἀσυνεσία, ας, ἡ, (σύνεσις) insipientia, inscitia.

ἀσυνετέω, desipio: non intelligo.

ἀσύνετος, ον, (συνετός) insipiens, intelligentia carens, qui in judicando non est perspicax, imprudens: intellectu difficilis.

ἀσυνετοποιέω, stulta facio, dementer ago.

ἀσυνέτως, *adv.* dementer, stulte.

ἀσυνηγόρητος, ον, (συνηγορέω) patrocinio destitutus.

ἀσυνήθεια, ας, ἡ, insolentia, novitas insueta, desuetudo. A seq.

ἀσυνήθης, ες, insuetus, insolens.

ἀσυνήθως, *adv.* insolenter. A praec.

ἀσυνήμων, ον, (συνίημι) idem quod ἀσύνετος.

ἀσυνθεσία, ας, ἡ, (συντίθεμαι) transgressio et violatio pactorum, seu foederis, impietas.

ἀσυνθετέω, praevaricor.

ἀσύνθετος, ον, non compositus aut concretus, simplex, incompositus 2) qui foedera et pacta non servat, foedifragus, perfidus. 3) qui pacta non iniit, cui non est pactus, qui foedus non fecit, cum quo nemo pactum inire potest, ab omni commercio cum aliis abhorrens: implacabilis.

ἀσυνθέτως, *adv.* disjunctim, per tmesin, Gramm.

ἀσυνίστωρ, ορος, ὁ, inconscius, Gl. Vet.

ἀσύννοος, ουν, imprudens.

ἀσυνόδευτος, ον, non comitatus, Clem. Alex.

ἀσύνοπτος, ον, obscurus, quem oculis adsequi non licet.

ἀσυνουσίαστος, ον, (συνουσιάζω) cum nemine versans, cum nemine consuetudinem habens.

ἀσύντακτος, ον, (συντάττω) inordinatus, indispositus, imparatus. 2) immunis a muneribus.

ἀσυνταξία, ας, ἡ, (σύνταξις) ordinis perturbatio, confusio.

ἀσυντέλεστος, ον, imperfectus.

ἀσυντελής, ές, (συντελέω) imperfectus, ad finem non perductus. 2) inutilis, qui nihil prodest. 3) immunis. ἀσυντελῆ χωρία, immunes fundi.

ἀσυντελῶς, *adv.* imperfecte. 2) ut nihil tributorum conferas. A praec.

ἀσύντονος, ον, (συντείνω) non contentus, laxus, remissus, languidus.

ἀσυντόνως, *adv.* sine contentione, remisse, tarde, lente. A praec.

ἀσύντριπτος, ον, (συντρίβω) inquassatus.

ἀσυνύπαρκτος, ον, (συνυπάρχω) qui non est simul. Sext. Emp., Cyrill. Alex. in Joann. c. 1. p. 117.

ἀσυρής, ές, (σύρω) scelestus, temerarius. 2) abjectus, sortis infimae.

ἀσύριχτος, ον, (συρίσσω) non exsibilatus, vel irrisus. (υ producitur.)

ἀσυσκεύαστος, (συσκευάζω) non complicatus, ut sarcina, non convasatus. 2) inconditus, non digestus, non praeparatus.

ἀσυστασία, ας, ἡ, discordia, confusio.

ἀσύστατος, ον, (συνίστημι) male compactus, non cohaerens, qui consistere non potest, parum sibi constans. ἀσύστατα, repugnantia. 2) discors.

ἀσυστόλως, *adv.* (συστολή) citra systolen, sive correptionem.

ἀσύστροφος, ον, (συστρέφω) inconcinnus, incompositus.

ἀσύφηλος, ον, (incertae derivationis) vilis, abjectus, Il. 9, 647. 24, 767.: contumeliosus, ignominiosus, Q. Sm.

ἀσφάδαστος, ον, (σφαδάζω) qui non jactat pedes.

ἀσφαδάστως, *adv.* sine palpitatione, ita ut pedibus terram non pulses.

ἀσφακέλιστος, ον, non infestatus σφακέλῳ, seu sideratione, quod vide.

ἄσφακτος, ον, (σφάττω) non mactatus.

ἀσφάλεια, ας, ἡ, (ἀσφαλής) stabilitas, firmitas: securitas, cautio, cautela: fides

publica, libera potestas commeandi; praesidium firmum, munitio: pignus: tabulae pactorum, quibus reges aut magistratus quicunque principatum aut potestatem capessentes civibus de modo futuri regiminis cavent: constantia, diligentia: veritas, certitudo.

Ἀσφάλειος, ὁ, i. q. Ἀσφάλιος.

ἀσφαλέως, *adv.* (ἀσφαλής) tuto, secure, sine periculo: certo, haud dubie: diligenter, accurate: indesinenter.

ἀσφαλής, ές, (σφάλλω) minime lubricus, de via, stabilis: tutus, non periculosus: qui non potest everti et dejici, firmus: tutus adversus fortunae incursus, seu insidias, cautus, certus. τὸ ἀσφαλές, res, quae citra periculum fieri potest.

ἀσφαλίζω, (ἀσφαλής) tutor, firmo, stabilio, proprie in lubrico lapsantem: confirmo, adfirmo, pro certo adsevero: tutum reddo, munio: caveo sponsoribus, sive pignoribus: propulso, arceo. *Med.* ἀσφαλίζομαι, caveo.

ἀσφάλιος, ου, ὁ, stabilitor, epitheton Neptuni, quia inconcussa terrae fundamenta servat. Ab eod.

ἀσφάλισις, εως, ἡ, munitio: adservatio: occlusio.

ἀσφάλισμα, ατος, τό, (ἀσφαλίζω) firmamentum. ἀσφάλισμα πλοίου, saburra. 2) munitio, munimentum, cautela, pignus.

ἀσφαλτίας, ὁ sc. σφόνδυλος, extrema lumborum vertebra, quasi fulcrum.

ἀσφαλτίτης, ου, ὁ, *fem.* ἀσφαλτῖτις, ιδος, ἡ, scil. λίμνη, bituminosus, bitumen fundens. A seq.

ἄσφαλτος, ου, ἡ, bitumen.

ἀσφαλτόω, bitumine illino.

ἀσφαλτώδης, ες, bituminosus.

ἀσφάλτωσις, εως, ἡ, (ἀσφαλτόω) qs. bituminatio, bituminis inductio.

ἀσφαλῶς, *adv.* tuto, firmiter, stabiliter, certo.

ἀσφαραγέω, strepo, i. q. σφαραγέω, cum α euphon.

ἀσφάραγος, ὁ, i. q. σφάραγος, φάρυξ, φάρυγξ, fauces, Il. 22, 328.

ἀσφάραγος, *Att.* pro ἀσπάραγος, q. v.

ἄσφι, ἄσφε, *Aeol.* pro σφί, σφέ.

ἄσφιγκτος, ον, (σφίγγω) qui constringi nequit. 2) non constrictus.

ἀσφοδέλινος, η, ον, asphodelo constans.

ἀσφόδελος, ου, ὁ, asphodelus, planta habens folia longa et caulem esculentum, Proserpinae ceterum et Manibus sacra, Hes. op. 41.

ἀσφοδελός, όν, asphodelum generans, ubi asphodelus invenitur, Od.

ἀσφοδελώδης, ες, asphodelo similis, qui de asphodeli genere est.

ἀσφράγιστος, ον, (σφραγίζω) non signatus, non obsignatus: non custoditus: non baptizatus. (ἀ)

ἀσφυκτέω, pulsu arteriarum careo: quiesco, perturbatione animi vaco. A seq.

ἄσφυκτος, ον, (σφύζω) non pulsans, pulsu destitutus, ubi pulsus arteriarum tam exilis est, ut deprehendi nequeat.

ἀσφυξία, ας, ἡ, (σφύξις) privatio, seu defectio pulsus in animali.

ἀσχαλάω, doleo, moereo, tristor, indignor, aegre fero, τινός, Hom.. τινί vel ἐπί τινι ap. poster.

ἀσχάλλω, i. q. ἀσχαλάω, Od. 2, 193. 2) *act.* lugeo aliquid, *c. accus.* Enr.

ἀσχέδωρος, ὁ, aper, vox magnae Graeciae dialecto usitata, Athen.

ἄσχετος, ον, (σχεῖν) intolerabilis. 2) qui cohiberi nequit.

ἀσχέτως, *adv.* ita, ut non cohibearis, libere: immoderate.

ἀσχημάτιστος, ον, (σχηματίζω) figura carens, figuras, seu schemata non habens: non figuratus, non habens formam legitimam: male figuratus.

ἀσχηματίστως, *adv.* sine figura certa, legitima.

ἀσχήματος, ον, (σχῆμα) idem quod ἀσχημάτιστος.

ἀσχημονέω, (ἀσχήμων) indecore ago, rem foedam facio, turpiter me gero: partes meas male ago, *de actoribus scenicis.*

ἀσχημόνως, *adv.* (ἀσχήμων) indecore, indecenter.

ἀσχημοσύνη, ης, ἡ, foeda actio: deformitas, turpitudo: pudenda, οἱ ὁ.

ἀσχήμων, ον, (σχῆμα) figura, seu forma sua carens: indecorus, turpis, inhonestus, ignominiosus.

ἀσχῐδής, ές, (σχίζω) non fissus, indivisus, individuus.

ἄσχιον, τό, i. q. ὕδνον, tuber.

ἄσχιστος, ον, (σχίζω) qui scindi nequit, indivisus, individuus.

ἀσχολέω, (ἄσχολος) negotia facesso, occupo, in opere detineo. 2) occupatus sum, labori vaco, Aristot. Pol. 8, 3. ut ἀσχολοῦμαι, occupatus, districtus negotiis sum.

ἀσχόλημα, ατος, τό, negotium, occupatio, molestia, impedimentum. A praec.

ἀσχολία, ας, ἡ, occupatio, negotium: ἀσχολίαν τινὸς παρέχειν τινί, tanta negotia alicui facessere, ut non vacet ad aliud quid, Xen. ἀσχολίαν τῶν ἄλλων ἔργων παρασκευάζειν, a reliquis operibus distrahere, Plat.

ἄσχολος, ον, (σχολή) cui otium non est, occupationibus et negotiis districtus.

ἀσχόλως, *adv.* sine otio. A praec.

ἀσώδης, ες, (ἄση) fastidio et nausea laborans, ex repletione vel alia ventriculi labe cibum fastidiens, fastidium excitans. 2) palustris. Aesch. Suppl. 2, 32.

ἀσωμασία, ἡ, status ejus, qui sine corpore est, Greg. Naz.

ἀσωματοειδής, ές, corpoream formam non habens, incorporeus, Cyrill. Alex.

ἀσώματος, ον, (σῶμα) incorporeus, corporis expers.

ἀσωματότης, ητος, ἡ, incorporea natura. Origen. in cap. 1. Joann. p. 39.

ἀσωμάτως, *adv.* sine corpore.

ἄσωμος, ον, (σῶμα) incorporeus, incorporalis, cui corpus non est. Etym M.

ἄσωστος, ον, id. quod ἄσωτος, quod vide

ἀσωτεία, ας, ἡ, (ἄσωτος) luxus, luxuria, profusio, helluatio, vita dissoluta: nequitia.

ἀσωτεῖον, ου, τό, locus, in quo homines luxuriose epulantur ac libidines exercent, ganeum. Dicitur et ἀσωτιεῖον.

ἀσωτεύομαι, luxuriose vivo, omnia per luxum profundo, nepotor, luxurior, prodigo, helluor.

ἀσωτία, ας, ἡ, idem quod ἀσωτεία. Plat. de Rep. 8. p. 560. E.

ἀσωτοδιδάσκαλος, ου, ὁ, (ἄσωτος, et διδάσκαλος) luxuriae praeceptor.

ἀσωτοποσία, ας, ἡ, (πόσις) luxuriosa potatio, crapula, Cyrill. Alex. de exitu animae p. 405.

ἄσωτος, ον, qui servari nequit, de cujus salute spes nulla est, vel potius qui bona sua servare nescit, perditus, desperatus, nepos: ganearius, lascivus, luxuriosus, prodigus, profusus, sumtuosus, helluo, exoletus, balatro. 2) *act.* non salutaris, τινί, Aesch. Ag. 1610.

ἀσώτως, *adv.* luxuriose, prodige. A praec.

ἀσωφρόνιστος, ον, (σωφρονίζω) non castigatus aut emendatus. 2) qui non castigat et emendat.

ἀτακτέω, (ἄτακτος) inordinatus sum, ordinem non servo: in manipulo, aut turma, acie me non contineo: desum officio, detrecto munus: inhoneste et petulanter me gero, inquiete, petulantius vivo, flagitiose vivo, a bono vivendi ordine desciseo: tumultuor.

ἀτάκτημα, ατος, τό, petulans factum: confusio: turbatus rerum status. A praec.

ἄτακτος, ον, (τάττω) perturbatus, confusus, imparatus: in numerum non redactus, de milite: incompositis moribus: immoderatus, intemperans: male curiosus: qui praeter officium ac decorum aliquid facit: inquietus, inordinatus, petulans: tumultuosus.

ἀτάκτως, *adv.* incomposite, indigeste: more ejus, qui incompositis est moribus: nulla est moderatione: inquiete, petulanter.

ἀταλαίπωρος, ον, laborum et aerumnarum expers, molestiis carens: segnis, iners: qui ex tempore et absque demonstratione dicitur: facilis et manifestus.

ἀταλαιπώρως, *adv.* segniter, negligenter, incuriose. A praec.

ἀταλαιπώρητος, ον, (ταλαιπωρέω) durus, immisericors. Hesyc.

ἀταλαιπωρήτως, *adv.* sine misericordia.

ἀτάλαντος, ον, (ex α ὁμοῦ notante et τάλαντον) paris ponderis; aequalis, par, similis: *c. dat.*, Hom. incomparabilis.

ἀταλάφρων, ον, (ἀταλός, φρήν) puerilia sapiens, tener, impotens. Il.

ἀτάλλω, (ἀταλός) prae gaudio puerili exsulto, Il. 13, 27. 2) *act.* delicate nutrio, educo, ut ἀτιτάλλω. Epigr. Hom. 4, 2. Soph. Aj. 559. *Pass.* cresco, adolesco, h. Hom. Merc. 400. qua eadem significatione reperitur activum Hes. op. 130. (Primam Hesiodus in arsi produeit.)

ἀταλός, ή, όν, tener, puerilis, juvenilis.

ἀταλόφρων, ον, id quod ἀταλάφρων. vide Il. 6, 400.

ἀταλόψυχος, ον, (ἀταλός et ψυχή) pusilli et angusti animi: animi mollis et teneri.

ἀταμίευτος, όν, (ταμιεύω) non reconditus, qui non reconditur. 2) *act.* qui nihil recondit: non providens res in futurum necessarias, incautus, inconsideratus: qui vim suam uno impetu effundit: qui abutitur potentia, opibus, imperio ad crudelitatem, luxuriam etc.

ἀταμιεύτως, *adv.* more eorum, quae non reconduntur, non recondendo: sine moderatione, dispensationis prudentia.

ἀταξία, ας, ἡ, (τάξις) confusio: incontinentia: ordinis in militia perturbatio vel desertio: contumacia: tumultuatio.

ἀταπείνωτος, ον, (ταπεινόω) celsus, minime abjectus.

ἀτάρ, conjunctio, quae et αὐτάρ, *sed*, *verum*, *caeterum*, *at*. Habet eandem vim, quam δέ, sed enunciationem semper incipit: post μέν ponitur Il. 21, 41. Od. 3,

298. In apodosi post ἐπειδὴ extat Il. 12, 155. cf. εἰ (⏑ ⏑)

ἀταρακτέω, (ἀτάρακτος) constanti, inconcusso, impavido animo sum.

ἀταρακτοποιησία, ἡ, (ἀτάρακτος, ποιέω) animi constantia res suas sine perturbatione atque trepidatione peragentis. Hippocr.

ἀτάρακτος, ον, (ταράττω) imperturbatus, qui perturbari nequit, quietus, tranquillus.

ἀταράκτως, *adv.* sine pavore.

ἀταραξία, ας, ἡ, (τάραξις) animus imperturbatus, tranquillitas animi.

ἀτάραχος, ον, (ταράττω) vacuus a perturbationibus: intrepidus: sedatus ac defaecatus.

ἀταράχως, *adv.* citra perturbationem, placide, intrepide, tranquille.

ἀτάρβακτος, ον, i. q. ἀταρβής. *dubia* lectio Pind. P. 4, 149. improbata a Boeckhio.

ἀταρβής, ές, (τάρβος) intrepidus, non pavidus et meticulosus.

ἀτάρβητος, ον, (ταρβέω) idem. 2) inculpatus, irreprehensus.

ἀταρβήτως, *adv.* intrepide, impavide.

ἀταρίχευτος, ον, (ταριχεύω) non conditus, aut maceratus sale. (⏑ ⏑ – – ⏑)

ἀτάρμυκτος, ον, (ταρμύζω) qui oculos non claudit, non connivet: intrepidus, impavidus.

ἄταρον, ου, τό, ferrum in modiolo rotae. Poll.

ἀταρπιτός, οῦ, ἡ, via, semita, *Ion.* pro ἀτραπιτός.

ἀταρπός, οῦ, ἡ, idem, *Ion.* pro ἀτραπός.

ἀταρτηρός, ρά, ρόν, et ἀτάρτηρος, ον, (ἀτηρός) noxius, damnosus: contumeliosus. (⏑ – – ⏑)

ἀτάρχυτος, ον, (ταρχύω) insepultus. Dicitur et ἀτάρχευτος.

ἀτασθαλία, ας, ἡ, (ἀτάσθαλος) improbitas, amentia, vesania, vecordia, petulantia.

ἀτασθάλλω, inepte ago, proterve me gero. Occurrit tantum in participio praesentis, Od. 18, 57. 19, 88.

ἀτάσθαλος, ον, (ἀτάω) magnorum damnorum auctor, improbus, scelestus, perniciosus, injustus, impius. (Prima brevis.)

ἄταυρος, ον, (ταῦρος) a tauro non tactus; *metaph.* virum non experta.

ἀταύρωτος, ον, (ταυρόω) idem. Epithet. virginis, expers conjugii feminae. Reperitur etiam ἀταυρώτη.

ἀταφία, ας, ἡ, jactura sepulcri, poena scelerosorum, qui honores sepulturae amiserunt. A seq.

ἄταφος, ον, (θάπτω) sepulcro carens, non sepultus, inhumatus, insepultus.

ἀτάω, (ἄτη) laedo, noceo, noxam seu damnum infero. Invenitur tantum in Passivo: damno afficior, Trag. (ἀτάομαι, – ⏑ ⏑ – Soph. Aj. 269.)

ἅτε, (*propr.* acc. pl. neutr. ab ὅστε) ut, sicuti, quasi, Il. 22, 127. Hdt. 5, 85. Pind. Prosaici frequenter adjungunt participio, ubi caussa affertur ex aliena sententia: sic cum *cum gen.* absol., ut ἅτε δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεσθαί σφεας, τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες, quum Thessalos tentare crederent, Hdt. 7, 129. In talibus potest reddi latine per particulas, *quippe, utpote, tanquam.*

ἄτεγκτος, ον, (τέγγω) non tinctus et madefactus: qui tingi et humectari nequit: *metaph.* cujus animus molliri non potest, durus, inexorabilis: qui nullis solatiis mitigari potest, qui nulla solatia admittit: qui nulla miseratione, nulla malorum magnitudine movetur, rigidus, immitis.

ἀτέγκτως, *adv.* ita, ut humectari et aqua tingi nequeat, vel non tingatur: duriter, rigide, immobiliter.

ἀτειρής, ές, (τείρω) qui conteri vel frangi nequit, durus, firmus, ut ferrum. Hom. Hinc *metaph.* indomitus, indefessus, invictus, constans, Il. 15, 697. Od. 11, 270. Il. 13, 45. 3, 60.

ἀτείχιστος, ον, (τειχίζω) sine muris: non circumvallatus: non munitus: muris male cinctus.

ἀτεκμαρτί, *adv.* sine certis signis, indiciis, aut argumentis. A seq.

ἀτέκμαρτος, ον, (τεκμαίρομαι) qui ad finem et exitum perduci nequit: de quo nulla certa conjectura fieri potest, obscurus: inconsideratus: nullas conjecturas sequens: ex cujus volatu nullum augurium capi potest, de avi.

ἀτεκμάρτως, *adv.* absque conjectura, nullam sequendo conjecturam; sine signo certo. A praec.

ἀτεκνέω, (ἄτεκνος) liberis seu prole careo, sterilis sum.

ἀτεκνία, ας, ἡ, orbitas liberorum. A seq.

ἄτεκνος, ον, (τέκνον) liberis, seu prole carens: orbus, sine liberis, sterilis.

ἀτεκνόω, liberis et prole orbo: sterilem efficio. A praec.

ἀτέλεια, ας, ἡ, (τέλος) imperfectio. 2) immunitas a publicis vectigalibus, vel tributis, *c. gen.*

ἀτελείωτος, ον, (τελειόω) imperfectus. 2) qui effici nequit.

ἀτέλεστα, *adv.* frustra: sine fine. A seq.

ἀτέλεστος, ον, (τελέω) infectus, imperfectus: rudis: infinitus. 2) non initiatus, non baptizatus.

ἀτελεσφόρητος, ον, (τελεσφορέω) ad maturitatem non perductus. Theophyl.

ἀτελεύτητος, ον, (τελευτάω) interminatus, ad finem non perductus, finire nescius: fine carens, aeternus. 2) sine effectu, efficacia carens, frustraneus: inflexibilis, pervicax, Soph. O. R. 336.

ἀτέλευτος, ον, (τελευτή) infinitus, aeternus.

ἀτελής, ές, (τέλος) non finitus, non ad finem perductus, imperfectus: mancus: qui ad finem perduci nequit, infinitus, perpetuus, continuus. 2) *act.* qui nihil perficit, irritus, inefficax. 3) immunis a pendendis vectigalibus, *c. gen.* immunis, non sumtuosus. 4) non initiatus, ἱερῶν, h. Hom. Cer. 481.

ἀτελώνητος, ον, (τελωνέω) ex quo, vel de quo vectigal non penditur. Suid.

ἀτέμβιος, ον, querulus, miser. Etym. A seq.

ἀτέμβω, damno afficio, laedo, Od. 20, 294. confundo, fallo, θυμόν, Od. 2, 90. *Pass.* privor, τινός, Hom. ἀτέμβονται νεότητος, juvenilem aetatem egrediuntur, Il. 23, 445. *Med.* incuso, reprehendo, τινί, Ap. Rh. 2, 56. 1199. 3, 99. Occurrit tantum in praesenti. (Radix esse videtur ἄτη.) (⏑ – –)

ἀτενές, *adv.* intentis, seu fixis oculis, acriter, valde attente: simpliciter, recta.

ἀτενής, ές, (ex α notante ὁμοῦ et τείνω) intentus: admodum intentus: qui intentis et fixis oculis aliquit intuetur: qui eundem semper tenorem servat, rigidus, inflexibilis: pervicax, obstinatus.

ἀτενίζομαι, intentis oculis adspicio, oculos defigo, suspicio, contemplor, contueor, intueor.

ἀτενισμός, οῦ, ὁ, intuitus fixus et rigidus, obtutus, intuitus. A praec.

ἀτενῶς, *adv.* ab ἀτενής, Plut.

ἄτερ, *prep. c. gen.*, sine, citra, praeter, absque, Hom. 2) procul a, Il. 1, 498. ἄτερ ἥμενος ἄλλων, separatim a reliquis. Hesiodus copulat νόσφιν ἄτερ, op. 91. 3) *metaph.* ἄτερ Ζηνός, invito Jove, Il. 15, 292. – Vox est mere poetica. (⏑ ⏑)

ἀτεραμνία, ας, ἡ, *Ion.* v. ἀτεραμνότης. A seq.

ἀτέραμνος, ον, (τέραμνος) durus, praefractus, indomitus, pervicax, qui non facile mutatur, fatigatur, vel mollitur: inhabilis concoctioni, de cibo, aqua.

ἀτεραμνότης, ητος, ἡ, durities et cruditas cibi, ob quam concoqui non potest, *it.* de aqua. A praec.

ἀτεραμνώδης, ες, idem quod ἀτέραμνος.

ἀτεράμων, ον, *Att.* idem quod ἀτέραμνος.

ἀτέρεμνος, ον, idem quod ἀτέραμνος.

ἀτερηδόνιστος, ον, (τερηδονίζομαι) a teredinibus non exesus: teredinibus non obnoxius. Diosc. 1, 15.

ἄτερθε, ante vocal. ἄτερθεν, absque, sine: praeter, i. q. ἄτερ.

ἀτερμάτιστος, ον, (τερματίζω) interminatus, infinitus: infirmus, instabilis: incertus, fundamento carens.

ἀτέρμων, ον, interminatus, infinitus. Eur. Hec. 925. χρυσέων ἐνόπτρων λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς, quod Schol. et Eustath. ad Il. η, 446. p. 690, 41. –568, 20. accipiunt de rotundae formae speculis. Equidem cum Boissonadio *infinitos splendores* significari putem, ea ratione, quod speculum in profundum vacuumque immensum quasi patere videtur, nullisque visum finibus coercet.

ἄτερος, *Dor.* p. ἕτερος. (⏑ ⏑ ⏑) 2) ἅτερος, *Att. contr.* ex ὁ ἕτερος, *gen.* θατέρου, *dat.* θατέρῳ etc. (– ⏑ ⏑) Formae θάτερος, θατέροις et sim. merae sunt barbariei, cf. Intpp. ad Gregor. Cor. p. 302 sq.

ἀτερπής, ές, (τέρπω) insuavis, injucundus. Hom.

ἀτέρπνος, ον, i. q. ἀτέρυπνος, ἄγρυπνος, somni expers; ita Ibycum et Stesichorum dixisse ferunt Etym. M. et Gud. ex Rheginorum dialecto.

ἄτερπος, ον, i. q. ἀτερπής.

ἀτερψία, ας, ἡ, (τέρψις) molestia.

ἀτευκτέω, non attingo, non adsequor: aberro: spe excido. A seq.

ἄτευκτος, ον, (τυγχάνω) qui consecutus non est, voti non compos factus. Hinc *Subst.* ἀτευξία, ἡ.

ἀτευχής, ές, (τεῦχος) armis destitutus, inermis.

ἀτεύχητος, ον, i. q. ἀτευχής.

ἀτεχνής, ές, (τέχνη) rudis, imperitus, sine arte, iners. 2) qui est sine fraude.

ἀτεχνία, ας, ἡ, imperitia, nulla ars, inertia.

ἀτεχνίτευτος, ον, (τεχνιτεύω) non elaboratus arte.

ἄτεχνος, ον, (τέχνη) sine arte, in quo nulla est ars: imperitus, rudis, iners. 2)

non callidus, non astutus, artibus dolosis carens.

ἀτέχνως, *adv.* (ἄτεχνος) sine artificio, absque arte, imperite, negligenter, infabre.

ἀτεχνῶς, *adv.* (ἀτεχνής) utique, certe, sine ulla dubitatione, ut in ea re nulla τέχνη, calliditas, nulla fraus versetur, et tu ei tuto confidere possis: prorsus, omnino, plane: valde, vehementer: absque versutia, simpliciter: fere, fortasse, ni fallor.

ἀτέω, (ἄτη) audacter in perniciem ruo. Occurrit tantum in part. ἀτέων, temerarius, demens, Il. 20, 332. Hdt. 7, 223. neque saepius. (⏑⏑–)

ἄτη, ης, ἡ, culpa: damnum ex culpa nascens, utriusque praeses dea, Il. 9, 504 sq. 19, 91 sq. Hes. Th. 230. (––)

ἄτηκτος, ον, (τήκω) non liquescens: non liquefactus.

ἀτημέλεια, ας, ἡ, *poet.* ἀτημελία, (ἀτημελής) negligentia, incuria, contemtus.

ἀτημελέω, negligo, non curo.

ἀτημελής, ές, (τημελής) negligens, non curans.

ἀτημέλητος, ον, (τημελέω) neglectus, non curatus, inornatus. 2) frustratus, Aesch.

ἀτημελήτως, *adv.* negligenter, incuriose. ἀτημελήτως ἔχειν, negligere. 2) inornate, inscite, inculte.

ἀτημελία, ας, ἡ, idem quod ἀτημέλεια.

ἀτημελῶς, *adv.* (ἀτημελής) idem quod ἀτημελήτως.

ἀτηρής, ές, i. q. ἀτηρός, *c. gen.*, Hipp. (–––)

ἀτήριος, ον, i. q. ἀτηρός, Aesch. Eum. 1005. *sed admodum dubia lectio.* (–––⏑⏑)

ἀτηρός, ρά, ρόν, (ἄτη) noxius, damnosus, contumeliosus, aerumnosus.

Ἀτθίς, ίδος, ἡ, Attica. v. c. regio, χώρα, aut γλῶττα, dialectus.

ἀτίετος, ον, inultus: qui non potest punire, qui non punit aut ulciscitur. (⏑⏑⏑⏑)

ἀτίζω, f. ίσω, (τίω) vilipendo, contemno, Il. 20, 166. *c. gen.*, Ap. Rh.

ἀτίθασος, ον, i. q. ἀτίθασσος.

ἀτιθάσσευτος, ον, (τιθασσεύω) qui mansuefieri nequit, intractabilis, indomitus.

ἀτίθασσος, ον, (τιθασσός) asper, intractabilis.

ἀτῑμαγελέω, rar. -άω, gregem sperno, armentum fastidio: acorsum pascor a grege, segregor, separor a grege. Theocr.

ἀτῑμαγέλης, ου, ὁ, (ἀτιμάω, ἀγέλη) qui spernit gregem, separatus a grege. Theocr. 2) refractarius et gregem domini deserens.

ἀτῑμάζω, f. άσω, (τιμάω) contemno, dedignor: contumelia adficio, ignominia noto: honore privo, nihil honoris tribuo. Hom. 2) indignum aliquem censeo aliqua re, τινά τινος: sic quoque cum inf. μή μ' ἀτιμάσῃς φράσαι, ne dedigneris dicere. Cum duplici accus., Soph. Ant. 544. O. R. 340. 3) Dicitur etiam eodem significatu quo ἀτιμόω, *c. accus.*

ἀτῑμασμός, οῦ, ὁ, contumelia, ignominia, contemtus. A praec.

ἀτῑμαστής, οῦ, ὁ, contumeliosus. Ab eodem.

ἀτῑμαστήρ, ῆρος, ὁ, idem et ab eod.

ἀτῑμαστέος, έα, έον, qui contemni debet, contemnendus. Ab eod.

ἀτιμάω, ήσω, (τιμή) i. q. ἀτιμάζω, despicio, vituparo, dehonesto, honore privo, *Epica vox.*

ἀτίμητος, ον, (τιμή) inhonoratus, contemtus, neglectus: non aestimatus: qui non aestimari solet: epith. δίκης, caussae, in qua leges poenam constituernnt, ut non sit opus τιμήσει actoris vel judicis. (⏑––⏑)

ἀτῑμία, ας, ἡ, (ἄτιμος) dedecus, ignominia, infamia, contumelia, famositas, ignobilitas, dehonestamentum, dehonestatio.

ἀτίμιος, ου, ὁ, (τίμιος) inhonoratus, (⏑–⏑⏑)

ἀτῑμοπενθής, ές, (πένθος) contumeliam lugens. Aesch. Eum. 790.

ἀτῑμοποιός, όν, qui ignominia adficit, ignominiosus.

ἄτῑμος, ον, (τιμή) inhonoratus, honore carens: ab omni honore exclusus, contemtus: inultus, famosus, ignobilis, infamis: indignus, *c. gen.*

ἀτῑμόω, ignominia adficio, infamia noto, ignominiose tracto. A praec.

ἀτῑμωρησία, ας, ἡ, (τιμωρέω) impunitas, Chrysost.

ἀτῑμωρητί, et τεί, *Adv.* impune.

ἀτῑμώρητος, ον, (τιμωρέω) de quo poena non est sumta: cujus injuriam nemo ultione prosecutus est, inultus: cui auxilium nemo fert: malus, improbus. Gl. Vet. inultus.

ἀτῑμωρήτως, *adv.* impune. A praec.

ἀτίμως, *adv.* (ἄτιμος) sine honore: ignominiose, cum infamia. (ι longum.)

ἀτίμωσις, εως, ἡ, (ἀτιμόω) ignominiosa damnatio. (ι longum.)

ἀτῑμωτικός, ή, όν, ignominiosum reddens, ad contumeliam valens. Ab eod.

ἀτῑμωτικῶς, *adv.* cum ignominia et infamia.

ἀτίνακτος, ον, (τινάσσω) inconcussus, immotus, non agitatus, inquassatus.

ἀτῑσία, ας, ἡ, (τίω) defectus solutionis, quum quis solvendo non est.

ἀτῑτάλλω, (ἀταλός) delicate nutrio, curo: augeo.

ἀτῑτίω, (τίω) injuria adficio.

ἀτίτης, ου, ὁ, inhonoratus. 2) inultus. (⏑⏑–)

ἄτιτος, ον, inhonoratus. 2) impunitus, inultus, Il. 13, 414. 14, 484. (⏑⏑vel–⏑)

Ἀτλαγενής, ές, i. q. usitat. Ἀτλαντογενής, (γένος) Atlante genitus.

Ἀτλάντειος, α, ον, Atlanticus.

Ἀτλαντίς, ίδος, ἡ, Atlantis filia, Hes. Dicitur et Ἀτλαντάς.

Ἄτλας, αντος, ὁ, Atlas, Deus antiquissimus, cui columnae Coelum Terramque distinentes sunt impositae, quique maris universi profunditates novit, Od. 1, 52. Seriores eum Titanibus annumerant. 2) Mons Libyae Atlas. 3) qui aliquid Atlantis more coeliferi bajulat, statua aliquid capite sustinens.

ἄτλας, αντος, ὁ, (τλῆμι) qui nihil patitur, qui non est audax.

ἀτλησία, ας, ἡ, (ἄτλητος) intolerantia, impatientia. Hesych.

ἀτλητέω, tolerare, vel perpeti non possum. 2) sum intolerabilis. 3) metuo, animo sum abjecto. Ab. eod.

ἄτλητος, ον, (τλῆμι) intolerabilis, intolerandus.

ἀτμενία, ας, ἡ, (ἀτμήν) servitus: infortunium, calamitas: administratio.

ἀτμένιος, ον, laboriosus. Ab eod.

ἄτμενος, ου, ὁ, famulus, servus, minister. 2) subjectus alterius potestati.

ἀτμεύω, servio, pro ἀνμενεύω ab ἄτμενος.

ἀτμή, ῆς, ἡ, vapor, i. q. ἀτμός, Hes. Th. 862.

ἀτμήν, ένος, ὁ, idem quod ἄτμενος. Fem. ἀτμενίς.

ἄτμητος, ον, (τέμνω) non sectus, sectionem non passus; non exsectus, non castratus: non decisus, incaeduus: qui secari nequit, indivisibilis.

ἀτμιάω, (ἀτμός) exhalo, vaporo, fumo.

ἀτμιδοῦχος, ον, (ἔχω) vaporem habens, vaporosus.

ἀτμιδόω, in vaporem muto.

ἀτμιδώδης, ῶδες, i. q. ἀτμιδοῦχος.

ἀτμίζω, vaporo, exhalo.

ἀτμίς, ίδος, ἡ, flatus, halitus, exhalatio, vapor, fumus.

ἀτμοειδής, ές, (ἀτμός, εἶδος) fumi speciem habens, vapori similis.

ἀτμοειδῶς, *adv.* in fumi, s. vaporis modum.

ἀτμός, οῦ, ὁ, flatus, vapor, halitus, fumus.

ἀτμώδης, ες, plenus vaporis, vaporifer, vapores multos emittens.

ἄτοιχος, ον, (τοῖχος) parietem non habens.

ἀτοκεί, *adv.* sine prole. 2) sine usura.

ἀτόκιον, ου, τό, medicamen sterilitatem inducens. A seq.

ἀτόκιος, ον, conceptionem impediens, sterilitatem adferens. A seq.

ἄτοκος, ον, (τίκτω) quae nondum peperit. 2) sterilis. 3) mutuo datus absque usura.

ἀτόκως, *adv.* idem quod ἀτοκεί, n. 2. A praec.

ἀτολμέω, (ἄτολμος) non audeo, timidus sum, cunctor, expavesco, reformido. Dicebatur etiam ἀτολμόω, si fides grammatico in A.B. p. 407, 10. Apud Thucydidem 1, 124. variant codd. inter ἀτολμοῦντες et ἀτολμῶντες, cf. Lobeck. Phryn. p. 630.

ἀτόλμητος, ον, non audendus.

ἀτολμία, ας, ἡ, timiditas, formido, ignavia. A seq.

ἄτολμος, ον, (τόλμα) confidentiae expers, nihil audens, timidus, imbellis, formidolosus.

ἀτόλμως, *adv.* timide.

ἄτομος, ον, (τέμνω) insecabilis, individuus. 2) qui sectus non est. 3) ἡ, corpusculum minutissimum, divisionem excludens: momentum, temporis spatium brevissimum.

ἀτονέω, (ἄτονος) deficio, infirmus sum, firmitate nervorum careo, non vigeo robore, langueo, torpeo.

ἀτονία, ας, ἡ, defectio, imbecillitas, languor, infirmitas. Ab eodem.

ἄτονος, ον, (τείνω) incontentus, infirmus, inefficax, lassus, remissus, languidus. 2) accentu carens, Gramm.

ἀτόνως, *adv.* leniter, remisse.

ἀτόξευτος, ον, (τοξεύω) quem sagitta non possis attingere: qui sagitta non est ictus.

ἄτοξος, ον, (τόξον) qui sine arcu est: qui arcu uti nescit.

ἀτόπαστος, ον, (τοπάζω) quem conjectura assequi non licet.

ἀτόπημα, ατος, τό, (ἄτοπος) factum, vel dictum inepte atque absurde.

ἀτοπηματοποιός, οῦ, ὁ, qui inepte aliquid facit.

ἀτοπία, ας, ἡ, insolentia, insolita novi-

tas: turpitudo, malitia, absurditas, disconvenientia: dicitur etiam de symptomatis morborum molestis, insolitis, haud praevisis. Ab eod.

ἄτοπος, ον, (τόπος) insolens, novus, etiam mirabilis: incommodus, importunus, turpis: ineptus, absurdus: stolidus: improbus, protervus: inconsequens.

ἀτόπως, *adv.* absurde, inconvenienter, inepte.

ἀτόρευτος, ον, (τορεύω) non caelatus.

ἀτόρνευτος, ον, (τορνεύω) non tornatus.

ἆτος, ον, *contr.* ex ἄατος, insatiabilis, *c. gen.* μάχης, Hom.

ἀτραγῴδητος, ον, (τραγῳδέω) tragico fastu et ostentatione carens: qui tragice decantatus, aut exageratus non est.

ἀτράγῳδος, ον, non tragicus, tragoediam non decens, tragoediae non similis, Aristot. poet. c. 25.

ἀτραγῴδως, *adv.* sine tragico tumore, sine strepitu, tumultu: leniter, modeste, Antonin. 1, 16.

ἀτράκτιον, ου, τό, fusus, *Dimin.* ab ἄτρακτος.

ἀτρακτοειδής, ές, (εἶδος) fuso similis.

ἄτρακτος, ου, ὁ, ἡ, fusus, colus. 2) jaculum, sagitta. 3) superior antennae pars, Poll. 1, 91.

ἀτρακτυλίς, ίδος, ἡ, spinae genus. 2) colus. A praec.

ἀτράνωτος, ον, qui declaratus non est, non perspicue expositus, obscurus. (⏑ aut – – – ⏑)

ἀτράπελος, ον, (τρέπω) qui difficulter moveri potest, durus, morosus. Schol. Soph. Aj. 913.

ἀτραπίζω, (ἀτραπός) eo, vado, viam carpo, iter facio. Hesych., A B. 460, 27. ex Pherecrate.

ἀτραπιτός, οῦ, ὁ, idem quod sequens. Od. 13, 195.

ἀτραπός, οῦ, ἡ, (α euphon. et τρέπω) via trita, semita, callis, trames.

ἀτραυμάτιστος, ον, (τραυματίζω) invulneratus: invulnerabilis.

ἀτράφαξις, εως, ἡ, atriplex, genus oleris.

ἀτράφαξυς, υος, ἡ, idem.

ἀτράχηλος, ον, (τράχηλος) collo carens.

ἀτρέκεια, ας, ἡ, (ἀτρεκής) veritas, certitudo, perspicuitas, Hdt 6, 1.

ἀτρεκέω, i. q. ἀκριβόω, Eurip. Hesychii.

ἀτρεκής, ές, (τρέω) verus, certus: 2) accuratus. 3) numeris additum ἀτρεκές est omnino, Od. 16, 245.

ἀτρεκίη, ης, ἡ, *Ion.* pro ἀτρέκεια.

ἀτρεκῶς, *adv.* (ἀτρεκής) vere. *Ion.* ἀτρεκέως.

ἀτρέμα, ante vocalem ἀτρέμας, *adv.* (τρέμω) sine aliquo motu et tremore, quiete, tacite, tranquille, sensim: 2) intrepide. (– aut ⏑⏑⏑)

ἀτρεμαῖος, αία, αῖον, quietus, intrepidus, *poet.* pro ἀτρεμής.

ἀτρέμας, *adv.* idem quod ἀτρέμα, q. v.

ἀτρεμεότης, ἡ, i. q. ἀτρεμία, Hippocr.

ἀτρεμέω, immotus maneo, Hes. Op. 537. Sic et *Med.*, Theogn. 57.

ἀτρεμής, ές, (τρέμω) imperterritus, intrepidus, immotus.

ἀτρεμία, ας, ἡ, quies. 2) audacia.

ἀτρεμίζω, immotus subsisto: inpr. pacem servo, Hdt. 7, 18. Theogn. 303.

ἄτρεπτος, ον, (τρέπω) immutabilis, immotus, firmus, constans.

ἀτρεπτότης, ητος, ἡ, immutabilitas, nulla conversio, Athanas.

ἀτρέπτως, *adv.* immutabiliter.

ἄτρεστος, ον, (τρέω) intrepidus.

ἀτρέστως, *adv.* intrepide.

ἀτρεύς, έως, *Ion.* ῆος, (τρέω) qui non tremit, immobilis, immotus, vide ἀτρῆες ἀνάγκαι. Hinc. et nom. propr. Ἀτρεύς.

ἀτρεψία, ας, ἡ, (τρέπω) idem quod ἀτρεπτότης. Eccl.

ἀτρῆες ἀνάγκαι, immutabiles necessitatis leges, Herod. Att. inscr. Triop. 18. a nominativo ἀτρεύς, έως, *Ion.* ῆος, i. q. ἄτρεστος, a τρέω.

βεμβικιάω, (βέμβιξ) in gyrum agor, Ar.

βεμβικίζω, in gyrum ago; velut turbinem, quo pueri ludunt, circumago, volvo, Ar.

βέμβιξ, ῖκος, ἡ, turbo. „Βέμβιξ dicitur et ῥόμβος, et στρόμβος, sed differt a *trocho*, qui graece quoque τροχός appellatur.“ Passuvius. 2) motus qualis est turbinis. Hinc βεμβικώδης, ες, turbinis formam habens.

βεμβράς, ἡ, i. q. βεβράς et *μεμβράς*, piscis vilioris genus. *Dimin.* βεμβράδιον, τό.

Βενδίδειον, τό, templum Dianae Bendidis; sed τὰ Βενδίδεια festum ejusdem Deae. v. Plat. de rep. 1. p. 354. B. ibique interpretes, et Drakenb. ad Liv. 38, 41.

Βένδις, ιδος, ἡ, nomen Dianae apud Thracas, quae sub eodem nomine etiam Athenis in Piraeo colebatur, Plat. de rep. 1. initio.

βενθεσίκυμος, ον, (βένθος, κῦμα) undas in profunditate excitans.

βένθος, τό, *poet.* pro βάθος, profunditas, inpr. maris, Hom. βένθεα ὕλης, intima silvae pars. Od. 17, 316.

βέντιστος, α ον, *Dor.* pro βέλτιστος.

βέομαι, vel βείομαι, vox Homerica, significatione futuri: *vadam, vivam*, Il. 15, 194. 16, 852. 22, 431. 24, 131.

βέρβερι, τό, concha uniones continens. *Vox Indica*, Athen. p. 93. B.

βέρεθρον, τό, *Ion.* pro βάραθρον.

βερέσχεθος, ὁ, homo stupidus et ignavus, Ar. Eq. 635.

βεῦθος, τό, vestimentum tenue mulie-

22*

rum, Sappho fr. 97. alibi scribitur βεῦδος, Etym. M. ex Callimacho et Pathen. c. 11.

βῆ, vox ovium balantium, Cratin.

βῆ, *Ion.* pro ἔβη, 3 sing. aor. 2. a βαίνω, Hom.

βῆγμα, τό, (βήσσω) quod tussiendo exspuitur: tussis ipsa.

βηλός, ὁ, (a βαίνω, ut videtur) limen domus vel templi, quod calcatur: domus, aedes, ut lat. *limen*, Il. 1, 591. 15, 23. 23, 202. ap. seriores, coelum, Q. Sm. 13, 483.

βῆμα, το, (βαίνω) gressus, passus, vestigium. 2) locus editus, tribunal, suggestus, scena. 3) mensura decem παλαιστῶν, s. binorum pedum et dimidii.

βηματίζω, per passus metior.

βηματιστής, ὁ, mensor itinerum.

βῆμεν, *Ion.* pro ἔβημεν, aor. 2. a βαίνω, Od.

βήμεναι, inf. aor. 2. a βαίνω, pro βῆναι, Hom.

βῆν, *Ion.* pro ἔβην, aor. 2. a βαίνω.

βῆναι, inf. aor. 2. a βαίνω.

βήξ, βηχός, ἡ, (βήσσω) tussis. *Attice* ὁ βήξ.

βήρυλλος, ὁ, ἡ, beryllus, gemma caerulei coloris. *Dim.* βηρύλλιον, τό.

βῆσα, ας, ε, aor. 1. *Ion.* a βαίνω, Hom.

βησάμην, aor. 1. *med. Ion.* a βαίνω, Hom. Apud eundem exstat etiam tertia persona βήσετο.

βήσομαι, fut. a βαίνω.

βῆσσα, ἡ, (βαίνω) saltus, convallis: locus desertus et incultus.

βησσήεις, ήεσσα, ῆεν, saltuosus.

βήσσω, *Att.* βήττω, f. ξω, tussio.

βηταρμός, ὁ, (βαίνω, ἁρμός) saltatio concinno gressu seu ad sonum.

βητάρμων, ονος, ὁ, ἡ, saltator, saltatrix.

βήτην, *Ion.* pro ἐβήτην, 3 dual. aor. 2. a βαίνω, Hom.

βηχία, ἡ, vel βηχίας, ὁ, sc. φθόγγος, (βήξ) rauca vox, raucitas.

βηχικός, ή, όν, ad tussim pertinens, tussiens.

βηχίον, τό, *Dim.* βήξ, tussis arida, tussicula.

βήχιον, τό, tussilago s. tussicularis herba.

βηχώδης, ες, tussi laborans.

βία, ἡ, *Ion.* βίη, vis, robur. Apud Homerum inservit circumscriptionibus, ut βίη Ἡρακλῆος vel Ἡρακληείη, fortis Hercules. 2) violentia, violentus impetus, quicquid aliquo invito fit: injuria, contumelia violenta, plerumque in plur. Hom. – βίᾳ s. πρὸς βίαν τινός, invito aliquo, violenter: cogente aliquo, coacte, Aesch. Eum. 5. 3) quicquid vim quandam, inprimis noxiam, prodit vel violento impetu provenit, ut Aesch. Eum. 54. de furiis ἐκ δ' ὀμμάτων, inquit, λείβουσι δυσφιλῆ βίαν, venenum.

βιάζω, f. άσω, vinco, supero, Od. 12, 297. Usitatius in *Med.* βιάζομαί τινα, vim affero, urgeo, opprimo, Hom. βεβιασμένοι, in servitutem redacti: βιάζεσθαι παρθένον, vitiare virginem, stuprare, stuprum inferre: *c. acc.* rei, vi efficio, pervinco: absolute, violenter ago, vim adhibeo. *Passive* βιάζομαι legitur non solum ap. Homerum, sed etiam Thuc. 4, 10.

βιαιοθανατέω, violenta morte morior. *Subst.* βιαιοθανασία, ἡ.

βιαιοκλώψ, ῶπος, (κλέπτω) vi rapiens.

βιαιομάχας, ὁ, (μάχη) violentus pugnator, strenuus bellator: qui vi corporis, non dolo pugnat.

βιαιομαχέω, vi, non dolo, certo.

βίαιος, α, ον, vel -ος, ον, (βία) violentus, injurius δίκη βιαίων, crimen propter vim illatam. 2) *Pass.* coactus. *adv.* βιαίως, vi, violenter.

βιαιότης, ἡ, violentia.

βιαρκής, ές, (βίος, ἀρκέω) ad vitam sufficiens, vitam et victum suppeditans.

βίαρχος, ὁ, (βίος, ἄρχω) commeatui praefectus.

βιασμός, ὁ, (βιάζω) violatio, vis illata.

βιαστής, οῦ, ὁ, qui vim infert, violentus, latro: fortis, strenuus.

βιαστικός, ή, όν, violentus, ad vim inferendam idoneus vel propensus.

βιατής, ὁ, *poet.* p. βιαστής.

βιάω, pf. βεβίηκα, antiquior et epica forma pro βιάζω, supero, vinco, Il. Frequentius in *Med.* βιάομαι, ήσομαι, urgeo, in angustias compello, vinco, vim infero. Hom. ψεύδεσσι βιησάμενος, dolo vincens, Il. 23, 576. νῶϊ μισθὸν ἐβιήσατο, vi nobis mercedem eripuit, Il. 21, 451.

βιβάζω, f. άσω, i. q. βαίνω, inpr. feminam ineo, coeo: admissario admoveo.

βιβάς, ᾶσα, άν, ab inusitato βίβημι, gradiens, incedens, Hom.

βιβάσθων, ουσα, ον, (ab inusitato βιβάσθω quod idem est atque βαίνω,) vadens, ambulans, gradiens.

βίβασις, ἡ, (βιβάζω) gressus, saltatio, inpr. genus saltationis ap. Lacedaemonios.

βιβαστής, ὁ, admissarius.

βιβάω, i. q. βαίνω, incedo, eo, πέλωρα βιβᾷ, ingentibus passibus incedit, Hom. h. Merc. 225. ἐβίβασκε, imperf. *Ion.*, Hom. h. Ap. 133. Praeterea in usu tantum est part. βιβῶν, βιβῶσα, Il. 3, 22. Od. 11, 539.

βιβλάριον, τό, et βιβλαρίδιον, τό, *Dim.* a βίβλος, libellus.

βιβλιαγράφος, ον, i. q. βιβλιογράφος, v. Lobeck. post Phryn. p. 655 sq.

βιβλιακός, ή, όν, in librorum lectione versatus, ad libros pertinens, litteratus.

βιβλιαφόρος, ον, i. q. βιβλιοφόρος, tabellarius.

βιβλίδιον, et βιβλιδάριον, τό, *Dim.* a βιβλίς. (-ίδιον, -⏑⏑, -άριον, ⏑⏑⏑)

Βίβλινος, η, ον, Biblinus, natus in Biblinis montibus Thraciae. οἶνος, Hes. op. 587.

βίβλινος, η, ον, chartaceus, i. q. βύβλινος.

βιβλιογραφία, ἡ, librorum scriptio.

βιβλιογράφος, ον, (βιβλίον, γράφω) librorum scriptor.

βιβλιοθήκη, ἡ, (θήκη) bibliotheca, libraria.

βιβλιοκάπηλος, ον, venditor librorum, qui libros venales habet.

βιβλιολάθας, ὁ, (λήθη) qui libros obliviscitur, Athen. (-⏑⏑--)

βιβλίον, τό, *Dim.* a βίβλος, libellus; scheda. In plur τὰ βιβλία, biblia, scriptura sacra.

βιβλιοπώλης, ὁ, (πωλέω) bibliopola, venditor librorum.

βιβλιοτάφος, ον, (θάπτω) qui libros occultat et iis lucem invidet. *dub.*

βιβλιοφόρος, ον, (φέρω) tabellarius, libellio.

βιβλιοφυλάκιον, τό, (φυλάσσω) locus, ubi libri custodiuntur et adservantur.

βιβλίς, ίδος, ἡ, inpr. in plur, i. q. βιβλίον. 2) restis ex libro arboris.

βίβλος, ἡ, liber bybli s. papyri Aegyptiacae: liber arboris. 2) charta ex papyro confecta: hinc volucrum conscriptum litteris, liber, scriptum, epistola.

βιβρώσκω, f. βρώσω, *med.* βρώσομαι, perf. βέβρωκα, *part.* βεβρωκώς, *contr.* βεβρώς, aor. ἔβρων, edo, comedo, depasco, *c. acc.* et *gen.*

βιήμαχος, ον, i. q. βιαιόμαχος, *poet.*

Βιθυνία, ἡ, Bithynia: hinc Βιθυνός, ὁ, Βιθυνίς, et Βιθυνηΐς, ἡ. (Duae priores syllabae longae sunt; a serioribus tantum nonnunquam corripiuntur, Jacobs ad Anth. Pal. p. 429.)

βῖκος, ὁ, urna ansata, urceus, doliolum, vas vinarium. Hinc *Dim.* βικίον, βικίδιον, τό.

βινέω, ineo, coeo, stupro. Opponitur ὀπυίω, quod de coitu legitimo adhibetur.

βινητιάω, *Desiderat.* a praec., coire cupio, libidinor.

βιοδότης, ὁ, (βίος, δίδωμι) vitae dator, qui victum tribuit.

βιόδωρος, α, ον, (δῶρον) victum largiens, alens. βιοδώρα, altrix, epith. terrae.

βιοδώτης, ὁ, *fem.* βιοδῶτις, et βιοδώτωρ, ὁ, ἡ, i. q. βιοδότης, *poet.*

βιοθάλμιος, ον, (θάλλω) qui diuturnae vitae est, qui est in flore vitae suae, Hom. h. Ven. 190.

βιοθρέμμων, ον, (τρέφω) vitam alens et sustentans. In *fem.* dicitur etiam βιοθρέπτειρα, vitae nutrix.

βιολογέω, (λέγω) vitam communem describo, secundum vitam narro. A seq.

βιολόγος, ὁ, qui vitam communem depingit, res secundum communem usum narrat. Hinc *adj.* βιολογικός, ή, όν.

βιομηχανία, ἡ, industria in vita sustentanda et victu comparando. A seq.

βιομήχανος, ον, (μηχανή) docilis et ad vitae munera ingeniosus, qui omnia ad vitam sustentandam machinatur.

βιοπλανής, ές, (πλανάω) qui victus parandi caussa huc illuc vagatur, mendicus.

βιοποριστικός, ή, όν, (πορίζω) victum parans et suppeditans.

βίος, ὁ, vita. βίον βιοῦν s. ζῆν, vitam vivere, vitam agere. 2) vitae ratio, victus: res omnis ad vitam sustentandam necessaria, facultates, opes, res familiaris. 3) homines, populus, vulgus: vita communis. 4) vita, vitae descriptio.

βιός, ὁ, arcus, Hom. Vox tragicis plane inusitata, Herm. Soph. Phil. 1266.

βιοσσόος, ον, (βίος, σώζω) vitam servans, salutifer.

βιοστερής, ές, (στερέω) cui victus et ad vitam sustentandam necessaria non suppetunt.

βιοτεία, ἡ, (βιοτεύω) vitae institutum, victum sibi parandi ratio.

βιότευμα, τό, vita, vitae ratio.

βιοτεύω, vivo, vitam instituo: victum quaero, ἀπό τινος.

βιοτή, ἡ, vita, victus: vivendi ratio.

βιότης, ητος, ἡ, idem, Hom. h. 7, 10.

βιοτήσιος, ον, et

βιοτικός, ή, όν, vitalis, ad vitam sustentandam pertinens.

βιότιον, τό, *Dim.* a βίοτος, parcus victus, Ar. Plut. 1166.

βίοτος, ὁ, (βιόω) vita, victus, facultates

βιοτόσκοπος, ον, ὥρα, hora, qua de natalibus judicatur, Manetho 4, 571.

βιοτοφειδής, ές, (φείδομαι) victui parcens, parcus.

βιοφειδής, ές, i. q. βιοτοφειδής, Phil. Thess. ep. 11, 5.

βιοφθορία, ἡ, pernicies vitae, pestis.

βιοφθόρος, ον, (φθείρω) vitam corrumpens, vitae perniciem afferens.

βιόχρηστος, ον, (χρηστός) vitae utilis.

βιόω, f. βιώσομαι, aor. 1. ἐβίωσα, aor. 2. ἐβίων, inf. βιῶναι, part. βιούς, aor. 1. med. ἐβιωσάμην, vivo, vitam ago, inprimis feliciter: βιοῦται, vivitur: βεβίωται ἐμοί, vixi. 2) aor. 1. med. transitivam significationem habet, vividum facio, vivum servo, Od. 8, 468.

βιόωνται, βιόωντο, 3 plur. praes. et impf. Ion. a βιάω.

βιῴατο 3. plur. opt. praes. med. Ion. a βιάω, Il. 11, 467.

βιῶναι, inf. aor. 2. a βιόω.

βιώσιμος, ον, (βιόω) ad vitam pertinens s. aptus, vitalis; spem vitae servandae habens, sanabilis. Adv. βιωσίμως, vitaliter.

βίωσις, ἡ, vivendi actio, vita.

βιώσκομαι, vitam tribuo, vivescere facio. 2) vivisco.

βιωτέον, adj. verb. a βιόω, vivendum est.

βιωτικός, ή, όν, ad vitam pertinens, vitae utilis: i. q. βιομήχανος, Aristot. v. Lobeck. Phryn. p. 355. Adv. βιωτικῶς, ut fit in communi vita, populariter.

βιωτός, ή, όν, (βιόω) vitalis, c. g. βίος βιωτός.

βιωφελής, ές, vitae utilis.

βλαβερός, ά, όν, (βλάπτω) noxius, damnosus, perniciosus. Adv. βλαβερῶς.

βλάβη, ἡ, noxa, damnum, detrimentum, pernicies, pauperies.

βλαβόεις, εσσα, εν, i. q. βλαβερός, poet.

βλάβομαι, i. q. βλάπτομαι. Occurrit tantum in 3 sing. ap Hom.

βλάβος, τό, i. q. βλάβη, Plato.

βλαδαρός, ά, όν, i. q. πλαδαρός, flaccidus, dissolutus.

βλαισόπους, οδος, ὁ, ἡ, qui distortos habet pedes.

βλαισός, ή, όν, valgus, distorta habens crura, opp. ῥαιβός: debilis; balbus, blaesus: tortus, tortuosus.

βλαισότης, ἡ, distortio crurium.

βλαισόω, distorqueo.

βλαίσωσις, ἡ, distortio. 2) praevaricatio.

βλακεία, ἡ, (βλάξ) socordia, negligentia, stupiditas, inertia, mollities.

βλάκευμα, τό, quod per socordiam vel mollitiem fit: stupor, dementia. (– – ⏑)

βλακεύω, socordiae, mollitiae me dedo, torpeo, stupeo, segnis sum, non sum promptus et expeditus. Sic etiam in medio, quod praeterea ap. seriores significat i. q. θρύπτομαι, delicias ago.

βλακικός, ή, όν, ignavus, socors, mollis, stultus. adv. βλακικῶς.

βλακώδης, ες, iners, socors, mollis.

βλάμμα, τό, (βλάπτω) detrimentum.

βλάξ, βλᾱκός, remissus, socors, ignavus, iners, stupidus, stultus, mollis, Xen. 2) ap. seriores: delicatus, delicias agens, Koen. ad Greg. p. 537. Compar. βλακώτερος, sup. βλακώτατος, et βλακίστατος, vide tamen Buttmann. gramm. ampl. I. p. 266.

βλαπτήριος, ον, et

βλαπτικός, ή, όν, (βλάπτω) noxius, laedens, nocens.

βλάπτω, f. ψω, perf. pass. βέβλαμμαι, aor. 1. pass. ἐβλάφθην, aor. 2. pass. ἐβλάβην, laedo, noceo, damno affficio, impedio. βλαφθείς, mente captus.

βλάσαμον, τό, poet. pro βάλσαμον.

βλαστάνω, f. βλαστήσω, aor. ἔβλαστον, germino, fruticor, pullulo, emergo: originem duco. 2) produco, profero.

βλαστεῖον, τό, germen, propago.

βλάστη, ἡ, germen, propago, folium, ramus. 2) incrementum.

βλάστημα, τό, et

βλάστησις, ἡ, i. q. βλάστη.

βλαστήμων, ον, i. q. βλαστικός.

βλάστησις, ἡ, germinatio, fructuum inchoatio.

βλαστητικός, ή, όν, germinandi vim habens, ad germinandum propensus.

βλαστικός, ή, όν, ad germinandum pertinens, germinans.

βλαστοκοπέω, (κόπτω) germina detrunco, germina corrumpo.

βλαστολογέω, (λέγω) lego germina, pampino. Subst. βλαστολογία, ἡ, germinum collectio, pampinatio.

βλαστός, ὁ, germen.

βλασφημέω, (βλάπτω, φήμη) famam alicujus laedo, maledico alicui, convicior, calumnior, εἴς τινα. περί s. ὑπέρ τινος. 2) obscoena, foeda, male ominata loquor; impie loquor, imprecor diras.

βλασφημία, ἡ, maledicentia, contumelia, dictum contumeliosum. 2) obscoenitas et foeditas sermonis: impius sermo.

βλάσφημος, ον, maledicus: impius in Deum, infausta, male ominata loquens.

βλαύτη, ἡ, plerumque in plur., genus calceamenti, quo fere utebantur domi et in conviviis.

βλαυτίον, τό, Dimin. a βλαύτη, sandaliolum.

βλαυτόω, induo aut verbero sandalio, Hesych.

βλαψιγονία, ἡ, fetus s. partus laesio.

βλάψις, ἡ, (βλάπτω) laesio.

βλαψίφρων, ον, cui mens est laesa, mente captus, stolidus.

βλεῖο, 2 sing. opt. aor. pass. pro βληθείης, a βάλλω, Il. 13, 288.

βλεμεαίνω, superbio aliqua re, σθένεϊ, Hom.

βλέμμα, τό, (βλέπω) adspectus, intuitus, vultus.

βλέννα, ἡ, vel βλίνα, ἡ, et βλένος, τό, mucus.

βλέννος, ὁ, homo stolidus, ignavus. 2) piscis vilior, κωβιῷ similis, qui et βαιών vocatur.

βλεννός, ή, όν, stolidus, ignavus, socors.

βλεννώδης, ες, (βλέννα) mucosus.

βλεπεδαίμων, ον, (δαίμων) Comice pro δεισιδαίμων, superstitiosus: attonitus, retortis oculis horrificoque adspectu intuens. Scribitur et βλεπιδαίμων et βλεποδαίμων.

βλέπησις, ἡ, adspectus, intuitus.

βλέπος, τό, i. q. βλέμμα.

βλεπτικός, ή, όν, acute cernens.

βλεπτός, ή, όν, visus, adspectu dignus.

βλέπω, f. ψω, video, adspicio, intueor: φόβον βλέπειν, timorem vultu prodere: metaph. intelligo, mente percipio. 2) specto, vergo, de regionibus. 3) lucem video, vivo. 4) rationem habeo, caveo, πρός τι: cupio, c. inf. Ar. Vesp. 847. – τὰ βλέποντα, perspicua, Aesch. Choeph. 854.

βλεφαρίζω, nicto, crebro conniveo. A seq.

βλεφαρίς, ίδος, ἡ, cilium, pili palpebrarum. (ι corripitur ab Atticis, producitur ab Ionibus atque in dialecto vulgari, Drac. p. 45.) A seq.

βλέφαρον, τό, (βλέπω) palpebra, pellis tegens oculos. 2) oculus, Hes. sc. 7.

βλέψις, ἡ, intuitus, inspiciendi actio.

βλῆδην, adv. (βάλλω) jaciendo.

βλήεται, conj. aor. pass. a βάλλω pro βλῆται, Od. 17, 472.

βλῆμα, τό, (βάλλω) jactus, ictus: vulnus.

βλήμενος, η, ον, part. aor. pass. a βάλλω, Hom.

βλῆσθαι, inf. aor. pass. a βάλλω, Hom.

βληστρίζω, (βλητός) jacto.

βληστρισμός, ὁ, (βληστρίζω) jactatio assidua et vehemens corporis, v. c. aegrotantium.

βλητέος, έα, έον, (βάλλω) conjiciendus, fundendus.

βλητήρ, ὁ, fem. βλήτειρα, jaculator, jaculatrix.

βλῆτο, 3 sing. aor. pass. a βάλλω.

βλητός, ή, όν, (βάλλω) jactus, ictus: attonitus: apoplecticus. τὸ βλητόν, sc. ζῶον, animal, quod ictu se defendit, Ael. h. a. 3, 32.

βλῆτρον, τό, clavus ferreus, pessulus.

βληχάομαι, f. ήσομαι, vel βληχέομαι, (βληχή) balo ut ovis: vagio ut infans.

βληχάς, άδος, ἡ, ovis balans.

βληχή, ἡ, et βλήχημα, τό, et βληχηθμός, ὁ, balatus.

βληχητά, τά, (βληχάομαι) animalia balantia: infantes vagientes.

βληχρός, ά, όν, debilis, imbecillus.

βλῆχρος, ἡ, herba quaedam ap. Theophr. c. pl. 1, 8.

βληχώδης, ες, (βληχή) balanti similis, mente similis ovi, stultus.

βλήχων, ωνος, ἡ, rarius βληχώ, οῦς, Ion. γλήχων, γληχώ, mentha pulegium, herba. cf. Greg. Cor. p. 40.

βληχωνίας, ὁ, ut βληχωνίας κυκεών, potio cui pulegium admistum.

βλιμάζω, contrecto, tactu exploro: inpr. mammas feminae aut nates gallinae contrecto, Ar.

βλίμασις, ἡ, contrectatio, inpr. papillorum. (– ⏑ ⏑)

βλιττηρίς, ἡ, χείρ, manus, quae βλίττει, Anth.

βλιτομάμμας, ὁ, stultus, fatuus, Ar.

βλίτον, τό, blitum, olus insipidum.

βλίττω, f. ίσω, Ion. βλίσσω, exseco, inpr. mel e favis.

βλιχανώδης, ες, s. βλιχώδης, ες, pituitosus, v. l. Hippocr. p. 911. E. Diphilus Athenaei IV. p. 132. E.

βλοσυρονύχιος, ον, (βλοσυρός, ὄνυξ) acerrime pungens, terribilibus unguibus praeditus, Orph.

βλοσυρός, ά, όν, venerandus, venerabilis, generosus, nobilis: terribilis adspectu, torvus, truculentus.

βλοσυρόφρων, ον, (φρήν) saevus, immitis, fortis animi.

βλοσυρῶπις, ἡ, (ὤψ) truces oculos habens, Il. 11, 36. Recentiores habent praeterea βλοσυρώπης, ὁ, et βλοσυρωπός, όν.

βλύζω, v. βλύω.

βλυσμός, ὁ, scatebra.

βλύττω, i. q. βλύω, Plat. de rep. p. 564. E.

βλύω, f. ύσω, et βλύζω, scaturio, mano: scateo. 2) *trans.* effundo. (υ in praes et impf. anceps est, Ap. Rh. 4, 1417. coll. 1238: in fut. et aor. 1. corripitur. Ap. Rh. 4, 1446. Q. Sm. 1, 242. 4, 9. Ar. Av. 1096.: in perf. act. et pass. etiam corripitur.)

βλωθρός, ά, όν, (βλώσκω) celsus, procerus, de arboribus, Hom.

βλωμός, ὁ, i. q. ψωμός, buccella, offula, fragmentum, panis portio: quadra.

βλῶσις, ἡ, adventus, praesentia. A seq.

βλώσκω, f. μολοῦμαι, aor. ἔμολον, μολεῖν, μολών, perf. μέμβλωκα, venio, eo, procedo. Homerus usurpat aor. et pf., tragici futurum, praesens exstat ap. Lycophr. 448. 1327.

βοάγριον, τό, scutum indutum corio bubulo. A seq.

βόαγρος, ὁ, βοῦς ἄγριος, bos ferus.

βοάνθεμον, τό, i. q. βούφθαλμον.

βόαξ, ᾶκος, ὁ, *contr.* βῶξ, (βοάω) box, piscis quidam.

βοάτης, ὁ, *fem.* βοᾶτις, (βοάω) clamans.

βόαυλος, ὁ, et βόαυλον, τό, vel βοαύλιον, τό, (βοῦς, αὐλή) boum stabulum, bubile.

βοάω, f. βοήσω, aor. ἐβόησα, *Ion. contr.* βώσω, βώσομαι, ἔβωσα, pass. ἐβώσθην, (βοή) boo, clamo, vociferor, prae gaudio vel dolore, Hom. usurpatur etiam de inanimatis, sono, strepo, Il. 14, 394. 17. 265. 2) inclamo, clamando voco; imploro auxilium: clamando dico, cum clamore jubeo; celebro. βοᾶν τι, cum clamore postulare aliquid: τινά, vocare aliquem, Pind. P. 6. 36. Xen. Cyr. 7, 2, 5.

βοειακός, ή, όν, et βοεικός, ή, όν, e bubula pelle factus: bubulus.

βόειος, α, ον, vel βόεος, α, ον, (βοῦς) bovinus, bubulus. Hinc ἡ βοεία vel βοέα, sc. δορά, pellis bubula: scutum s. clypeus e corio bubulo factus.

βόες, nom. pl. a βοῦς.

βοεύς, έως, ὁ, lorum e corio bubulo, Od. 2, 426.

βοῆ, ἡ, *contr.* ex βοέη, v. βόειος.

βοή, ἡ, clamor, inpr. bellicus: vox, sonus, strepitus. ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν, clamore tenus, non serio, simulato tantum non vero impetu, Thuc. 8, 92. Xen. h. gr. 2, 4, 31. de pleonasmo ἀπὸ ἕνεκα vide ἀπό, III, 4. – 2) i. q. βοήθεια, auxilium, Aesch.

βοηγενής, ές, (γένος) bove genitus, v. βούπαις.

βοηδρομέω, (δρόμος) i. q. βοηθέω, succurro ad clamorem oppressi opis ferendae caussa, auxilior. 2) currens vociferor, cum clamore impetum in hostes facio.

βοηδρόμιος, ον, et βοήδρομος, ον, auxiliaris, ad clamorem alicujus accurrens, opitulans.

βοηδρομιών, ῶνος, ὁ, mensis tertius Atticorum, respondens posteriori Septembris et priori Octobris parti, in quo celebrabantur τὰ Βοηδρόμια, in victoriae, quam Theseus de Amazonibus reportavit memoriam.

βοήθαρχος, ὁ, praefectus auxiliorum, dux militum mercenariorum. 2) magistratus quidam apud Carthaginienses, qui alicui provinciae aut regioni praeficiebatur ad eam tuendam, ad incolas, quorum fides ambigua esset, custodiendos et coercendos, ad defendendam provinciam contra hostes, ad summum imperium in ea sustinendum, v. Kluge ad Aristot. de politia Carth. p. 134. seq.

βοήθεια, ἡ, auxilium, adjumentum, copiae auxiliares, exercitus auxilio missus.

βοηθέω, (βοή, θέω) succurro ad clamorem oppressi opis ferendae caussa, accurro ad auxilium ferendum cum clamore, auxilio venio, auxilior, opitulor, succurro: occurro hostibus, propugnatum accurro. *Pass.* βοηθοῦμαι, auxilio juvor, mihi feruntur suppetiae.

βοήθημα, τό, auxilium, remedium.

βοηθηματικός, ή, όν, auxiliandi vim habens, auxiliatorius.

βοηθήσιμος, ον, cui ferri potest auxilium, Theophr.

βοηθητικός, ή, όν, auxiliaris, qui auxiliari potest, aptus s. validus ad auxiliandum.

βοηθόος, ον, (βοή, θέω) qui in pugnam accurrit, bellicosus, Il. 13, 477. 17, 481.

βοηθός, όν, (βοηθέω) auxilians, opitulans: *Subst.* auxiliator.

βοηλασία, ἡ, (βοῦς, ἐλαύνω) boum abactio, depraedatio, praeda, Il. 11, 672. 2) pascuum boum, Anal.

βοηλατέω, boves abigo, praedas ago. 2) boves ago, pasco.

βοηλάτης, ὁ, *fem.* άτις, (ἐλάτης) qui boves abigit; διθύραμβος, cujus praemium est bos, qui bovem praemium reportat. 2) qui boves agitat s. pascit.

βοηλατικός, η, όν, pertinens ad βοηλάτην: ἡ βοηλατική, vita, ars bubulcorum.

βόημα, τό, (βοάω) vox, clamor. *Dor.* βόαμα.

βοηνόμος, ον, i. q. βουνόμος.

βοής, ὁ, (βοάω) vociferator, clamosus.

βόησις, ἡ, clamandi s. vociferandi actio, imploratio: clamor, vox.

βοήτης, βοῆτις, i. q. βοάτης, *Ion.*

βοητύς, ύος, ἡ, *Ion.* pro βόησις, Od. 1, 369.

βοθρεύω, et βοθρίζω, (βόθρος) foveas effodio, in fovea obruo, implicitum traho in foveam.

βοθρίον, τό, *Dimin.* a βόθρος, parva scrobis.

βοθροειδής, ές, in scrobis modum cavatus.

βόθρος, ὁ, fovea, scrobis: fossa, puteus.

βοθρόω, i. q. βοθρεύω.

βόθυνος, i. q. βόθρος.

βοιδάριον, τό, *Dimin* a βοῦς, Ar. Av. 586. Diaeresis βοϊδάριον serioris graecitatis est, cf. βοΐδιον.

βοΐδιον, τό, *Dim.* a βοῦς. Formam diaereticam βοΐδιον ex antiquae et genuinae graecitatis terminis exclusit Lobeckius ad Phryn. p. 86. seq. Exstant praeterea hae formae: βοΐδιον, βώδιον, βούδιον.

βοΐδης, ὁ, i. q. πρᾶος καὶ εὐήθης, Menand.

βοικός, ή, όν, bubulus, bovinus.

βοΐκλεψ, ὁ, i. q. βοόκλεψ, boum fur: nisi lectio falsa, v. Lobeck. post Phryn. p. 612 seq.

βοϊστί, *adv.* more boum.

Βοιωταρχέω, sum Boeotarcha.

Βοιωτάρχης, ὁ, Boeotarcha, summus Thebanorum magistratus. Hinc Βοιωταρχία, ἡ, munus Boeotarchae, Ael. v. h. 13, 42.

Βοιωτία, ἡ, Boeotia.

Βοιωτιάζω s. Βοιωτίζω, Boeotorum more, i. e. rustice et stulte me gero: loquor more Boeotorum, rustico vocis sono utor: pleno gutture loquor: Boeotorum partibus faveo, studeo.

Βοιωτιουργής, ές, (ἔργον) in Boeotia vel a Boeoto factus.

Βοιωτός, ὁ, Boeotus. *Adj.* Βοιώτιος, α, ον, Βοιωτικός et Βοιωτιακός, ή, όν. *Fem.* Βοιωτίς. *Dim.* Βοιωτίδιον, τό, (antepenultima longa.) Ar.

βολά, ἡ, *Aeol.* et *Dor.* pro βουλή.

βολαῖος, α, ον, (βολή) jactu effectus, ad jactum pertinens, impetuosus.

βόλαιος, α, ον, ictus, vulneratus.

βόλβα, ἡ, vulva: vox latina, Luc.

βολβάριον, τό, *Dim.* a βολβός, bulbulus, parvus bulbus. 2) i. q. βολβίδιον.

βολβίδιον, τό, s. βολβίτιον, τό, apud Hippocr. γένος μικρῶν πολυπόδων teste Galeno. Idem piscis vocatur etiam: βολίταινα, βολβιτίνη, βολβῖτις, ἡ, propter odorem stercoris bubuli odori similem: nec non βομβύλιον, τό, et ὄζολις, ἡ.

βοβλίνη, ἡ, alba bulbi species. (– – –)

βολβίον, τό, *Dim.* a βολβός.

βολβίσκος, ὁ, *Dim.* a βολβός.

βόλβιτον, τό, et βόλβιτος, ὁ, *Att.* βόλιτον, βόλιτος, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 357. (βόλος) fimus, excrementum, inpr. stercus bubulum. Comice Aristophanes pro *ipso bove* posuit. Hinc βολβίτινος, η, ον, *Att.* βολίτινος, η, ον, stercoreus.

βολβοειδής, ές, bulbi formam habens, bulbum referens, bulbosus.

βολβός, ὁ, bulbus, quaevis radix rotunda et tunicata, ut lilii, croci, squillae, arundinum et sim., imprimis vero bulbus esculentus, ἄγριόν τι κρόμμυον, ut Eustath. explicat, quo frequenter vescebantur Graeci: tuber terrae: apud medicos etiam bulbus oculi.

βολβώδης, ες, i. q. βολβοειδής.

βολεών, ῶνος, ὁ, fimetum, sterquilinium.

βολίζω, (βολίς) bolidem demitto.

βολίς, ίδος, ἡ, (βάλλω) jaculum, sagitta: funis cum alligato plumbo, quo nautae maris profunditatem explorant.

βολίτινος, η, ον, stercoreus. A seq.

βόλιτον, τό, et βόλιτος, ὁ, *Att.* pro βόλβιτον, βόλβιτος.

βόλλα, *Aeol.* pro βουλή.

βόλλομαι, *Aeol.* p. βούλομαι, Theocr.

βολοκτυπία, ἡ, (βόλος, κτυπέω) jactus tesserarum in alea: fremitus, quem cadentes edunt.

βόλομαι, i. q. βούλομαι, Il. 11, 319. Od. 16, 387. et v. l. Od. 1, 234.

βόλος, ὁ, (βάλλω) jactus, vel tesserae et et tali, vel retis, unde et captura. 2) dentitio.

βομβαίνω, i. q. βομβέω.

βομβαλοβομβάξ, vox comica ap. Aristoph., strepitum indicans, a seq.

βόμβαξ, exclamatio admirantis, stupentis, indignantis, Ar.

βομβαύλιος, ὁ, tibicen vocatur ab Aristophane, cum respectu ad βομβύλιος.

βομβέω, (βόμβος) bombum edo seu facio, tinnio.

βομβηδόν, *adv.* bombum edendo.

βομβήεις, εσσα, εν, bombum edens, stridulus.

βόμβησις, ἡ, quum bombus editur, sonitus.

βομβητής, ὁ, qui bombum edit, strepens, stridens.

βομβητικός, ή, όν, stridulus.

βόμβος, ὁ, bombus: sonus, quem edunt apes, strepitus quivis.

βομβύκια, τά, (βόμβυξ) animalcula,

quae alias ἐγκέλαδα.

βομβύλη, ἡ, v. βόμβυλος.

βομβυλιάζω, (βομβέω) v. βαρβορύζω.

βομβύλιος, s. βομβυλιός, ὁ, insectum aliquod streperum, apis, vespa, al. 2) i. q. βομβυλίς.

βομβυλίς, ἡ, i. q. πομφόλυξ, gutta aquae cum strepitu quodam in lagenam incidens, s. ex ea effluens, bulla.

βόμβυλος, ὁ, vas quoddam angusti oris, ex quo effluens liquor strepitum quendam edit. Dicitur et βομβύλη, ἡ.

βόμβυξ, ῦκος, ὁ, bombyx, vermis ille, qui telas modo araneorum texit. 2) tibiae quaedam pars; tibia ipsa, quae inde et βομβυκίας κάλαμος. 3) arteria aspera avium, (υ in casibus trisyllabis producitur.)

βόνᾱσος, ὁ, bonasus, animal silvaticum.

βονθυλεύω, βονθύλευσις, v. ὀνθυλεύω.

βοοβοσκός, ὁ, (βόσκω) boum pastor.

βοόγληνος, ον, (γλήνη) bovinis i. e. pulcris oculis praeditus.

βοοδμητήρ, et βοοδμητής, ὁ, (δαμάω) boum domitor.

βοοζύγιον, τό, boum jugum.

βοοθύτης, ὁ i. q. βουθύτης.

βοόκλεψ, πος, ὁ, (κλέπτω) boum fur, v. βοΐκλεψ.

βοοκλόπος, ον, (κλέπτω) boves rapiens.

βοόκραιρος, ον, (κραίρα) cornua bubula habens.

βοόκρᾱνος, ον, i. q. βούκρανος.

βοοκτασία, ἡ, (κτείνω) boum occisio.

βοονόμος, ον, i. q. βουνόμος.

βοοῤῥαιστης, ὁ, (ῥαίω) boum interfector

βοοσκόπος, ον, (σκοπέω) boves circumspiciens.

βοοσσόος, ον, (σεύω) boves propulsans.

βοόστολος, ον, (στέλλω) a boves portatus.

βοόστασις, βοοσφαγία, i. q. βούστασις, βουσφαγία.

βοοτρόφος, ον, i. q. βουτρόφος.

βοότροχος, ον, (τρέχω) per quem boves currunt.

βοόω, bovem facio, in bovem muto, sicuti ἱππόω.

βοόω, *Ion.* pro βοάω, Hom.

βορά, ἡ, (βιβρώσκω) cibus, esca, pastus, pabulum, proprie aratorum.

Βόρᾱθεν, *adv.* (Βορέας) e septentrione.

βορβορίζω, (βόρβορος) coeno similis sum.

βορβορόθῡμος, ον, vox comica, qua Aristophanes Cleonis ridiculam et quasi stercoream iracundiam significat, Pac. 753.

βορβοροκοίτης, ὁ, qui cubat in coeno, Batr.

βόρβορος, ὁ, coenum, limus, lutum.

βορβοροτάραξις, ὁ, turbulentus, qui statum civitatis foedum et turbulentum reddit, Ar. Eq. 309.

βορβορόω, coeno contamino.

βορβορύζω, strepo, proprie de intestinis crepitantibus. Eandem rem Aristoteles vocat βομβυλιάζω. *Subst.* βορβορυγή, ἡ, et βορβορυγμός, ὁ.

βορβορώδης, ες, (βόρβορος) coenosus.

Βορεάδης, ὁ, filius Boreae.

Βορεάζω, festum Boreae celebro: Βορεασμός, ὁ, festum ipsum.

Βορέᾱθεν, *Adv.* i. q. Βόραθεν.

Βορέας, ὁ, *Ion.* Βορέης, *contr.* Βορῆς, έω, *Att.* Βοῤῥᾶς, Boreas, aquilo: septentrio.

Βορεάς, άδος, ἡ, *Ion.* Βορειάς et Βορηϊάς, filia Boreae.

Βορέηθεν, e septentrione. Βορέηνδε, versus septentrionem.

Βορεῆτις, ἡ, *fem.* a Βόρειος.

Βορειόθεν, *poet.* pro Βορέηθεν.

Βορειόνεος, α, ον, i. q. Βορειος, *poet.*

Βόρειος, α, ον, vel Βόρειος, ον, Boreae proprius, septentrionalis, borealis, τὰ Βόρεια, terrae septentrionales.

Βόρεος, α, ον, i. q. Βόρειος.

Βορεύς, ὁ, i. q. Βορέας.

Βορεύω, (Βορέας) e septentrione venio.

Βορήϊος, η, ον, *Ion.* pro Βόρειος.

βορός, ά, όν, (βορά) vorax, edax: cibi desiderium excitans, ὕδωρ.

βόρυς, υος, ὁ, animal quoddam incertum ap. Hdt. 4, 192.

Βοῤῥᾶθεν, *Att.* pro Βορέηθεν.

Βοῤῥαῖος et Βόῤῥειος, α, ον, i. q. Βόρειος. *Att.*

Βοῤῥᾶς, ὁ, *Att.* pro Βορέας.

βόσις, ἡ, (Βόσκω) pastus, cibus.

βοσκάδιος, α, ον, pascens, altilis.

βοσκάς, άδος, ἡ, pascens: pastui indulgens. *Subst.* 1) βοσκὰς ὀρταλίς, i. e. νόμας ὄρνις, Nicand. 2) avis marina seu palustris, anati similis, minor tamen, Aristot.

βοσκή s. βόσκη, ἡ. pabulum, pastus.

βόσκημα, τό, pecus, animal, quod pascitur. 2) pabulum, pastus: pascuum.

βοσκηματώδης, ες, pecuarius.

βόσκησις, ἡ, pastio.

βοσκός, ὁ, pastor.

βόσκω, f. βοσκήσω, pasco: alo, nutrio. *Med.* pascor, alo me: *metaph.* delicate nutrior, luxurior, τινί et περί τι.

Βόσπορος, ὁ, (βοῦς, πόρος) bosporus, quasi bovis trajectus, fretum.

βόστρυξ, υχος, ὁ, cincinnus, cirrus muliebris: quodcunque cincinni habet speciem, cf. Valck. Eur. Phoen. 1261. 2) insectum quoddam volatile.

βοστρυχηδόν, *adv.* in cincinni modum, in formam cirri.

βοστρυχίζω, in cincinnos plecto, capillos compono, calamistro.

βοστρύχιον, τό, *Dimin.* a βόστρυχος, cincinnulus.

βόστρυχος, ὁ, plur. ap. seriores poetas τὰ βόστρυχα, v. Passov. ad Longi pastoral. p. LXXI., i. q. βόστρυξ.

βοστρυχόω, i. q. βοστρυχίζω.

βοστρυχώδης, ες, cincinni sive cirri formam habens.

βοστρύχωμα, τό, cincinnus, crispa caesaries.

βοτάμια, τά, *dub. lect.* Thuc. 5. 153. pascua, vel pecunia pro pascuis data.

βοτάνη, ἡ, (βόσκω) pabulum: herba, gramen.

βοτάνηθεν, *adv.* e pascuis.

βοτανηφάγος, ον, (φαγεῖν) gramina comedens.

βοτανηφόρος, ον, (φέρω) gramina ferens.

βοτανίζω, herbas carpo, vello.

βοτανικός, ή, όν, herbarius, ad herbas pertinens. Hinc ἡ βοτανική, sc. τέχνη, botanica, peritia vel doctrina herbarum.

βοτάνιον. τό, *Dim.* a βοτάνη, herbula, herba pusilla.

βοτανισμός, ὁ, *subst.* a βοτανίζω.

βοτανολογέω, (λέγω) herbas lego, colligo.

βοτανώδης, ες, herbaceus, herbosus, herbidus, herbis abundans.

βότειρα, ἡ, *fem.* a βοτήρ, femina pastoris.

βοτέω, i. q. βόσκω, Nic. Ther. 394.

βοτήρ, ὁ, (βόσκω) pastor, Od. 15, 504. οἰωνῶν βοτήρ, auspex, Aesch. κύων βοτήρ, canis pastoralis, Soph. Dicitur et βοτής.

βοτηρικός, ή, όν, pastoralis.

βοτός, ή, όν, *adj. verb.* a βόσκω, pastus, bene nutritus. τὰ βοτά, pecus, armentum, quod pascitur, Il. 18, 521.

βοτρύδιον, τό, *Dimin.* a βότρυς, uvula, racemulus. (Antepenult. longa, v. Meinecke Menandr. p. 150.)

βοτρυδόν, *adv.* (βότρυς) modo uvae, dense, Il. 2, 89.

βοτρυηρός, ά, όν, uvae similis.

βοτρύϊνος, η, ον, ad uvas pertinens. φυτόν, vitis. Dicitur et βοτρύϊος.

βοτρυΐτης, ῖτις, i. q. praecedens.

βοτρυόδωρος, ον, (δῶρον) racemos largiens, dans uvas.

βοτρυόεις, όεσσα, όεν, racemosus, racemi instar collectus et intortus.

βοτρυόκοσμος, ον, racemis ornatus.

βοτρυόομαι, uvas gigno, de vite, Theophr. c. pl. 1, 22.

βοτρυόπαις, ὁ, ἡ, ab uvis progenitus. 2) uvas, ut liberos sive prolem ferens.

βοτρυοσταγής, ές, (στάζω) ab uvis destillans.

βοτρυοστέφανος, ον, serto ex uvis redimitus.

βοτρυοχαίτης, ὁ, (χαίτη) botros crinibus implexos habens.

βότρυς, υος, ὁ, botrus, uva, racemus. 2) i. q. βόστρυξ, cincinnus.

βοτρυφόρος, ον, (φέρω) uvas ferens.

βοτρυώδης, ες, racemosus, uvis similis.

βουβάλια, τά, brachialia ornamenta, Diphilus Pollucis.

βούβαλις, ιδος, ἡ, et βούβαλος, ὁ, bubalus, species cervi vel antilopes Libyca. 2) ap. seriores, bos silvester.

βουβόσιον, τό, (βόσκω) locus, ubi pascuntur boves.

βουβότης, ὁ, boum pastor, bubulcus.

βούβοτος, ον, a bubus depastus.

βούβρωστις, ἡ, (βιβρώσκω) magna fames: tristitia, acerbus dolor.

βουβών, ῶνος, ὁ, inguen: tumor circa inguina vel in quacunque corporis parte.

βουβωνιάω, laboro tumore circa inguen, Ar. Ran. 1280.

βουβώνιον, τό, remedium tumoris in inguinibus, nomen asteris Attici.

βουβωνόομαι, in tumorem accresco, v. βουβών.

βουγάϊος, ὁ, (γαίω) convicium in hominem magnae staturae et viribus stulte ferocem, jactator.

βουγενής, ές, bove genitus.

βούγλωσσος, ὁ, (γλῶσσα) lingua bubula, herba. 2) solea, piscis. Apud seriores etiam βούγλωσσον, τό.

βουδόρος, ον, (δέρω) boves excorians, crucians, Hes. op. 502.

βουδύτης, ὁ, avis quaedam minuta, Opp.

Βουζύγης, ὁ, heros quidam Athenis, qui omnium primus junctis bobus terram arasse creditur.

βουζύγιος, ον, ad Buzygen pertinens, genus ad Buzygen referens. 2) ad boum juncturam pertinens.

βουθερής, ές, (θέρω) qui a bobus depascitur, λειμών, Soph. Tr. 188.

βουθοίνης, ὁ, (θοίνη) qui bobus vescitur.

βουθόρος, ον, (θορεῖν) insiliens vaccis, epith. tauri

βουθυσία, ἡ, et βουθύσιον, τό, (θύω) im-

molatio boum.

βουθυτέω, boves macto et immolo: sacrifico.

βουθύτης, ὁ, qui boves mactat.

βούθυτος, ον, ad boum mactationem pertinens.

βουκαῖος, ὁ, (βοῦκος) bubulcus: agricola, qui bobus rura exercet, Theocr. 10, 1. 57.

βούκεντρον, τό, (κέντρον) stimulus boum.

βουκέραος, ον, i. q. βουκέρως.

βουκέρας, ου, ὁ, et βούκερας, αος, τό, foenum graecum, herba.

βούκερως, ων, (κέρας) bubulis praeditus cornibus. 2) i. q. praecedens.

βουκέφαλος, ον, (κεφαλή) taurino et magno capite praeditus: Maced. βουκεφάλας, ὁ, equus Alexandri Magni.

βουκινίζω, buccino.

βουκολέω, (βουκόλος) boves pasco: pasco, e. g. ἵππους, Il. 21, 448. *Med.* pascor, inter pascendum erro et vagor. 2) *metaph.* inani spe lacto: demulceo, delinio: blandis verbis fallo et decipio.

βουκόλημα, τό, lenimen, solamen.

βουκόλησις, ἡ, actio τοῦ βουκολεῖν: delinitio, deceptio.

βουκολία, ἡ, armentum, grex boum. 2) i. q. βουκόλησις, 1.

βουκολιάζω, f. σω, *Dor* ξω, pastoritium carmen cano, plerumque in *Med.* Theocr.

βουκολιασμός, ὁ, pastoritii carminis modulatio.

βουκολιαστής, ὁ, pastoritii carminis modulator vel poeta.

βουκολικός, ή, όν, pastoritius, agrestis: ad carmen pastoritium pertinens. τὰ βουκολικά, sc. ποιήματα, carmina pastoritia.

βουκόλιον, τό, armentum: locus, ubi pastores habitant.

βουκολίς, ἡ, ad boves pascendos apta, v. c. herba.

βουκόλος, ὁ, (ex βοῦς et inusitato κολέω, *colo*) bubulcus, armentarius, pastor: β. πτερόεις, Aesch. Sup. 560. oestrus.

βουκόρυζα, ἡ, magna gravedo: stoliditas. Hinc βουκόρυζος, ον, admodum mucosus: stolidus.

βοῦκος, ὁ, *Dor.* βῶκος, i. q. βουκαῖος, bubulcus, agricola.

βουκράνιος, ον, ad caput bubulum pertinens, capiti bubulo similis.

βούκρανον, τό, (κράνον) caput bubulum: galea facta ex corio bubulo.

βούκρανος, ον, bubulum caput habens.

βουλαῖος, α, ον, (βουλή) ad consilium vel curiam pertinens, qui in curia est s. positus est, consiliarius.

βουλαρχέω, consilii vel curiae princeps sum.

βούλαρχος, ὁ, (ἄρχω) consilii publici princeps: auctor consilii.

βουλεία, ἡ, munus senatorium, dignitas senatoria.

βουλεῖον, τό, curia.

βούλευμα, το, (βουλεύω) consilium. *Dimin.* βουλευμάτιον, τό.

βούλευσις, ἡ, consultatio. 2) accusatio vel insidiarum vitae nostrae factarum vel pecuniae in publicum per calumniam petitae, Harpocr.

βουλευτήριος, ον, ad consilia aptus. τὸ βουλευτήριον, consilii locus, curia: senatus.

βουλευτής, ὁ, et βουλευτήρ, ὁ, consultor, senator. *Fem.* βουλευτίς.

βουλευτικός, ή, όν, senatorius, ad senatum pertinens.

βουλευτός, ή, όν, in deliberationem cadens, de quo consilium captum est.

βουλεύω, *consilium capio*, frequenter apposito βουλάς, Hom. Sic etiam ἀπάτην, ὄλεθρον, πῆμα, κέρδεα βουλεύειν τινί, fraudem, perniciem, dolorem, malum dolum cogitare, meditari, struere alicui, Hom. rarius cum inf. vel cum conjunctione ὅπως. ἐς μίαν βουλεύειν, unanime consilium capere, consentire, Il. 2, 379. Hinc: mecum consulto, in animo verso. *Med.* consulto, delibero, consilia agito, consilium capio, τί, Il. 2, 114. et admodum frequenter apud *Atticos*, sequente plerumque infinitivo. 2) consulo alicui, τινά, Hom. h. Merc. 167. senator sum.

βουλή, ἡ, voluntas, decretum. 2) consilium. 3) senatus: curia.

βούληαι, 2 sing. conj. praes. *Ion.* a βούλομαι.

βουληγορέω, consilia dico: coram senatu orationem habeo. A seq.

βουληγόρος, ον, (ἀγορά) qui consilia profert, dicit.

βουλήεις, εσσα, εν, non inops consilii, valens consilio.

βούλημα, τό, (βούλομαι) voluntas, propositum.

βουλῆς, ῆτος, ὁ, *contr.* ex βουλήεις, i. q. βουλευτής, Thuc. 3, 70.

βούλησις, ἡ, voluntas, propositum.

βουλητικός, ή, όν, voluntarius, ad voluntatem pertinens. τὸ βουλητικόν, voluntas.

βουλητός, ή, όν, id quod quis vult, sub voluntatem cadens. τὸ βουλητόν, voluntas.

βουληφόρος, ον, (φέρω) qui consilium dat: princeps, rex, magistratus, Il.

βουλιμία, ἡ, (λιμός) ingens fames. Idem significant βουλιμίασις, ἡ, et βούλιμος, ὁ. Verb. βουλιμιάω, ap. seriores βουλιμώττω, fame ingenti et intolerabili premor, deficio fame.

βούλιος, ον, (βουλή) i. q. βουλαῖος s. βουλευτικός, Aesch. Choeph. 670. Sup. 599.

βούλομαι, f. βουλήσομαι, perf. βεβούλημαι, apud Homerum et in compositis etiam βέβουλα, aor. ἐβουλήθην, *Att.* ἠβουλήθην, volo, cupio, opto. ὁ βουλόμενος, quivis, quilibet. 2) malo, sequente ἤ, Schaef. ad Bos. p. 769.

βουλόμαχος, ον, (μάχη) pugnandi semper cupidus.

βούλυσις, ἡ, et

βουλυτός, ὁ, (βοῦς, λύω) sc. καιρός, tempus, quo boves aratro exsolvuntur, vespera. βουλυτόνδε, *adv.* versus vesperam; Hom. βουλύσιος ὥρα, vespertinum tempus, Arat. (--◡◡)

βούμασθος, vel βούμαστος, ὁ, scil. ἄμπελος, bumastus, genus vitis uvas cum crassioribus acinis ferentis.

βουμελία, ἡ, (μελία) species fraxini.

βουμολγός, ὁ, (ἀμέλγω) qui vaccas mulget.

βούμυκαι, et βούμυκοι, (μυκάομαι) mugitus, Arist. probl. 25, 2.

βούνεβρος, ὁ, (νεβρός) hinnulus magnus.

βουνιάς, ἡ, napi genus.

βουνίζω, (βουνός) accumulo, aggero.

βούνιον, τό, herba quaedam, de qua v. Diosc. 4, 124.

βουνίς, ίδος, ἡ, collibus frequens, γῆ, Aesch. 2) *Dim.* a βουνός. 3) i. q. βουνιάς.

βουνοβατέω, (βατέω) per colles incedo.

βουνοειδής, ές, montosus, collibus frequens.

βουνόμος, ον, (νέμω) bobus pascendis aptus, bubulcus.

βούνομος, ον, a bobus depastus.

βουνοπατέω, colles calco, per colles ingredior.

βουνός, ὁ, collis, tumulus, clivus, cumulus, acervus. Vox proprie *Cyrenaica*, quam Aeschylus e Sicilia adoptavit, v. Valck. ad Hdt. 4, 158, Sturz. de dial. Al. p. 154. Lobeck. Phryn. p. 355. Seriores etiam pro μαστός, mamma, usurparunt.

βουνώδης, ες, i. q. βουνοειδής.

βούπαις, αιδος, ὁ, puer vel adolescens grandis. 2) apicularum epitheton, quia e bobus nasci credebantur, v. Voss. ad Virg. Georg. 4, 281.

βούπαλις, ἡ, *gen.* εως, (πάλη) multam luctam habens. Anth.

Βούπαλος, ὁ, bovis modo stupidus; nomen proprium viri ab Hipponacte et Aristophane traducti, v. Suid. s. v. Hinc *adj.* Βουπάλειος, ον.

βουπάμων, ον, (πάομαι) boum possessor, pecoris dives, Anth. (---)

βούπεινα, ἡ, (πεῖνα) magna fames, v βουλιμία.

βουπελάτης, ὁ, (πελάζω) bubulcus.

βουπλανόκτιστος, ον, (πλάνη, κτίζω) secundum bovis errores cultus, λόφος, Lyc. 29.

βουπλάστης, ὁ, (πλάσσω) qui boves fingit, fictor boum, epitheton Myronis.

βούπλευρον, τό, herba quaedam.

βουπληθής, ές, (πίμπλημι) bobus plenus.

βούπληκτρος, ον, (πλῆκτρον) idem quod sequens.

βουπλήξ, ῆγος, (πλήσσω) boves feriens s. stimulans. *Subst.* ἡ βουπλήξ, boum stimulus, Il. 6, 135. Sic et τὸ βούπληκτρον. 2) βούπληξ, *pass.* ictus s. percussus a bove.

βουποίητος, ον, i. q. βούπαις, 2., e bobus ortus.

βουποίμην, ενος, ὁ, boum pastor, bubulcus.

βουπόλος, ον, (πολέω) boves pascens, curans.

βουπόρος, ον, (πείρω) boves perforans.

βούπρηστις, ιδος, ἡ, (πρήθω) insectum e cantharidum genere, scarabaeo simile. 2) oleris silvestris species.

βούπρωρος, ον, qui bovem in prora aut caput bovinum habet. 2) in quo bos antecedit, ἑκατόμβη, Plut. quaest. symp. 4, 4.

βούρασσος, ο, fructus, qui clauditur spathe s. elate, i e. palma suo involucro inclusa, Diosc. 1, 150.

βοῦς, βοός, vel *poet.* βοῦ, acc. βοῦν vel *poet.* βόα, dat. pl. βουσί, *poet.* βόεσσι, raro βόσι, ὁ et ἡ, taurus et vacca, bos. 2) ἡ, scutum e corio bubulo factum. 3) piscis quidam. 4) *Proverb.* βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκε, ἐπὶ γλώσσης ἐπιβαίνει vel βοῦν ἐπὶ γλώσσης φέρει, in eos, qui pecunia corrupti aut metu mulctae dicenda reticent; nam βοῦς est etiam numisma *Atticum*, bovis nota percussum, didrachmum alio nomine dictum. *Nota.* In compositis βοῦς saepe ingentis magnitudinis significationem habet, ut in βούλιμος, βούπαις, βουχανδής al.

βουσκαφέω, (σκάπτω) subruo, proruo, Lycophr.

βουσόος, ον, i. q. βοόσσοος.

βούσταθμον, τό, et βουστάσιον, τό, et βουστασία, ἡ, et βούστασις, ἡ, stabulum boum, bubile.

βουστροφηδόν, *adv.* (στρέφω) vertendo et flectendo se, more boum arantium, h. e. a sinistra ad dextram et a dextra ad sinistram: unde de scriptura antiqua Graecorum tali dicitur, qualis hodiedum comparet in inscriptione Sigea.

βούστροφος, ον, a bobus conversus, aratus.

βουστρόφος, ον, boves regens.

βούσυκον, τό, ficus magna.

βουσφαγέω, (σφάττω) boves macto.

βουσφαγία, ἡ, boum mactatio.

βούτης, ὁ, (βοῦς vel βόσκω) pastor boum, bubulcus.

βούτιμος, ον, (τιμή) bovis pretium aequans.

βοῦτις, ἡ, vel βούτιον et βούτινον, τό, butis, lagena. cf. βύτις, πυτίνη.

βούτομον, τό, et βούτομος, ὁ, frutex palustris et pratensis, Theocr. 13, 35.

βούτορος, ον, (τείρω) boves penetrans et transfigens.

βουτράγος, ὁ, animal quoddam fictum ap. Philostr. V.Apoll.6, 24. e bove et hirco.

βουτρόφος, ον, (τρέφω) boves alens. 2) *Subst.* ὁ, i. q. βοιότης.

βουτύπος, ον, (τύπτω) boves caedens, qui boves mactat. 2) *Subst.* oestrus, species animalculi vexantis boves.

βουτύρινος, η, ον, e butyro factus, a seq.

βούτυρον, τό, butyrum. (Vox Scythica esse perhibetur, Plin. h. n. 28, 9.) (−⏑⏑)

βουφάγος, ον, (φαγεῖν) boves vorans: valde vorax vel edax.

βούφθαλμον, τό, (ὀφθαλμός) buphthalmon, herba ita dicta, quia flores ejus oculis bovinis similes sunt.

βουφονέω, (φόνος) boves macto, Il. 7, 466.

βουφόνια, τά, sc. ἱερά, boum mactationes, festus dies apud Athenienses.

βουφόνος, ον, (φόνος) qui boves caedit et mactat vel immolat.

βουφορβέω, (βουφορβός) boves pasco.

βουφόρβια, τά, armentum, boum pascuum.

βουφορβός, ον, (φέρβω) qui boves pascit, bubulcus.

βούφορτος, ον, i. q. πολύφορτος, Anth.

βουχανδής, ές, (χανδάνω) valde capax, amplissimus, de cratere, lebete, poculo.

βούχιλος, ον, (χιλός) herbosus: alendo pecori aptus.

βοών, ῶνος, ὁ, bubile.

βοώνης, ὁ, (ὠνέομαι) boum emtor, sive ad sacra sive in macellum, nomine publico. Hoc nomine appellatus fuit Athenis magistratus quidam, qui hostias emebat, Dem. c. Mid.

βοώνητος, ον, bove s. bovis pretio emtus.

βοώπης, ου, ὁ, vide βοῶπις.

βοῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) bovinos i. e. magnos oculos habens, Homericum mulierum formosarum, inprimis Junonis epitheton. *Masc.* βοώπης, ου, apud seriores tantum occurrit.

βοωτέω, aro, Hes. op. 389, A seq.

βοώτης, ὁ, i. q. βούτης, bubulcus. 2) astri nomen, Od. 5, 272.

βοωτία, ἡ, arvum.

βραβεία, ἡ, actio moderandi certamen et judicandi de victore et praemium tribuendi, v. βραβεύς. 2) dijudicatio et disceptatio quaevis.

βραβεῖον, τό, victoriae praemium. Apud seriores etiam βράβευμα, τό.

βραβεύς, et βραβευτής, ὁ, certaminum solennium moderator, judex certaminis, qui dat praemium certaminis, Soph. El. 690. 2) arbiter. 3) gubernator, dux, Aesch. Pers. 301. Ag. 231.

βραβεύω, sum βραβεύς, certamina moderor, certaminis praemia distribuo: moderor, dijudico, discepto.

βράβης, ὁ, i. q. βραβεύς, sed raro.

βράβυλον, τό, vel βράβηλον, prunum Damascenum. Frutex vocatur βράβυλος, ἡ.

βραγχαλέος, α, ον, (βράγχος, ὁ,) raucus.

βράγχια, τά, branchiae, quibus pisces spirant. Sing. βράγχιον, pinna, Ael. et βράγχος, τό.

βραγχιάω, et βραγχάω, (βράγχος, ὁ) raucus sum, raucesco. Posterior forma Attica est, v. Lobeck. ad Phryn. p. 80

βραγχιοειδής, ές, branchiis similis.

βράγχιος, ον, (βράγχος, τό) branchias habens.

βράγχος, ὁ, raucedo, raucitas. 2) i. q. βρόγχος.

βραγχός, ή, όν, raucus, Anth.

βράγχος, τό, branchia, usitatius βράγχιον.

βραγχώδης, ες, (ὁ βράγχος) raucus. 2) (τὸ βράγχος) branchiis piscium similis.

βραδέως, *adv.* (βραδύς) tarde, sero: segniter, cunctanter.

βράδος, τό, (βραδύς) i. q. βραδύτης.

βραδυβάμων, ον, (βαίνω) lente procedens. (⏑⏑−−)

βραδύγαμος, ον, (γαμέω) sero nuptias celebrans, sero matrimonio se jungens.

βραδύγλωσσος, ον, (γλῶσσα) qui tardioris est linguae, tardiloquus.

βραδυδίνης, ές, (δινέω) qui tardo vortice circumagitur, tardus ad motum.

βραδύκαρπος, ον, (καρπός) tardos seu seros dans fructus.

βραδυκίνητος, ον, (κινέω) tardus, tarde incedens. (⏑⏑−−⏑)

βραδύνοια, ἡ, tarditas ingenii. A seq.

βραδύνοος, ον, *contr.* βραδύνους, (νοῦς) qui tarda est mente et ingenio.

βραδύνω, (βραδύς) tarde facio, remoror, differo. 2) *intr.* cunctor; sic frequentius *Med.*

βραδυπειθής, ές, (πείθω) qui aegre sibi persuaderi sinit.

βραδυπεπτέω, (πέπτω) tarde coquo vel concoquo. *Subst.* βραδυπεψία, ἡ, tarda et imbecilla concoctio.

βραδυπλοέω, (πλοῦς) tarde navigo.

βραδύπνοος, ον, (πνέω) spiritum aegre trahens.

βραδυπορέω, tarde progredior. A seq.

βραδυπόρος, ον, (πορεῖν) tarde progrediens, tarde transiens.

βραδύπους, οδος, (πούς) tardigradus, lentus.

βραδύς, εῖα, ύ, *Comp.* βραδίων, *poet.* βραδύτερος, Hes. βράσσων, Il. *Superl.* βράδιστος, vel transpositis literis βάρδιστος, Il. et βραδύτατος, *tardus, segnis. Metaph.* tardus ingenio, hebes: de tempore, serus.

βραδυσκελής, ές, (σκέλος) tardigradus, tarde incedens.

βραδύτης, ῆτος, ἡ, (βραδύς) tarditas; segnities, stupor.

βραδυτόκος, ον, (τίκτω) tarde pariens.

βράζω, f. άσω, ferveo, bullio.

βράθυ, τό, herba sabina.

βράκαι, αἱ, braccae Gallorum, Diod 5, 30.

βράκανα, τά, olera agrestia, quae non facile purgantur.

βράκος, τό, *Aeol.* pro ῥάκος, pretiosum vestimentum muliebre, Sappho fr. 20. Theocr. 28, 11.

βράσμα, τό, (βράζω) quod bulliendo ejicitur, agitatio velut aquae ferventis, aestus.

βρασματίας, ὁ, qui fit cum fervore, ebullitioni similis, *de vento.* 2) i. q. βράστης.

βρασματώδης, ες, (βράσσω) succussioni similis.

βρασμός, ὁ, (βράσσω) succussio, v. βράστης.

βράσσω, (ejusdem radicis atque βράζω) concutio, jacto, inpr. vanno vel cribro excutio. 2) i. q. βράζω, ap. seriores.

βράσσων, ον, *Compar.* a βραδύς, Il. 10, 226. (Alii derivant a βραχύς, Homerus autem hoc adjectivum plane ignorat.)

βράστης, ὁ, succussio; species terrae motus, quum terra quatitur et sursum et deorsum movetur, ad similitudinem ebullientis aquae.

βραστικός, ή, όν, (βράζω) ad fervendum, ebulliendum pertinens vel aptus.

βραυκανάομαι, i. q. βρυχανάομαι, Nic.

βραχέα, τά, v. βράχος.

βραχιονιστήρ, ὁ, torques, armilla, Plut. Rom. 16.

βραχίων, ονος, ὁ, brachium: πρυμνὸς βραχίων, humerus, Il. 2) armus, v. c. vituli. (⏑−−)

βραχίων, ον, (*Ion.* ⏑⏑−, *Att.* ⏑−−) et βράχιστος, *comp.* et *superl.* a βραχύς.

βράχος, τό, praesertim in plur. βράχεα, *contr.* βράχη, vel βραχέα, quasi a βραχύς, brevia in mari, syrtes.

βραχύβιος, ον, (βίος) qui brevis est vitae.

βραχυβιότης, ἡ, vitae brevitas.

βραχυβλαβής, ές, (βλάβη) leviter nocens.

βραχύβωλος, ον, parum glebae habens, epith. praedioli parvi.

βραχυγνώμων, ον, (γνώμη) tardus et tenuis consilii.

βραχύδρομος, ον, (δρόμος) tarde currens.

βραχυεπής, ές, (ἔπος) breviloquus, brevitatis in dicendo studiosus. *Adv.* βραχυεπῶς.

βραχυκαταληκτέω, in brevem syllabam desino. 2) pede uno brevior sum. A seq.

βραχυκατάληκτος, ον, (καταλήγω) in brevem syllabam desinens. 2) pede uno brevior.

βραχυκομάω, brevem comam gesto.

βραχύκωλος, ον, brevia crura habens: σφενδόνη, funda brevem habenam habens et jactui propinquo accommodata, Strab. 3, 5, 2. in brevibus membris constans, Rhet.

βραχυλογέω, brevis sum in loquendo.

βραχυλογία, ἡ, breviloquentia.

βραχυλόγος, ον, (λέγω) brevis in sermone, breviloquus.

βραχυμερής, ές, (μέρος) cujus partes sunt breves et exiguae. *Subst.* βραχυμέρεια, ἡ, tenuitas partium.

βραχυμυθία, ἡ, i. q. βραχυλογία.

βραχύμυθος, ον, (μῦθος) i. q. βραχυλόγος.

βραχυντικός, ή, όν, breviandi vim habens. A seq.

βραχύνω, (βραχύς) brevio, breve reddo: corripio, sc. syllabam, brevem pronuncio.

βραχύνωτος, ον, (νῶτον) brevis tergo, breve tergum habens.

βραχυόνειρος, ον, pauca habens somnia.

βραχυπαραληκτέω, penultimam brevem habeo. A seq.

βραχυπαράληκτος, ον, (παραλήγω) cujus penultima brevis est.

βραχύπνοος, ον, *contr.* βραχύπνους, (πνέω) breves simulque tardos spiritus ducens.

βραχύπολις, ή, *poet.* pro βραχύπτολις, parva urbs.

βραχύπορος, ον, (πόρος) breves meatus habens.

βραχυπότης, ό, (πότης) et βραχυπότος, ον, (πίνω) parvum potans.

βραχυῤῥιζία, ή, brevitas radicum. A seq.

βραχύῤῥιζος, ον, (ῥίζα) breves radices habens.

βραχύς, εῖα, ύ, *Comp.* βραχύτερος et βραχίων, *Sup.* βραχύτατος et βράχιστος, brevis, parvus, exiguus. βραχύ, *adv.* per breve tempus, paullulum, paullisper, parvi momenti. διὰ βραχέων, brevibus, paucis. ἐν βραχεῖ, ἐν βραχέσι, breviter, non multis cum verbis: brevi tempore, subito. ἐπὶ βραχύ, in breve tempus. κατὰ βραχύ, sensim, paullatim. παρὰ βραχύ, i. q. παρὰ μικρόν, fere, paene.

βραχυσίδηρος, ον, breve vel minutum ferrum habens.

βραχυστελέχης, ες, (στέλεχος) qui parvo seu brevi caudice est.

βραχύστομος, ον, (στόμα) qui brevi est ore sive parvo orificio. Hinc *Subst.* βραχυστομία, ή.

βραχυσύλλαβος, ον, brevibus syllabis constans. Hinc ἡ βραχυσυλλαβία, brevitas syllabarum sive orationis, carminis.

βραχυσύμβολος, ον, (σύμβολον) qui exiguam symbolam confert.

βραχυτελής, ές, (τέλος) brevis, compendiarius, parvus, LXX.

βραχύτης, ητος, ή, brevitas.

βραχυτομέω, alte recido. A seq.

βραχυτόμος, ον, (τέμνω) alte recidens. at βραχύτομος, ον, alte recisus.

βραχύτονος, ον, (τείνω) breviter intentus: σκόρπιοι βραχύτονοι, machinae, quibus in propinquum jaciuntur tela, Plut. Marcell. 15. Hinc βραχυτονέω, breviter intentus sum.

βραχυτράχηλος, ον, breve collum habens.

βραχύϋπνος, ον, brevi contentus somno.

βραχυφαγία, ή, tenuitas victus et paucitas.

βραχύφυλλος, ον, (φύλλον) brevia habens folia.

βραχυχρόνιος, ον, (χρόνος) breve tempus durans.

βραχύωτος, ον, (οὖς) breves habens auriculas.

βράχω, sono, sonitum seu crepitum edo, strepo, Il. 5, 838. 859. 16, 468. 21, 9. 387. semper tamen in 3 sing. aor. ἔβραχε s. βράχε, quod alii perfectum verbi βρέχω pro βέβραχε esse volunt.

βρέγμα, τό, (βρέχω) sinciput. 2) i. q. ἀπόβρεγμα. Priori significatione dicitur et βρεγμός, βρέχμα, et βρεχμός.

βρεκεκέξ s. βρεκεκεκέξ, vox ranarum ap. Aristoph. Ran. 211.

βρέμω, fremo, murmuro, Il. 4, 425. Sic etiam *Med.* Il. 2, 210.

βρένθιον, et βρένθειον, τό, unguentum e floribus.

βρένθος, ό, avicula incerta, quam nonnulli anatem esse putant, Aristot. h. an. 9, 8. coll. Plin. 10, 74. 2) fastus, arrogantia.

βρενθύομαι, apud seriores βρενθύνομαι, superbio, elato animo sum, eumque gestu et vultu prodo: severo et composito vultu aliquod facio, v. c. meditor. (--⏑-)

βρέξις, ή, (βρέχω) i. q. βροχή, pluvia.

βρέτας, τό. *gen.* βρέτεος, *nom. pl.* βρέτη, rude dei alicujus simulacrum e ligno.

βρεφικός, ή, όν, (βρέφος) infantilis, infantis more.

βρεφόθεν, *adv.* inde a tenerrima aetate, ab infantia.

βρεφοκτονία, ή, infanticidium. A seq.

βρεφοκτόνος, ον, (κτείνω) infanticida.

βρέφος, τό, fetus animalis cujuscunque, qui utero gestatur, Il. 23, 266. 2) infans, Pind.

βρεφοτροφεῖον, τό, (τρέφω) locus alendis et educandis infantibus destinatus, Cod. Justin.

βρεφύλλιον, τό, *Dim.* a βρέφος, infantulus.

βρέχμα, τό, i. q. βρέγμα.

βρεχμός, ό, i. q. βρέγμα βρεγμός, Il. 5, 586.

βρέχω, f. ξω, madefacio, irrigo; superfundo, obruo, operio, ἀκτῖσιν ἰῶν βεβρεγμένος σῶμα, Pind. Ol. 6, 92. βεβρεγμένος, vino madidus, uvidus. *Impers.* βρέχει, pluit.

βρήσσω, *Ion.* pro βράσσω.

βρι- particula inseparabilis, quae in compositione intensionem notat, redditurque fere per *valde, vehementer.*

βριαρός, ά, όν, (βριάω) fortis, validus.

βριαρόχειρ, manu robustus.

βριάω, robustum reddo, Hes. op. 5. Th. 447. 2) robustus sum, Aes. op. 5.

βρίζα, ή, genus frumenti in Thracia et Macedonia, fortasse *secale cereale* Linn.

βρίζω, obdormisco, dormio, Il. 4, 223. nihil ago, invalidus sum, Aesch. Eum. 268.

βριήπυος, ον, (ἀπύω) vehementer clamans. (⏑-⏑⏑)

βρῖθος, τό, (βρίθω) pondus, gravitas.

βριθοσύνη, ή, gravitas, opus, pondus, Il. (-⏑⏑-)

βριθύκερως, ων, (κέρας) gravia habens cornua.

βριθύνοος, ον, *contr.* νους, gravem et prudentem mentem habens.

βριθύς, εῖα, ύ, (βρίθω) gravis, ponderosus.

βρίθω, aor. ἔβρισα, *perf.* βέβριθα, sum gravis, onustus: deorsum vergo prae pondere, inclinor. ἔρις βεβριθυῖα, i. q. βαρεῖα, Il. 21, 385. 2) praevaleo, gravior sum altero, ἕδνοις βρίσας, praevalens, reliquos superans, Od. 6, 159. cf. Il. 12, 346. 359. 17, 233, 512. 3) gravem s. onustum reddo, gravo, onero, Hes. op. 464. Pind., Aesch. (--)

βριμάομαι et βριμόομαι, (βρίμη) irascor, τινί, Xen. prae iracundia fremo.

βρίμη, ή, iracundia, ira, indignatio: fremitus: robur. (--)

βριμηδόν, *adv.* (βρίμη) cum fremitu.

βρίμημα, τό, i. q. βρίμη. (--⏑)

βριμόομαι, v. βριμάομαι.

Βριμώ, ή, (βρίμη) cognomen Hecates vel Proserpinae, irata, terribilis.

βρισάρματος, ον, (βρίθω, ἅρμα) currum gravans, epith. Martis, Hes. sc. 441. Hom. h. 7, 1.

βρόγχια, τά, (βρόγχος) pulmonis concava.

βρογχοκήλη, ή, (κήλη) struma, tumor in gutture seu aspera arteria.

βρόγχος, ό, guttur, fauces; aspera arteria.

βρογχωτήρ, ό, vestimenti apertura, qua collum inseritur inter induendum. Joseph. Ant. 3, 7, 4.

βρομέω, i. q. βρέμω, fremo, strepo, Il. 16, 642.

βρομιάζομαι, bacchor, v. βρόμιος.

Βρομιάς, άδος, ή, Baccha.

βρόμιος, α, ον, (βρόμος) fremens, strepens, murmurans, Pind. Hinc *subst.* Βρόμιος, ό, cognomen Bacchi, Bromius, et *adj.* Βρόμιος, α, ον, Bacchicus.

Βρομιώδης, ες, Bacchicus, ad vinum pertinens.

Βρομιώτης, ῶτις, idem.

I. βρόμος, ό, (βρέμω) fremitus, fragor: sonitus, sonus: murmur, murmuratio.

II. βρόμος, ό, avena, scribitur et βόρμος.

III. βρόμος, ό, i. q. βρῶμος, foetor, Phryn. Ecl. p. 156. ibique Lobeck.

βρομώδης, ες, strepens, sonitum s. murmur edens. 2) i. q. βρωμώδης, v. βρόμος, III.

βρονταῖος, α, ον, (βροντή) tonitrualis, tonans.

βροντάω, f. ήσω, tono: ingenti voce loquor.

βροντεῖον, τό, machina theatralis, qua tonitruum fragorem imitantur, Poll. 4, 127. 130.

βροντή, ή, tonitru. 2) sonitus quicunque tonitrui similis.

βρόντημα, τό, tonitru.

βροντησικέραυνος, ον, (κεραυνός) tonans et fulminans, νεφέλη, Ar. Nub. 266.

βροντοποιός, όν, tonitru faciens.

βροντώδης, ες, tonans.

βρότειος, ον, vel βροτεία, *Ion.* βρότεος, έη, εον, (βροτός) humanus, mortalis.

βροτήσιος, ον, vel βροτησία, idem.

βροτοβάμων, ον, (βαίνω) super homines incedens, qui homines calcat, Theocr.

βροτόγηρυς, υ, (γῆρυς) voce humana loquens.

βροτοειδής, ές, qui est humana specie, homini similis.

βροτόεις, εσσα, εν, (βρότος) saniosus, cruore respersus.

βροτοκτονέω, hominem interficio. A seq.

βροτοκτόνος, ον, (κτείνω) homicida.

βροτολοιγός, όν, (λοιγός) homines pessumdans, hominibus perniciosus, homicida, Hom.

βροτολοιχός, όν, (λείχω) fellator, vox comica, v. Eustath. p. 518. et Lob. parerg. Phryn. p. 573.

βροτός, ό, homo, mortalis. *Fem.* βροτὸς αὐδήεσσα, Od. 5, 334. *Adj.* βροτός, όν, mortalis.

βρότος, ό, sanies, cruor.

βροτοσκόπος, ον, (σκοπέω) homines eorumque actiones observans, epith. Furiarum.

βροτοσσόος, ον, (σώζω) salutaris hominibus.

βροτοστυγής, ές, (στυγέω) qui homines odit. 2) invisus hominibus.

βροτοφεγγής, ές, (φέγγος) homines illustrans.

βροτοφθόρος, ον, (φθείρω) hominibus perniciosus.

βροτόω, (βρότος) cruore inficio, cruento.

βροῦκος s. βροῦχος, ὁ, species locustarum alarum expers.

βρόχειος, α, ον, (βρόχος) ad laqueum pertinens: τό βροχεῖον, laqueus.

βροχετός, ὁ, (βρέχω) pluvia.

βροχή, ἡ, adspersio, irrigatio: pluvia, ap. seriores, Lob. Phryn. p. 291.

βροχθίζω, (βρόχθος) sorbeo, glutio, voro, helluor. 2) guttur humecto.

βρόχθος, ὁ, guttur. 2) haustus.

βροχθώδης, ες, λίμνη, arida, parum aquae habens, Nic.

βροχίς, ἡ, *Dim.* a βρόχος. 2) (βρέχω) vas, ex quo humectatur aliquid, Anth.

βρόχος, ὁ, laqueus.

βροχωτός, όν, laqueatus.

βρυάζω, (βρύω) scateo, abundo: exsulto, laetor: floreo, germino.

βρυάκτης, ὁ, laetus, epith. Panis.

βρύας, ου, ὁ, i. q. βύας.

βρύγδην, *adv.* (βρύκω) cum stridore dentium.

βρύγμα, τό, morsus.

βρυγμός, ὁ, stridor dentium, fremitus: rugitus; morsus.

βρύζω, i. q. βρυάζω.

βρυκετός, ὁ, (βρύκω) i. q. βρυχετός.

βρύκω, f. ξω, mordeo, rodo, voro, deglutio, mando: ἁλὶ βρυχθείς, absorptus: βρῦκον στόμα, os clausum, Nic. cf. βρύχω, et Herm. ad Soph. Phil. 735. (--, sed aor. 2. ἔβρυχε -⏑⏑, ep. adesp. 418.)

βρύλλω, Ar. Eq. 1126. verbum infantium vocem, potum petentium, imitans: scholiasta explicat ὑποπίνω, sed etiam ἐξαπατῶμαι, cf. βρῦν.

βρῦν, vox infantium potum petentium, Ar. Nub. 1382. Alii βῦν scribi maluerunt, propter locum Varronis ap. Nonium v. *buas* et Festi v. *imbutum*: sed vide Phryn. A B. p. 31.

βρύξ, υχός, ὁ, profunditas maris, Opp.

βρυόεις, εσσα, εν, muscosus, mollis, friabilis: florens, germinans.

βρύον, τό, (βρύω) alga; muscus. 2) cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus: flos, ap. *poet.*

βρυοφόρος, ον, musci fertilis: canos villos ferens, ut δάφνη, v. βρύον, 2.

βρυόω, musco oppleo.

βρύσις, ἡ, (βρύω) scaturiendi actio, scatebra.

βρύσσος, ὁ, species echini marini, Aristot. h. an. 4, 5, 1.

βρύτεα, et βρύτια, τά, bryssa, brisa, fraces vinaceae, residuum post calcatarum uvarum pressuram, τὰ ἐκπιέσματα τῆς σταφυλῆς, στέμφυλα, Athen.

βρῦτον, τό, et βρῦτος, ὁ, genus potionis ex hordeo, vinum hordeaceum, cerevisia, Athen. (-⏑)

βρυχαλέος, α, ον, rugiens.

βρυχάομαι, (βρύχω) rugio: sonum ad dolorem exprimendum edo, gemo: strepo, sono. Rarius βρυχανάομαι.

βρυχετός, ὁ, vel βρυκετός, (βρύκω) febris.

βρυχή, ἡ, stridor e contritu v. c. dentium, fremitus.

βρυχηδόν, *adv.* cum rugitu, cum fremitu et stridore v. c. dentium. cf. βρύγδην.

βρυχηθμός, ὁ, et βρύχημα, τό, rugitus, barritus, fremitus: ejulatio, gemitus. (--⏑)

βρυχητής, ὁ, qui rugit, qui vehementer ingemiscit.

βρυχητικός, ή, όν, strepitum faciens. τὸ βρυχητικόν, strepitus, rugitus.

βρύχιος, ον, vel βρυχία, (βρύχω) absorptus ab aqua, aqua mersus, maritimus; βρυχία ἠχώ, echo a mari resonans, Aesch. Prom. 1090. cf. ὑποβρύχιος, quod est usitatius (⏑⏑⏑)

βρυχμή, ἡ, i. q. βρυχή.

βρυχμός, ὁ, i. q. βρυγμός.

βρύχω, f. ξω, frendo, strideo, fremo, mugio, gemo. Apud Homerum exstant tantum perf. βέβρυχε, βεβρυχώς, et plusquampf. ἐβεβρύχει, de gemitu vulnerati, Il. 16, 486. 12, 393. cf. Soph. Tr. 1072. Phil. 745. et de strepitu undarum, Il. 17, 264. Od. 12. 242. (--)

βρυχώδης, ες, strepens fluctibus, stridens, gemens.

βρύω, f. ύσω, refertus sum aliqua re, abundo, scateo, ἔρνος ἄνθεϊ βρύει, pullulat flore, Il. 17, 56. etiam *cum gen.* Soph. O. C. 16. (⏑-)

βρυώδης, ες, (βρύον) i. q. βρυόεις.

βρυωνία, βρυωνίας, βρυώνη, vel βρυωνίς, ἡ, brynnia, bryonias, herba folia pampinis similia habens et serpens per arbores.

βρῶμα, τό, (βιβρώσκω) quod exesum et erosum est: esca, cibus.

βρωμάομαι, rudo ut asinus. (Radix esse videtur βρέμω.)

βρωμάτιον, τό, *Dim.* a βρῶμα.

βρωματομιξαπάτη, ἡ, (μίγνυμι, ἀπάτη) noxia ciborum mixtura.

βρωματώδης, ες, i. q. βρωμώδης.

βρομέω, (βρῶμος) foeteo, veluti hircus, Arist. h. an. 6, 29. ubi codd. recte βρωμεῖ pro βρωμᾶται exhibent.

βρώμη, ἡ, (βιβρώσκω) i. q. βρῶμα, cibus, Od. 2) (βρωμάομαι) ruditus asini.

βρωμήεις, εσσα, εν, (βρωμάομαι) rudens.

βρώμησις, ἡ, ruditus.

βρωμητής, οῦ, et βρωμήτωρ, ὁ, rudens, epith. asini.

βρωμολόγος, ον, foetores loquens, vox inepta ap. Lucian.

βρῶμος, ὁ, graveolentia, foetor, inpr. hircorum. cf. βρόμος, III.

βρῶμος, ὁ, (βιβρώσκω) cibus.

βρωμώδης, ες, foetidus.

βρωσείω, *Desiderat.* a βιβρώσκω, edere cupio.

βρώσιμος, ον, (βρῶσις) esculentus, edulis.

βρῶσις, ἡ, (βιβρώσκω) cibus, edulium. 2) ipsa comedendi actio, erosio.

βρωστήρ, et βρωτήρ, ὁ, qui comedit; animalculum, quod rodendo corrumpit, ut tinea.

βρωτικός, ή, όν, ad comedendum pertinens, aptus, proclivis.

βρωτός, ή, όν, *adj.* verb. a βιβρώσκω comesus, erosus: cibo idoneus, vescus, edulis: τὸ βρωτόν, res cibaria, esculentum.

βρωτύς, ύος, ἡ, cibus, i. q. βρῶσις, Hom. (--)

βύας, ου, ὁ, bubo, avis nocturna. Dicitur et βρύας et a poetis βῦζα.

βυβλάριον, τό, *Dim.* a βύβλος.

βύβλινος, η, ον, ex byblo factus, ὅπλον νεώς, funis nauticus ex cortice plantae, quae βύβλος vocabatur, contortus, Od. 21, 391. 2) chartaceus, papyraceus.

βυβλίον, τό, quicquid ex libro vel cortice papyri Aegyptiacae factum est, funiculus nauticus, charta: hinc liber, i. q. βιβλίον, cf. Schweigh. ad Hdt. 8, 128.

βύβλος, ἡ, papyrus Aegyptia, *Cyperus papyrus* Linn., cujus caulibus vescebantur pauperiores, Theophr. h. pl. 4, 9. cf. Aesch. Suppl. 774. 2) liber hujus plantae et quicquid ex eo fiebat, ἐκ τῆς βύβλου ἱστία τε πλέκουσι καί ψιάθους καί ἐσθῆτάς τινας καί στρωμνάς καί σχοινία καί ἕτερα πλείω καί ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία, Theophr. l. l. Hinc βύβλος praecipue *chartam* significat, quae si conscripta est, βίβλος, potius dicitur.

βυέω, i. q. βύω, βύζω, (-⏑- Ar. Pac. 645. *dub. lect.*)

βῦζα, ἡ, i. q. βύας, *poet.*

βύζην, *adv.* dense, plene.

βύζω, f. ύσω, i. q. βύω.

βυθάω, (βυθός) in profundo sum, *poet.*

βυθίζω, mergo, demergo, in profundum jacio.

βύθιος, α, ον, qui est in profundo, profundus: τά βύθια, aquatilia: βύθιος Κρονίδης, Neptunus.

βυθίτης, ῖτις, idem.

βυθός, ὁ, profundum, gurges, profunditas maris, altum.

βυθοτρεφής, ές, (τρέφω) in profundo nutritus.

βυκανάω, et βυκανίζω, buccina cano, buccino. A seq.

βυκάνη, ἡ, buccina, v. βύω.

βυκάνημα, τό, clangor buccinarum.

βυκανητής, ὁ, buccinator.

βυκανίζω, v. βυκανάω.

βυκανισμός, ὁ, i. q. βυκάνημα.

βυκανιστήριον, τό, i. q. βυκάνη.

βυκανιστής, ὁ, i. q. βυκανητής.

βύκτης, ου, ὁ, (βύζω, βύω) turgere faciens, qui implet objecta, epith. ventorum, Od. 10, 20. (Alii explicant: ex profundo vehementer spirans, a βυσσός, alii: murmurans, sonans a βύζειν i. q. βῦ λέγειν. Posterius H. Stephanus probat in Thes. Ind. p. 659.)

Βυχίς, ἡ, *Aeol.* pro Βαχίς.

βυνέω, i. q. βύω, Ar. Pac. 645. (-⏑-)

βύνη, ἡ, hordeum madefactum et tostum ad coquendam cerevisiam.

Βύνη, ἡ, antiquum nomen Inus sive Leucotheae, Lycophr. 107. indeque ipsum quoque mare. (--)

βύρσα, ἡ, corium detractum, bursa, pellis.

βυρσαίετος, ὁ, aquila coriaria: hoc nomine Cleon vocatur ab Aristophane Eq. 197. in oraculo ficto.

βυρσεύς, ὁ, coriarius.

βύρσινος, η, ον, coriaceus: βυρσίνη, ἡ, lorum coriaceum, Ar. Eq. 59. 449. qua voce alludit poeta ad μυρσίνη.

βυρσίς, ἡ, *Dim.* a βύρσα.

βυρσοδεψέω, (δέψω) corium subigo.

βυρσοδέψης, ὁ, coriarius.

βυρσοδεψικός, ή, όν, ad coriarios pertinens.

βυρσοδέψιον, τό, officina coriarii.

βυρσοπαγής, ές, (πήγνυμι) corio compactus, corio contectus.

βυρσοποιός, ον, coriarius.

βυρσοπώλης, ὁ, (πωλέω) coriorum venditor.

βυρσοτενής, ές, et βυρσότονος, ον, (τείνω) corio obductus: κύκλωμα βυρσοτενές, tympanum, Eur.

βυρσοτομέω, coria disseco. A seq.

βυρσοτόμος, ον, (τέμνω) coriorum sector, opifex lorarius.

βυρσόω, corio contego.

βυσαύχην, ενος, (αὐχήν) qui humeros adducens cervicem contrahit, quales in judicio naturarum Aristoteles insidiosos esse ait. Aristophani sunt utres βυσαύχενες.

Βύσιος, ὁ, mensis quidam apud Delphos, dictus quasi φύσιος, quoniam in eo germinant omnia, vel παρὰ την πύσιν s. πεύσιν, quoniam videlicet in eo πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ, Plut. Hellen. probl. init. Βύσιος pro Πύθιος dictum esse temere, ut omnia fere, conjicit auctor indigestae illius de Doriensibus farraginis Vol. I. p. 212.

βύσμα, τό, obturamentum.

βύσσα, ἡ, i. q. βυσσός. 2) avis quaedam marina.

βύσσινος, η, ον, byssinus, ex bysso factus.

βυσσοδομεύω, (βυσσός, δομέω) in profundo exstruo, i. e. in animo volvo, machinor, Hom.

βυσσόθεν, *adv.* (βυσσός) ex imo.

βυσσομέτρης, ὁ, (μετρέω) qui profunda metitur.

βυσσός, ὁ, fundus, imum maris, i. q. βυθός, Il. 24, 80.

βύσσος, ἡ, lini pretiosissimi genus apud Indos, est tamen etiam byssus Aegyptiaca et Achaica. De lini byssini ingenti pretio v. Plin. 19, 1. Vestes byssinae pro varietate nativi coloris flavae, rufae, albicantes, purpureae erant, v. Strab. 15. p. 1016. Philostr. vit. Apoll. 2, 20.

βυσσόφρων, ον, (βυσσός, φρήν) prudens, callidus, tectus animi et consiliorum. cf. βαθύφρων.

βύσσωμα, τό, i. q. βύσμα: de retibus, quibus thynni capiuntur, dixit Q. Maec. 7.

βύσταξ, ὁ, i. q. μύσταξ, barba.

βύστρα, ἡ, i. q. βύσμα.

βύτις, ἡ, et βυτίνη, ἡ, v. βοῦτις.

βύω, f. ύσω, impleo, infarcio, obstipo, turgere facio, νήματος βεβυσμένος. Od. 4, 134. Idem significant formae βύζω, βυέω, et βυσσόω. (In praes. et impf. υ anceps est; in fut. et aor. 1. producitur, Ar. Plut. 379.)

βῶ, *conj.* aor. 2. a βαίνω.

βώδιον, τό i. q. βοίδιον, q. v.

βωκόλος, βωκολιάζω, βωκολιαστής, *Dor.* pro βουκόλος etc.

βῶκος, ὁ, *Dor.* pro βοῦκος, βουκαῖος.

βωλάκιον, τό, *Dim.* a βῶλαξ.

βωλάκιος, α, ον, glebosus, fertilis.

βῶλαξ, ακος, ἡ, i. q. βῶλος, gleba.

βωλάριον, τό, *Dim.* a βῶλος.

βωληδόν, *adv.* in glebae modum.

βώλινος, η, ον, ex glebis constans, e glebis factus.

βωλίον, τό, *Dim.* a βῶλος.

βωλίτης, ὁ, boletus, fungi esculenti genus.

βωλοειδής, ές, glebae figuram referens, glebae similis.

βωλοκοπέω, glebas frango, occo.

βωλοκοπία, ἡ, glebarum comminutio, occatio.

βωλοκόπος, ον, (κόπτω) glebis frangendis aptus.

βῶλος, ἡ, (βάλλω) gleba, Od. 18, 374. agellus, ager, et lat. *gleba*: massa. Apud seriores invenitur quoque ὁ βῶλος, v. Piers. Moer. p. 95. Thom. M. p. 176. Jacobs ad Anth. Pal. p. 254. Coray ad Plut. Vit. Alex. 25. Apollon. Rh. 3, 1296. Lobeck. Phryn. p. 54. A neutro τὸ βῶλος extat tantum dativus βώλει ap. Leon. Tar. 77.

βωλοστροφέω, (στρέφω) glebas inter arandum inverto. Hinc

βωλοστροφία, ἡ, glebarum inversio.

βωλοτόμος, ον, (τέμνω) glebas secans. Unde verbum βωλοτομέω.

βωλώδης, ες, glebosus.

βώμαξ, ακος, ὁ, ἡ, i. q. βωμολόχος, scurra. 2) ἡ βώμαξ, *Dimin.* a βωμός, ara parva. (In casibus trisyllabis α in priori significatione producitur, in posteriori vero corripitur, v. Drac. p. 18.)

βώμιος, ον, vel βωμία, (βωμός) in ara positus, cultus; ad aram pertinens. Rarius βωμιαῖος, α, ον.

βωμίς, ίδος, ἡ, *Dim.* a βωμός, arula. 2) gradus, Hdt.

βωμίσκος, ὁ, *Dim.* a βωμός.

βωμίστρια, ἡ, quae ad aram sacra peragit, sacerdos.

βωμοειδής, ές, arae similis.

βωμολόχευμα, τό, scurrile factum aut dictum. v. βωμολόχος.

βωμολοχεύομαι, (βωμολόχος) scurriliter me gero, scurram ago.

βωμολοχέω, idem, Plut.

βωμολοχία, ἡ, scurrilitas, assentatio.

βωμολοχικός, ή, όν, scurrilis.

βωμολόχος, ον, (λοχάω) assiduus arae et quasi inhians, dicitur de iis, qui circa aras versantur, ut de sacrificiis vel coena aliquid accipiant vel rapiant: hinc parasitus, scurra, assentator, adulator, qui aliena vivit quadra.

βωμονίκης, ὁ, (νεῖκος) qui ad aram contendit; ita Lacedaemone vocabantur juvenes, qui ad aram Dianae contendebant, quis plura verbera sustinere posset. 2) magistratus quidam Lacedaemonius.

βωμός, ὁ, (βαίνω) suggestus, basis, Il. 8, 441. Od. 7, 100. 2) ara. 3) tumulus. ap. seriores, v. Jacobs. Anth. Pal. p. 922.

βῶν, *acc. Dor.* pro βοῦν. Extat etiam Il. 7, 238.

βωνίτης, ὁ, i. q. βούτης, bubulcus, Callim. fr. si lectio vera.

βῶξ, κός, ὁ, *contr.* e βόαξ, piscis quidam, sic dictus a voce quam edit.

βώσας, part. aor. 1. act. *contr.* pro βοήσας a βοάω, Il.

βῶσι, 3 pl. conj. aor. 2. a βαίνω, Od.

βωστρέω, clamo, voco, invoco, auxilium imploro, Od. 12, 124. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 255.

βώτης, βῶτις, ὁ, ἡ, pastor et pastoris femina, i. q. βούτης.

βωτήρ, ὁ, pastor, Soph. Aj. 232.

βωτιάνειρα, ἡ, (βόσκω, ἀνήρ) alens et educans viros, epith. regionis, e cujus cultura colonis victus satis redit, ut Phthiae, Il. 1, 155.

βῶτις, ιδος, ἡ, v. βώτης.

βώτωρ, ορος, ὁ, pastor, Hom.

Γ

Γ, γ. *f.* tertia Alphabeti graeci littera, quae γάμμα, Ionice γίμμα dicitur. Tanquam nota numeralis γ' significat *tres*, *tria* vel *tertius*; sed lineola inferne apposita γ, *tria millia* – Apud antiquissimos Graecos, Aeolenses praecipue gamma aspirationis fortioris vicem sustinebat, quam hoc signo expressam Ͱ, Ͱ digamma appellabant, vid. Thierschii gramm. gr. §. 19. p. 29. Dawesii misc. crit. sect. IV. A. B. p. 777.

γᾶ, *Dor.* pro γε, etiam in compositis ut ἔγωγα, τύγα.

γᾶ, *Dor.* et *Aeol.* pro γῆ.

Γαγάτης, ὁ, gagates lapis; nomen habet loci et amnis *Gagis* Lyciae, teste Plin. 36, 19. cf. Diosc. 5, 146. Alex. Aphr. probl. 2, 64. Orph. Lith. 12. (⏑ – –)

γαγγαλίζω, *Att.* γαργαρίζω, titillo, voluptate afficio, facio γελᾶν seu καγχαλᾶν. cf. Hemsterh. ad Thom. M. p. 181. Lobeck. Phryn. p. 97.

γαγγαμεύς, έως, ὁ, piscator. A seq.

γαγγάμη, ἡ, vel γάγγαμον, τό, sagena, rete piscatorium, ostreis capiendis aptum.

γαγγαμουλκός, όν, (ἕλκω) sagenam extrahens.

Γαγγήτης, ὁ, i. q. Γαγάτης, *Fem.* Γαγγῆτις πέτρα.

γάγγλιον, τό, *ganglium*, nervi nodosa et renitens contractio, nullo praeter naturam colore, doloris expers, sub cute nasci solita, frequenter in manibus et talis accidens, sed etiam in cubito et capite. Primitiva forma teste Hesychio est γαγγάλιον.

γαγγλιώδης, ες, ganglio similis, e gangliorum genere.

γάγγραινα, ἡ, gangraena, partis alicujus corporis mortificatio et exstinctio, proveniens a magnitudine inflammationis, quae neque digeri neque in pus mutari potuit. Quum vero sensum affectae partes penitus amiserunt, jam non γάγγραινα, sed σφάκελος appellatur, v. Galen comm. 7. in Aphor. Hippocr. sect. 7. artic. 50. de tumoribus c. 8. et Paul. Aeg. 4, 9.

γαγγραινικός, ή, όν, gangraenae similis.

γαγγραινόομαι, gangraena laboro, gangraena corripior.

γαγγραίνωσις, ἡ, i. q. τὸ γαγγραινοῦσθαι, gangraenae obreptio, invasio.

γάζα, ἡ, thesaurus, aerarium, inpr. regium: divitiae, pecunia. *Vox Persica.*

γαζοφυλακέω, thesauri custos sum.

γαζοφυλάκιον, τό, thesaurus pecuniarum, aerarium: locus ubi est aerarium.

γαζοφύλαξ, ακος, ὁ, (φυλάσσω) thesauri custos, praefectus aerarii.

γαῖα, ἡ, *poet.* pro γῆ, (vide αἶα) terra, tellus, regio, solum; πατρὶς γαῖα, patria, Hom. sed etiam γαῖα absolute hoc significatu ponitur. 2) Γαῖα, nom. propr. *Tellus*, Hes.

γαιάοχος, ον, *Dor.* pro γαιήοχος.

γαιηγενής, ές, *poet.* pro γηγενής.

γαίηθεν, *adv.* a terra.

Γαιήϊος, α ον, terrenus: υἱός, Telluris filius, Od. 7, 324.

γαιήοχος, ον, (ἔχω) terram cingens et continens, epith. Neptuni, Hom. De reliquis diis si usurpatur, significat: terram s. regionem tuens, moderans, terrae Dominus, Soph. O. R. 160. *Contr.* γαιοῦχος,

γαιηφάγος, ον, (φαγεῖν) qui terra vescitur, poeta ap. Athen.
γαιογράφος, ον, i. q. γεωγράφος, *poet.*
γαιοδάτης, ὁ, (δαίω) terrae distributor.
γαιομέτρης, ὁ, *poet.* pro γεωμέτρης.
γαιοτρεφής, ές, (τρέφω) a terra nutritus.
γαιοφάγος, ον, i. q. γαιηφάγος.
γαιοφανής, ές, i. q. γεωφανής.
γαιόομαι, in terram mutor, terrae speciem adipiscor, Synes.
γαισός, ὁ, vel γαῖσον, τό, gaesum, teli genus.
γαίω, glorior, superbio, efferor fiducia et gloriatione roboris et virtutum mearum; κύδεϊ γαίων, epith. Iovis, Martis, Briarei. Il.
γαιώδης, ες, i. q. γεώδης, terreus.
γαιών, ῶνος, ὁ, tumulus terrae, *Dor.* v. Koen. ad Greg. p. 225.
γαιωρύχος, ον, (ὀρύσσω) terram effodiens, Strabo 3, 2, 6.
γάλα, γάλακτος, τό, lac, Hom. 2) succus plantae vel arboris. 3) planta quaedam, Nic. 4) ὀρνίθιον γάλα proverbialiter dicitur de deliciis ciborum, Ar. Av. 733. ut *gallinacei lactis haustus* apud Plin. h. n. praef. – γάλα interdum etiam indeclinabile est, Valck. Adoniaz. p. 351. cf. γλάγος. (◡◡)
γαλάδες vel γάλαξες, αἱ, conchae quaedam sic dictae a nonnullis ex genere τῶν λειοστράκων, teste Aristot. h. an. 4, 4.
γαλαθηνός, όν, lac sugens, lactens: tener, tenellus, νεβροί, Od.
γαλακτιάω, lacte abundo.
γαλακτίζω, candorem lactis imitor.
γαλακτικός, ή, όν, lac referens, lacteus.
γαλάκτινος, η, ον, i. q. praecedens.
γαλάκτιον, τό, *Dim.* a γάλα.
γαλακτὶς πέτρα, ἡ, idem quod sequens.
γαλακτίτης, ὁ, sc. λίθος, lapis quidam ita dictus, quod lacteum quendam succum emittat, Diosc. 5, 150. Vocatur et γαλαξίας, ὁ.
γαλακτοδόχος, ον, (δέχομαι) lacti recipiendo factus, ut mulctra.
γαλακτοειδής, ές, lacteus, lac referens.
γαλακτοθρέμμων, ον, (τρέφω) lacte nutritus.
γαλακτόομαι, in lac mutor, lactesco, in naturam lactis degenero.
γαλακτοπαγής, ές, (πήγνυμι) lacti compacto similis vel e lacte concreto constans.
γαλακτοποσία, ἡ, (πίνω) usus lactis ad bibendum.
γαλακτοποτέω, lac bibo.
γαλακτοπότης, ὁ, qui lac bibit.
γαλακτοτροφέω, lacte alo. Hinc *Subst.* γαλακτοτροφία, ἡ.
γαλακτουργέω, lacticinia vel dulciaria conficio: caseum ex lacte conficio.
γαλακτουργός, ον, lactarius, dulciarius.
γαλακτουχέω, (ἔχω) lac habeo, lacto.
γαλακτουχία, ἡ, lactatio.
γαλακτοῦχος, ον, lac habens, lactans, lacte nutriens.
γαλακτοφαγέω, lac comedo. A seq.
γαλακτοφάγος, ον, (φαγεῖν) lacte victitans, lac comedens.
γαλακτοφόρος, ον, (φέρω) lac ferens.
γαλακτόχροος, ον, *contr.* γαλακτόχρους, (χρόα) lactei coloris.
γαλακτόχρως, ωτος, idem.
γαλακτώδης, ες, lacteus, albidus: τὸ γαλακτῶδες, lac vel lactis serum.
γαλάκτωσις, ἡ, mutatio s. degeneratio in lac.
γαλαξίας, ὁ, sc. κύκλος, circulus lacteus in coelo, via lactea, orbis lacteus. 2) i. q. γαλακτίτης.
γαλεάγρα, ἡ, decipula, qua mustelae capiuntur: cavea ferrea et quoddam carceris genus.
γαλέη, ἡ, *contr.* γαλῆ, ἡ, mustela, feles, catus. 2) piscis qui et γαλεός.
γαλεοειδής, ές, qui ex mustelino genere est. 2) mustello similis.
γαλεομυομαχία, ἡ, praelium inter mustelam et mures, titulus poematii cujusdam.
γαλεός, ὁ, mustellus, piscis quidam, de quo Aristot. h. an. 6.
γαλερός, ά, όν, tranquillus, serenus, hilaris.
γαλερωπός, όν, (ὤψ) oculis laetus et hilaris, serenum et tranquillum vultum habens.
γαλεώδης, ες, i. q. γαλεοειδής.
γαλεώτης, ὁ, stellio, alias ἀσκαλαβώτης, Ar. 2) piscis qui et ξιφίας.
γαλῆ, ἡ, *contr.* pro γαλέη.
γαληναία, ἡ, *poet.* i. q. γαλήνη.
γαληναῖος, α, ον, i. q. γαληνός, tranquillus, sedatus, placidus, i. q. γαληνός.
γαλήνεια, ἡ, *Dor.* γαλάνεια, i. q. γαλήνη.
γαλήνη, ἡ, maris tranquillitas, serenitas: hinc etiam serenitas et hilaritas vultus, animi. 2) *nom. pr.* nymphae undas maris sedantis. 3) vena plumbi, quae juxta argenti venas reperiri solet, Plin. 33, 6. 34, 18. Hesych. explicat τὸ ἐπιπολάζον ἐν τῇ μεταλλείᾳ τοῦ ἀργύρου χωνευομένου.
γαληνής, ές, i. q. γαληνός.
γαληνιάω, rar. γαληνιάζω, serenus, tranquillus sum, inpr. de mari.
γαληνίζω, serenum reddo, tranquillo.
γαλήνιος, ον, i. q. γαληνός.
γαληνισμός, ὁ, serenitas.
γαληνός, όν, hilaris, tranquillus, serenus, inpr. de mari.
γαληνότης, ἡ, i. q. γαλήνη, s. serenitas, tranquillitas.
γαληνόω, serenum reddo, tranquillo.
γαληρωπός, όν, serenum et tranquillum vultum habens, v. γαλερωπός.
γαλιάγκων, ον, *gen.* ωνος, (ἀγκών) qui est breviori brachio, quasi mustelae cubitum habens, ancus, Hippocr. v. Struvium in Suppl. ad Schneideri Lex. gr. p. 55.
γαλιδεύς, ὁ, catulus mustelae, Cratin.
Γάλλος vel Γαλλός, ὁ, Gallus, sacerdos Cybeles testiculis carens: hinc in universum spado, eviratus, mollis.
γαλουργέω, γαλουργός, i. q. γαλακτουργέω, -ός.
γαλουχέω, γαλουχία, i. q. γαλακτουχέω, -ία
γάλοως, *gen.* γάλοω, *Att.* γάλως, *gen.* γάλω, ἡ, glos, soror mariti vel uxor fratris.
γαμβρεύω, (γαμβρός) connubio jungo, affinem facio.
γάμβριος, α, ον, ad γαμβρόν pertinens, quod γαμβρῷ datur, ut vestitus pretiosus, convivium etc. Hinc τὰ γάμβρια, munus seu convivium, genero dari solitum.
γαμβροκτόνος, ον, sponsum interficiens.
γαμβρός, ὁ, (γάμος) quicunque affinitate e matrimonio cum altero junctus est, *affinis*, et quidem 1) gener. 2) maritus sororis, Il. 5, 474. 13, 464. vel frater uxoris. 3) i. q. πενθερός, socer, Soph. O. R. 70. 4) sponsus, inpr. ap. *Dor.* et *Aeolas*.
γαμετή, ἡ, matrimonio juncta, uxor, Hes.
γαμέτης, ὁ, (γαμέω) maritus.
γαμέτις, ιδος, ἡ, uxor, conjux.
γαμέω, f. έσω, γαμέω, γαμῶ, *med.* γαμέσομαι, aor. ἔγημα, *med.* ἐγημάμην, perf. γεγάμηκα, aor. *pass.* ἐγαμήθην, *uxorem duco*, τινά, Hom. παρ᾽ ἐλευθέρων γαμεῖν, ducere uxorem ingenuis parentibus ortam, Plut. γάμον γαμεῖν, contrahere matrimonium, Aesch. γήμας τὸν Ἑλένης γάμον Πάρις, Eur. γῆμαι λέκτρα βασιλέως, filiam regis in uxorem ducere, idem. In usu est etiam γαμεῖν γυναῖκα pro γαμεῖν simpliciter. Dicitur quoque γαμεῖν pro concumbere cum femina, et quidem de concubitu illegitimo, Od. 1, 36. 2) *Med.* γαμοῦμαι, *do in matrimonium*; et quidem *a*) me, i. e. nubo, de femina, τινί, Od. *b*) meos, quod dicitur de parente, qui *vel* filiam suam alicui in matrimonium dat, ut Eur. Med. 257. τὸν δόντα τ᾽ αὐτῷ θυγατέρ᾽, ἣν τ᾽ ἐγήματο, quamque ei uxorem dedit: *vel* filio suo uxorem dat, ut Il. 9, 394. Achilles dicit Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός. cf. Hermann. Cens. Med. Elmsl. p. 353. 3) *Passivum* γαμηθῆναι apud seriores eandem habet significationem ac *Medium*, *nubere*, quem loquendi usum improbat Pollux III, 45. Exempla enotavit Lobeck. post Phryn. p. 742. 4) Antiquior forma aoristi γαμέσαι suam quandam propriam significationem habet: *expetere puellam in matrimonium*, v. Hermann. in Ephem. liter. Lips. 1817. n. 37. p. 294. hinc Theocr. 9, 91. γαμεθεῖσα est *expetita*, *desponsata*. – *Nota.* Post genuinam aor. 1. act. formam ἔγημα invaluit altera ἐγάμησα, quae primum innitur apud Menandr. Schol. Ven. ad Il. 9, 394. ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ, v. Lobeck. l. l. p. 742.
γαμήλευμα, τό, i. q. γάμος, *poet.*
γαμήλιος, ον, nuptialis, conjugalis: γαμηλίαν (sc. θυσίαν) εἰσφέρειν τοῖς φράτορσι, sportulas nuptiales contribuere, Dem.
γαμηλιών, ῶνος, ὁ, septimus anni Attici mensis, respondens posteriori parti Januarii et priori Februarii, in quo pleraeque nuptiae celebrabantur.
γαμησείω, *Desiderat.* a γαμέω, uxorem ducere cupio; nuptias desidero, Alciphr.
γαμίζω, nuptum do, τινά. *Med.* nubo, τινί.
γαμικός, ή, όν, et γάμιος, ον, vel γαμία. i. q. γαμήλιος.
γαμίσκω, i. q. γαμίζω.
γάμμα, τό, gamma littera, vide supra.
γαμμοειδής, ής, (γάμμα) litterae gamma figuram referens.
γαμοδαίσια, τά, sc. ἱερά, nuptiarum celebratio.
γαμοκλοπέω, furtivas nuptias quaero, uxorem alienam corrumpo.
γαμοκλοπία, ἡ, nuptiae furtivae, adulterium. A seq.
γαμοκλόπος, ὁ, nuptiarum fur, adulter.
γαμοποιΐα, ἡ, nuptiarum apparatio.
γάμορος, ὁ, *Dor.* pro γημόρος.
γάμος, ὁ, nuptiae; nuptiarum celebratio, coena nuptialis: γάμον δαινύναι, coenam nuptialem instruere, Od. 4, 3. γάμον ἑστιᾶν, idem ap. Pros. 2) connubium; coitus, etiam illegitimus. 3) conjugium, matrimonium.
γαμοστόλος, ον, (στέλλω) nuptias parans, ornans. Hinc γαμοστολέω, nuptias paro.

γαμφηλαί, αἱ, (γαμψός, κάμπτω) maxillae, Il. rostrum avium. Singularis apud seriores tantum et raro occurrit: Lycophro etiam γαμφαί, αἱ, dixit.

γαμψός, ή, όν, (κάμπτω) incurvus, inflexus, aduncus.

γαμψότης, et γαμψωλή, ἡ, curvitas, curvatura.

γαμψώνυξ, υχος, (ὄνυξ) curvis unguibus armatus.

γαμψώνυχος, ον, idem apud seriores.

γανάω, (γάνος) splendeo, fulgeo: apud Hom. occurrit tantum partic. γανόων.

γάνη, ἡ, vel γάνα, *Dor.* pro γυνή (⏑-)

γάνος, τό, (γαίω) splendor: quod est in quaque re pulchrum, nitidum, venustum: laetitia, voluptas: γάνος ἀμπέλου, vinum. (⏑ ⏑)

γανόω, (γάνος) splendidum reddo, laevigo, polio: illustro, illumino, exhilaro, laetitia afficio.

γάνυμαι, f. ύσομαι, (γάνος) laetor, gaudeo, *c. dat.* Il. 14, 504. 20, 405. Od. 12, 43. *c. gen.* Eur. Cycl. 501. cf. Musgr. Iph. T. 959. Seriores *activum* quoque γάνυμι, illustro, exhilaro, usurpant. (⏑ ⏑ -)

γάνυσμα, τό, i. q. γάνος.

γανώδης, ες, splendidus.

γάνωμα, τό, i. q. γάνος, Pind. 2) poliendi, laevigandi actio.

γάπεδον, τό, *Dor.* pro γήπεδον, vide Boeckh. v. l. Pind. N. 7, 83.

γαπετής, γαπόνος, γάποτος, *Dor.* pro γηπετής, etc.

γάρ, particula causalis, *enim*, quae semper rationem reddit sententiae antecedentis, vel expressae, vel omissae. Nonnumquam vero non satis in aperto est, quae sententia ante particulam γάρ debeat subintelligi; hoc praecipue apud Homerum in allocutionibus locum habet, ut Od. 1, 337. Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας, Phemi, (dehortor te ab eo, quod nunc facis, faciendo,) multa enim etc. In talibus locis ex toto loquentis consilio sententia, cujus rationem reddet γάρ, debet suppleri, cf. Il. 2, 803. 7, 73. 328. 13, 736. Eadem ratio est loci Il. 11, 408. οἶδα γάρ, (permanendum est,) novi enim etc. cf. Il. 18, 221. 22, 50. Inprimis frequens est hic ellipticus particulae usus apud Atticos. 2) Usurpatur particula, ut Lat. *nam*, in interrogationibus, ubi ejus vis ita est explicanda, ut sententia quaedam ejusmodi: *interrogandus mihi es, nescio enim, quis* etc. subaudiatur: at frequenti usu factum est, ut vix in omnibus locis ellipsis possit adhiberi. Ponitur autem hoc γάρ non nisi praevio vocabulo interrogativo, ut τίς, πῶς, πῆ, e. g. τίς γάρ σε ἧκεν, Il. 18, 182. ubi plena foret oratio: *Iris, interrogo te, nam scire cupio, quis te miserit?* cf. Od. 10, 383. Il. 1, 123. 10, 61. 414. Od. 15, 509. Praeter Homerum Attici quoque poetae hunc usum frequentant, Ar. Nub. 192. 201. 219. Huc pertinet etiam formula τί γάρ; *quid enim?* i. e. quid est enim, quod opponi possit? qua formula utuntur, qui de eo, quod dictum sit, nullam sibi dubitationem esse significare volunt, v. Heindorf Plat. Soph. p. 232. C. 3) Praeterea γάρ etiam cum aliis particulis conjungitur. 1) αἲ γάρ, αἲ γὰρ δή, εἰ γάρ, *utinam*, sequente optativo: sic etiam ἢ γάρ, Il. 1, 293. 2) ἀλλὰ γάρ, et ἀλλὰ γὰρ δή. Il. 15, 739. 23, 607. et ἀλλ' οὐ γάρ, Od. 19, 591. cf. ἀλλά. In his formulis γάρ caussam reddit oppositionis, quae inest particulae ἀλλά, v. Schaefer Mel. cr. p. 77. Elmsl. ad Heracl. 481. Buttmann ad Soph. Phil. 81. Potest autem ἀλλὰ γάρ verti *verum enim vero*. 3) γὰρ δή, Il. 23, 878. vel γὰρ δήπου, *nam utique*, *nam profecto*. Idem fere significat γάρ τοι, Od. 6, 29. 4) γὰρ οὖν, Il. 15, 232. Aesch. Eum. 374. Soph. Phil. 766. Eur. Bacch. 920. Electr. 290. Med. 585. Reddi debent hae particulae vel per *nam*, *enim*, vel per *igitur*, *itaque*. 5) γάρ που, fortasse enim. 6) καὶ γάρ vel γάρ τε, etenim, namque. – *Nota.* Γάρ nunquam periodum incipit: plerumque post primum, sed ab *Atticis* post secundum quoque, immo post tertium et quartum ponitur vocabulum. (In arsi Homerus particulam interdum producit.)

γαργαίρω, (γάργαρα) plenus sum, refertus sum, τινός.

γαργαλίζω, *Att.* pro γαγγαλίζω, quod vide.

γαργαλισμός, ὁ, titillatio.

γάργαλος, ὁ, idem.

γάργαρα, τά, copia, multitudo insignis. *Nom. propr.* Γάργαρον, τό, pars quaedam montis Idae.

γαργαρεών, ῶνος, ὁ, uva quae ultimo dependet palato: guttur.

γαργαρίζω, gargarizo, guttur eluo.

γαργαρισμός, ὁ, gargarizatio.

γαρίσκος, ὁ, piscis quidam. A seq.

γάρον, τό, vel γάρος, ὁ, garum, liquamen piscium sale conditorum.

γαρύω, *Dor.* pro γηρύω.

γαστερόχειρ, i. q. γαστρόχειρ.

γαστήρ, έρος, per syncopen γαστρός, ἡ, *dat. plur.* γαστράσι, (vel γαστῆρσι, Hippocr.) ἡ, venter; uterus: ventriculus, in quem cibus recipitur. Hinc γαστρός ἐγκρατής s. ἄρχων, γαστρός ἥττων, γαστρὶ δουλεύειν s. χαρίσασθαι, in quibus formulis γαστήρ ponitur pro edendi ciborumque cupiditate, et latine reddi potest per *gulam.* γαστέρι νέκυν πενθῆσαι, jejuniis lugere mortuum, Il. 19, 225. – γαστήρ etiam significat: ventri deditus, helluo, ut in Epimenidis versu Tit. 1, 12.

γάστρα, *Ion.* γάστρη, ἡ, fundus vasis, navis et similium. 2) vas ventricosum.

γαστρίδιον, τό, *Dim.* i. q. γαστρίον.

γαστρίζω, (γαστήρ) ventrem expleo: opipare et laute accipio. 2) in ventrem caedo, de gladiatoribus, Ar.

γαστρίμαργος, ον, (μάργος) gulosus, cibi avidus: *Subst.* γαστριμαργία, ἡ, ingluvies, helluatio.

γαστρίον, τό, *Dim.* a γαστήρ et γάστρα.

γάστρις, ιος, ὁ, ἡ, gulosus, ventri deditus, helluo.

γαστρισμός, ὁ, (γαστρίζω) ventris impletio, ingluvies.

γαστροβαρής, ές, (βαρύς) gravidus.

γαστροειδής, ές, formam ventris habens, ventrosus.

γαστροκνημία, ἡ, vel γαστροκνήμιον, τό, (κνήμη) sura, pars tibiae posterior, a similitudine ventris.

γαστρολογία, ἡ, liber de ventris cupediis; ridiculi caussa sic inscriptum Archestrati opus.

γαστρολόγος, ον, (λέγω) qui de rebus ventri gratis disserit easque exponit.

γαστρομαντεύομαι, e ventre vaticinor.

γαστρονομία, ἡ, (νόμος) leges de ventre alendo; inscriptio jocosa libri Archestrati, qui et γαστρολογίας titulum habebat.

γαστροπίων, ον, (πίων) qui pingui ventre est. (- ⏑ - -)

γαστρόφιλος, ον, ventri deditus.

γαστροφορέω, in ventre fero; in utero gero, de muliere gravida.

γαστροχάρυβδις, ὁ, ἡ, cujus venter Charybdis instar est voracissimus.

γαστρόχειρ, ὁ, ἡ, manuum labore vivens: dicitur et χειρογάστωρ.

γαστρώδης, ες, i. q. γαστροειδής.

γάστρων, ωνος, ὁ, i. q. γάστρις, gulosus, ventri deditus: adeps.

γατομέω, i. q. γητομέω.

γαυλικός, ή, όν, ad γαῦλον pertinens, navalis.

γαυλίς, ἡ, i. q. γαυλός.

γαυλιτικός, ή, όν, i. q. γαυλικός.

γαυλός, ὁ, mulctra, mulctrale: situla.

γαῦλος, ὁ, navigii genus, inpr. navis oneraria, v. Wesseli g. ad Hdt. 3, 136. (Apud eundem 8, 97. Schweighaeuserus γαυλούς scribit, ubi intelliguntur naves.)

γαῦραξ, ᾶκος, *Ion* γαύρηξ, ὁ, (γαῦρος) homo vanus et superbus.

γαυρίαμα, τό, superbia, gloriatio.

γαυριάω, glorior, superbio, efferor, me jacto: ferox sum, ferociam et licentiam quovis modo ostento, exsulto: sic etiam in *Medio*, inprimis de bestiis, v. Schol. Aesch. Eum. 56.

γαυριότης, ἡ, superbia, elatio animi, ferocia.

γαῦρος, ον, superbus, elatus, ferox: fortis: arrogans.

γαυρόω, superbum reddo, extollo ad arrogantiam. *Med.* i. q. γαυριάω, cum fastu incedo, superbio.

γαύρωμα, τό, id quo quis superbit.

γαυσάπος, et γαυσάπης, ὁ, gausapa, gausape.

γαυσός, ή, όν, *Aeolice* γαῦσος, η, ον, curvus, tortuosus, i. q. γαμψός, cum quo ejusdem est radicis.

γαυσόω, incurvo, curvum facio.

* γάω, thema *obsoletum*, unde deducitur perfectum poeticum γέγαα, pro γέγονα, pertinens ad verbum γίγνομαι, quod vide. Γέγαα, natus sum: sum, vivo, de hominibus tantum dicitur. Homerus has tantum formas usurpat: 3 plur. ind. γεγάασι, (⏑ ⏑ - ⏑) tertiam dualis in compositis; et participii accus. masc. sing. et plur. γεγαῶτα, γεγαῶτας. Femininum γεγαυῖα occurrit in hymnis. Infinitivum γεγάμεν, quem Homerus in Compositis tantum usurpavit, habet Pind. P. 9, 164. qui praeterea O. 6, 83. infinitivo γεγάκειν (⏑ - -) pro γεγονέναι utitur. Ex γεγαώς, per contractionem ortum est Atticum γεγώς, γεγῶσα, γεγώς. – Contra regulam formata est 2. plur. γεγάατε (⏑ ⏑ - ⏑) Batr. 143. cf. Epigr. Hom. 16, 3. ἐκγεγάατε.

* γάω, radix *obsoleta*, i. q. χανδάνω, unde γαστήρ, γαυλός.

γδοῦπος, γδουπέω, *poet.* pro δοῦπος, δουπέω, in compositis praesertim, ut ἐρίγδουπος et ἐριγδουπέω.

γέ, particula enclitica, quae eas partes enunciationum, quibus apponitur, a reliquis distinguit. Haec distinctio autem duplici modo fieri potest, aut ut minimum, aut ut maximum significetur: quo fit, ut γέ videri possit contrarias habere signifi-

cationes, *quidem*, *saltem*, *certe* et *vel* sive *etiam*. I) Ac primo quidem, idque plerumque, minimum indicatur, ut γέ sit *quidem*, *certe*, *saltem*, restringiturque oratio ad unum aliquid, quod nunc maxime respicimus, nihil curantes, quid de aliis rebus praedicetur: οὐ δύο γε, ne duo quidem, Il. 20, 286. τῶν γε πολυτελῶν ὀσμῶν τούτων, αἷς χρίεσθε, τοὺς πλησιάζοντας οἶμαι μᾶλλον ἀπολαύειν ἢ αὐτοὺς ὑμᾶς, ex unguentis saltem illis pretiosis, Xen. Hiero 1, 24. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴποι λεὼς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά, hic quidem Eumenides vocantur: verum alia alibi usitata sunt, i. e. alii eas eodem an alio nomine vocent, non quaero, Soph, O. C. 42. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε, si non summam, saltem partem, Demosth. Jam vero illud vocabulum, ad quod particulae hujus accessione tota oratio restringitur, ante reliqua maxime eminet: itaque γέ additur frequentissime ei orationis vocabulo, in quod maximum cadit pondus. Sic plerumque additur pronominibus personalibus praesertim, relativis et demonstravis: ἔγωγε, ego quidem, equidem: σύ γε, tu quidem: eodem modo ponitur particula post ὅς, οὗτος, αὐτός, ἕτερος, ubi fere eandem habet vim, atque Latinorum enclitica *ce* in *hicce*. Hac significatione Attici γέ post demonstrativa mutant in γί, e. g. τουτογί, ταυταγί. (γι producitur.) In responsionibus καὶ πάνυ γε, καὶ δικαίως γε, particula fortius affirmat. II) Altera significatio est, ut γέ id, quod maximum est, a reliquis minoribus distinguat. Latine particula in hac significatione potest reddi 1) per pronomen *ipse*: ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν, ipsius Amphiarai caussa veni, Eur. Suppl. 158. καὶ μή γ' ἐπ' οἰκτόν μ' ἔξαγε, id ipsum, ne me ad luctum commove, Eur. Ion. 361. καὶ μή γ' ἀμύνων πατρὶ δυσσεβὴς ἔσει, id ipsum, impius eris, si patrem non ulciscaris, id El. 976. 2) per *vel* sive *etiam*: εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει; sed vel in suum ipsius templum fulmen conjicit, Ar. Nub. 399. χαὐτή γε λυπεῖ, et tu vel ipsa doles, Eur. Med. 1361. III) Conjungitur γέ cum aliis quoque particulis: sic ἀλλὰ μήν, καὶ μήν, οὐ μὴν frequenter dicuntur sequente γε sed ita ut inter μήν et γε aliud interponatur vocabulum, v. Pors. ad Eur. Phoen. 1638. γε δή, profecte saltem, omnino: γέ τοι, γέ τοι δή, γέ μέντοι, et μέντοι γε. certe tamen, tamen certe: γε μὴν et μήν γε, profecto saltem: γε οὖν pro γοῦν raro dicitur, frequentius γ' ἂν οὖν; Schaef. ad Dionys. de compos. p. 271 seq. - De usu particulae γέ vide inprimis Hermannum ad Vig. p. 824. seq. unde nos nostra fere excerpsimus. Apud seriores multo rarius haec particula invenitur, quam apud antiquiores, Atticos praesertim.

γέα, ἡ, rarior forma pro γῆ.

γεάοχος, ον, *Dor.* pro γαιήοχος, terram complectens.

γεγάατε, γεγάασι, vide γάω.

γεγᾱθέω, *Dor.* pro γηθέω, Epicharm.

γεγάκειν, γεγάμεν, *inf.* a γέγαα, vide γάω.

γεγαώς, υῖα, ός, part. a γέγαα, vide γάω.

γέγειος, ον, *Ion.* pro ἀρχαῖος.

γέγηθε, γεγήθει, perf. et plusqpf. a γηθέω, Hom.

γεγηθότως, *adv.* a part. perf. verbi γηθέω, cum gaudio, cum laetitia.

γέγονα, perf. a γίγνομαι.

γέγωνα, perfectum 2. significatione praesentis, unde part. γεγωνώς. Reliqua tempora formantur a quasi praes. γεγώνω vel γεγωνέω, nempe inf. γεγωνεῖν, imperf. ἐγέγωνον vel γεγώνευν pro ἐγεγώνεον, et 3 sing. ἐγεγώνει, Hom. Pro ἐγεγώνει autem dicitur etiam γέγωνε, quae forma ap. Hom. praesentis, aoristi et imperfecti significatione occurrit. Significat *clamo*, *vociferor*: ὅσσον τε γέγωνε βοήσας, ex quo spatio clamans audiri et intelligi potest, Od. οὔπως οἱ ἦν βώσαντι γεγωνεῖν, non licebat ei clamanti sic clamare, ut exaudiretur procul, Il. 12, 337. clara voce eloquor et nuncio, Aesch. acclamo alicui, τινί, Hom. θεοῖσι μετ' ἀθανάτοισι γεγώνευν, ad deos immortales clamavi, Od. 12, 370. Cum accus. pers. proclamare, carmine celebrare, Pind. λόγον γεγωνεῖν, sermonem edicere, Soph. - Apud Eur. Or. 1224. γέγωνε est imper, praes. (Thema secundum Eustathium est γνώω, unde perf. γέγνωκα et per metathesin γέγωνα: radix autem esse videtur γιγνώσκω, quum primitiva significatio sit: vociferor ut intelligar.)

γεγωνάω, i. q. γέγωνα, Aesch. *dub.*

γεγωνέω, v. γέγωνα.

γεγώνησις, ἡ, vociferatio, altus clamor.

γεγωνίσκω, i. q. γέγωνα, renuncio, enarro, Aesch. Pr. 628. Thuc. 7, 76.

γεγωνός, όν, adjectivum a part. γεγωνώς, sicuti ἀραρός, όν, ab ἀραρώς factum, alto clamore enunciatus, clare pronunciatus, v. Valck. ad Eur. Hippol. 584. comp. γεγωνότερος, Schaef. Greg. p. 492.

γεγώνω, v. γέγωνα.

γεγώς, ῶσα, ώς, part. perf. *Att.* a γίγνομαι, pro γεγονώς, γεγαώς, vide γάω.

γεηπόνος, γεηπονικός, γεηπονία, i. q. γεωπόνος, etc.

γεηρός, όν, (γέα) terreus, terrestris.

γέθεν, *Aeol.* pro ἔθεν nisi potius scribendum sit Ϝέθεν, praefixo digamma Aeolico, v. Bast. ad Greg. p. 884.

γειαροτήρ, et γειαρότης, ὁ, (ἀρόω) agricola.

γείνομαι, gignor, nascor: γεινόμενος, natus, Hom. Hac in significatione praesens et imperfectum, et quidem solis poetis, in usu sunt. 2) Aor. 1. *med.* ἐγεινάμην, γείνασθαι significat idem quod γεννάω, pario, gigno, procreo, de mare et femina, Hom. οἱ γεινάμενοι, parentes: hoc modo etiam a prosae orationis scriptoribus hoc verbum usurpatur. Notandum est, hanc activam significationem etiam obtinere in 2. praes. γείνεαι, Od. 20, 202. (Radix est *obsoletum* thema γένω.)

γειόθεν, *adv.* i. e. γαίηθεν, γῆθεν.

γειοκόμος, ον, (κομέω) agricola.

γειομόρος, γειοπόνος, γειοτόμος, i. q. γεωμόρος, etc.

γειοφόρος, ον, (φέρω) terram ferens, Anth.

γείσιον, τό, *Dim.* a γεῖσον, suggrundium.

γεισιποδίζω, suggrundio fulcio.

γεισιπόδισις, ἡ, suggrundatio.

γεισιπόδισμα, τό, suggrundiorum fulcrum.

γεισίπους, οδος, ὁ (πούς) idem quod γεισιπόδισμα.

γεῖσον, τό, vel γεῖσσον, τό, suggrunda, suggrundium, i. e. pars tecti prominens, qua stillicidia a parietibus arcentur. 2) quodcunque suggrundiorum in modum propendet; ut γεῖσα ὀφρύων, ille quasi projectus frontis, cui oculi subsunt. Invenitur et ὁ γεῖσσος apud LXX. (Melius haec vox cum derivatis simplici sigma scribitur, quam duplicato, v. Jacobs A. P. p. 640.)

γεισόω vel γεισσόω, suggrunda munio. 2) in suggrundae modum conformo.

γείσωμα vel γείσσωμα, τό, i. q. γεῖσον, grunda, suggrundatio.

γείσωσις, vel γείσσωσις, ἡ, suggrundatio.

γείταινα, ἡ, *fem.* a γείτων, vicina.

γειτεία, i. q. γειτονία, vicinitas.

γειτνιάζω et γειτνιάω, vicinus sum; affinis, cognatus sum, τινί.

γειτνίασις, ἡ, vicinitas, propinquitas.

γειτονεύω et γειτονέω, i. q. γειτνιάζω.

γειτόνημα, τό, vicina regio, vicinia, vicinitas.

γειτόνησις, ἡ, vicinitas.

γειτονία, ἡ, vicinitas.

γειτονιάω, i. q. γειτνιάζω.

γειτόσυνος, ον, vicinus, propinquus.

γείτων, ονος, ὁ, vicinus. 2) *adj.* ὁ, ἡ, vicinus, propinquus, affinis: sic primum ap. Pind. ἐν γειτόνων, in vicinia: ἐκ γειτόνων, e vicinia, prope, ex adversum: *metaph.* similis, affinis, cognatus. *Constr. c. gen.* et *c. dat.*; v. Ast ad Plat. legg. 4, 1.

γειωπείνης, ὁ, i.q. γεωπείνης.

γελάζω, i. q. γελάω, Gramm.

γελανής, ές, (γελάω) hilaris; ridens, Pind. (⏑ – –)

γελασείω, *Desiderat.* a γελάω, ridere gestio.

γελάσιμος, ον, ridiculus, ridendus: pro quo Attici dicunt γέλοιος. (⏑⏑⏑⏑)

γελασῖνος, ὁ, (γελάω) risor. *fem.* γελασίνη. 2) οἱ γελασῖνοι, dentes qui in risu nudantur: rugae et veluti sulculi, qui in ore ridentium fiunt.

γέλασμα, τό, risus: usurpatur etiam de strepitu vel motu undarum, Aesch. Prom. 90. cf. Wakefield ad Lucret. 1, 8.

γελαστής, ὁ, risor, irrisor.

γελαστικός, ή, όν, ridendi facultate praeditus, proclivis ad ridendum.

γελαστός, ή, όν, risu dignus.

γελαστύς, ἡ, *Ion.* pro γέλως.

γελάω, f. γελάσομαι, rar. γελάσω, *Dor.* γελάξω, aor. ἐγέλασα, *poet.* ἐγέλασσα, *rideo*, de aliqua re, ἐπί τινι, Hom. τινί, Ar. ἁπαλὸν γελᾶν, molliter ridere, Hom. sic quoque ἡδὺ γελᾶν, ἀχρεῖον γελᾶν, ἀλλοτρίοις γνάθμοις γελᾶν, Σαρδάνιον γελᾶν, Hom. quarum loquutionum explicationes quaere sub adjectivis. *Metaph.* ἐγέλασσε φίλον κῆρ, cor risit s. gavisum est, Hom. sic quoque de rebus inanimatis ἐγέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών, Il. 19, 362. Hinc γελάω significat: hilaris sum, arrideo, τινί. 2) *transit.* rideo aliquem, irrideo alicui, τινά, Theocr. 20, 1.

γέλγη, τά, omnis generis merces, scruta. 2) forum, ubi merces hujusmodi venales prostant. Forma ἡ γέλγη valde est suspecta.

γελγιδόομαι, (γελγίς) in γελγῖδας evado, in nucleos seu spicas divido et discernor. A seq.

γελγίς, ῖδος s. ῖθος, vel γέλγις, εως, ἡ, spica, nucleus allii, caput allii.

γελγοπωλέω, (γέλγη) scruta vendo. A seq.

γελγοπώλης, ὁ, scrutorum venditor: *fem.* γελγόπωλις. ιδος.

γελοιάζω, ridicula dico, jocor, derideo.

γελοιασμός, ὁ, jocatio, risus, derisio.

γελοιαστής, ὁ, facetus, scurra. 2) derisor

γελοιάω, ήσω, *poet.* pro γελάω, unde γελοίων, imperf., Od. 20, 347. γελοιήσασα, Hom. h. Ven. 49. cf. γελοίωντες.

γελοίϊος, *poet.* pro γελοῖος, Il. 2, 215.

γελοιομελέω, (μέλος) ridicula vel faceta carmina compono.

γέλοιος, α, ον, risu dignus, ridiculus, ridendus. 2) risum movens, jocosus, facetus. Scribitur et γελοῖος, quod distinguitur ab altera forma a Grammaticis, quorum alii γέλοιον Attice, γελοῖον vulgariter scribi, alii eum, qui risum movet vel captat, γέλοιον, sed risu dignum et ridiculum γελοῖον dici tradunt: contra quidam modo γελοῖον antiquis Atticis adscribunt, γέλοιον recentioribus, modo γελοῖον eum, qui risum moveat, γέλοιον ridendum dici volunt, v. Koen. ad Greg. p. 26. Nunnes. ad Phryn. p. 97. (227. Lob.) Sed ipsa haec sententiarum diversitas ostendere videtur, Graecos nullum fere inter utramque formam discrimen statuisse.

γελοιότης, ἡ, ridiculum rei.

γελοιώδης, ες, risu dignus, ridiculus.

γελοίωντες, Od. 20, 390. *poet.* pro γελόωντες, γελῶντες: huc fortasse quoque pertinet γελοίων, Od. 20, 347. pro ἐγέλων positum, quod tamen etiam esse potest a γελοιάω. Ab aliis scribitur γελώωντες, γελώων. Contr. Od. 18, 111. γελώοντες legitur, *poet.* pro γελόωντες, γελῶντες.

γέλος, ὁ, *Aeol.* pro γέλως, v. Gregor. p. 664. ed. Schaef. coll. p. 608. Sic legebatur ante Wolfium Od. 20, 346.

γελόω, γελόωντες, *poet.* pro γελάω, γελῶντες, Od.

γελωμιλία, ἡ, ridendi societas, vox Com. ap. Ammian. ep. 25.

γελώοντες, *poet.* pro γελόωντες, Od. 18, 111. cf. γελοίωντες.

γέλως, ωτος, ὁ, *acc.* γέλωτα, *Att.* γέλων, *risus*, Hom. πολύς γέλως, Plat. Charm. p. 155. B. Ar. Eccl. 379. Eq. 319. Eur. Ion. 1172. pro quo urbani sermonis venerum sectatores dicere solebant πλατὺς γέλως, Lob. Phryn. p. 472. γέλωτα παρέχω, παρασκευάζω, ποιῶ, risum praebeo, moveo, me deridendum praebeo: γέλωτα ποιοῦμαι s. τίθεμαί τινα, ἐν γέλωτι τίθεμαί τι, εἰς γέλωτα τρέπω τι, derisui et ludibrio habeo aliquem s. aliquid: γέλως ἐστί, ridiculum est, Demosth. Dicitur etiam γέλως de leni undarum strepitu et maris sereoitate, sicuti γέλασμα. 2) res ridicula. 3) hilaritas. *Nota.* In Homero Wolfius dativum apocop. γέλῳ pro γέλωτι restituit Od. 18, 100, pro quo Buttmannus gramm. plen. I. p. 213. γέλῳ scribendum esse censet; et accusativum apoc. γέλω pro γέλωτα 20, 8. 346.

γελωτοποιέω, risum cieo seu excito: dictis vel factis risum capto: scurram ago, scurrilia loquor, Plat.

γελωτοποιΐα, ἡ, scurrilitas.

γελωτοποιός, όν, risum movens, scurriliter agens. *Subst.* ὁ, scurra.

γεμίζω, (γέμω) impleo, onero, τινά τινός.

γεμιστός, ή, όν, impletus, refertus.

γέμος, τό, i. q. γόμος: viscera, quae alvum implent, Aesch. Ag. 1232.

γέμω, plenus, onustus sum, τινός. H. Stephanus putat proprie hoc verbum dici de navi oneraria, tum vero ad alias res tranferri: cujus sententiae praesidium quaerit in significatione vocis γόμος. Neque negari potest, γέμειν frequenter adhiberi de navibus; non tamen hanc notionem voci primitus inesse crediderim.

γένα, *Ion.* γένη, ἡ, i. q. γέννα, Callim.

γενάρχης, ὁ, (γένος, ἄρχω) gentis et familiae auctor, princeps generis.

γενεά, *Ion.* γενεή, ἡ, (γένος) generatio, natales: νεώτατος γενεῇ, minimus natu, Hom. Dicitur etiam de rebus inanimatis, genitura, φύλλων γενεή, Il. 6, 146. ἀπὸ γενεᾶς, ab ortu: a natalibus, a puero. 2) generatio, genus, praecipue genus nobile: γενεῆς καὶ αἵματος, Il. 6, 211. γενεῇ ὑπέρτερος, superiore loco natus. Il. 11, 780. 3) aetas hominum, δύο γενεαί μερόπων ἀνθρώπων, Il. ι, 250. ἐς δεκάτην γενεήν, Od. 14, 325. 19, 294. Secundum Herodotum tres γενεαί efficiunt unum saeculum, 2, 143. cf. Il. 2, 251. Hinc in universum: aetas, saeculum, ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, nostro saeculo, nostra memoria. Sunt etiam γενεαί singuli gradus in aetate hominis, septenum quisque annorum, inpr. ap. Medicos. 4) genus, progenies, posteritas, posteri, Plut.

γενεᾱλογέω, (λόγος) genus recenseo, generis seriem deduco: τινά, natales progenitorum alicujus investigo, originem alicujus exquiro.

γενεᾱλόγημα, τό, generis tabula.

γενεᾱλογία, ἡ, generis recensio vel deductio, genealogia.

γενεᾱλογικός, ή, όν, ad generis recensionem sive ad genealogiam pertinens.

γενεᾱλόγος, ὁ, (λέγω) qui originem et genus alicujus recenset.

γενεάρχης, ὁ, i. q. γενάρχης.

γενεῆθεν, *adv.* a γενεή, genere.

γενέθλειος, α, ον, *Ion.* γενεθλήϊος, i. q. γενέθλιος.

γενέθλη, ἡ, origo, generatio, genus, progenies, Hom. etiam de equis, Il. 5, 270.: proventus. ὅθεν ἀργύρου ἐστὶν γενέθλη, Il. 2, 857.

γενέθλια, τά, v. γενέθλιος.

γενεθλιάζω, natalitia ago.

γενεθλιακός, ή, όν, ad natalitia eorumve celebrationem pertinens.

γενεθλιαλογέω, (λόγος) exerceo artem e natali die fata hominum colligendi, et ex arte quaestum facio.

γενεθλιαλογία, ἡ, praedictio e natali die, notatio e sideribus natalitiis.

γενεθλιαλόγος, ὁ, qui praedictiones e natali die facit.

γενεθλιάς, άδος, *fem.* ab *adj.* γενέθλιος: *Subst.* ἡ, sc. ἡμέρα, dies natalis, nativitas.

γενεθλίδιος, ον, i. q. γενέθλιος.

γενεθλιολογία et γενεθλιολόγος, i. q. γενεθλιαλογία, γενεθλιαλόγος.

γενέθλιος, ον, vel ία, ον, natalis, natalitius: ἡμέρα, dies natalis, etiam omisso ἡμέρα: τὸ γενέθλιον, dies natalis. τὰ γενέθλια, natalitia, celebratio diei natalis, donum, quod die natali datur, quod Aesch. Eum. 7. γενέθλιον δόσιν vocat: γενέθλιος δαίμων, genius natalis, qui totius vitae fata regit: γενέθλιοι θεοί, penates, dii patrii: γ. αἷμα, genus paternum vel maternum, Aesch. Choe. 909. Eur. Or. 89. 2) *act.* generans, progignens.

γένεθλον, τό, i. q. γενέθλη, genus, filius vel filia, proles, Trag.

γενειάζω, f. άσω, (γένειον) pubesco, de puero, cujus malis lanugo incipit obrepere: barbatus sum.

γενειάς, άδος, ἡ, lanugo, barba, Od. 2) genae, Orph. Arg. 881.

γενειάτης, f. ᾶτις, *Ion.* γενειήτης, f. ῆτις. vel γενεᾶτις, barbatus.

γενειάω, ήσω, pubesco; barbatus sum, Od. 18, 176. 269.

γενειήτης, vide γενειάτης.

γένειον, τό, mentum, Hom.: apud seriores etiam gena, maxilla. 2) barba, Hom. (Radix esse videtur γένος, quoniam barba generis est index.)

γενέσθαι, *inf.* aor. a γίγνομαι.

γενέσια, τά, vide γενέσιος.

γενεσιάρχης, ὁ, originis seu generis auctor.

singulos deinceps ire jubere, Xen. Cyr. 2, 4, 2. sic ἐπὶ τριῶν, ternos; ἐπὶ τεττάρων, quaternos, Xen., Thuc. c) ἐπὶ πολλῶν, coram multis. ἐπὶ μαρτύρων, coram testibus. d) οἱ ἐπὶ πραγμάτων, quorum curae negotia publica mandata sunt, Dem. οἱ ἐπὶ σκηνῆς, histriones, v. Bast. append. ep. cr. p. IV. seq. 2) de motu in locum jam apud Homerum frequenter reperitur inpr. cum verbis ἱκέσθαι, πέμπειν, ἄγειν, al. γεγωνεῖν ἐπ' Αἴαντος κλισίης, clamare, ut exaudiatur vox in Ajacis tentorio s. ut penetret vox usque ad tentorium, Il. 8, 224. ἐπὶ Λυδίας οἴχεσθαι, abire in Lydiam, Xen. Cyr. 6, 1, 25. ἐπὶ Σάρδεων φεύγειν, Sardes fuga petere, ib. 7, 2, 1. cf. Hdt. 1, 1. 2, 75. 119. 4. 14. 5, 53. 64. 3) de tempore, quo quid factum est: ἐπ' εἰρήνης, pace: ἐπὶ πολέμου, dum bellum geritur: ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, tempore priorum hominum, Il. 5, 637. ἐπὶ Κέκροπος, Cecropis tempore, Hdt. 8, 44. cf. 1, 15. 38. 55. 56. 65. 94. 1 in. 2, 4. 46. 4, 5. ἐπὶ Κύρου, Cyro imperante, Xen. Cyr. 8, 4, 5. Etiam alia ratione ἐπὶ c. gen. dicitur de tempore, ut ἐπ' ἡμέρης ἑκάστης, singulis diebus, Hdt. 5, 117. 4) de caussa: ἐφ' ἑαυτοῦ, sponte. Frequentatur inpr. ἐπὶ c. gen., ubi significatur, unde alieni sive rei sive personae nomen aliquod aut cognomen fuerit impositum, Hdt. 1, 94. 2, 57. ἐπ' ὅτεο, cur, Hdt. 4, 45. Sic ἐπ' ἀδείας, ἐπ' ἐξουσίας, intrepide, libere. II. *Cum dativo* dicitur 1) de loco, *apud*, *ad*: ἐπὶ ταῖς θύραις, ad fores, Xen. ἐπ' ἔργῳ, in opere, Od. 16, 111. ἐπὶ πᾶσι, omnino, Il. 4, 178. ἐπὶ φρεσὶ θεῖναι, in animo ponere, Il. 1, 55. Saepe verti debet *adversus*, *contra*, Il. 1, 382. 3, 15. Od. 22, 8. Hdt. 4, 154. 6, 88. 2) significat accessionem, ἐπὶ τοῖσι, praeterea, Od 24, 277. ἐπὶ εἴδει τῷδε, praeter hanc pulchritudinem, Od. 17, 308. ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, alius super alium, cf. Od. 7, 120. 3) de tempore, ἐπὶ νυκτὶ, noctu, Il. 8, 529. ἐπ' ἤματι τῷδε, hoc die, Il. 13, 234. 19, 410. ἐπ' ἤματι, quotidie, Od. 2, 284. 14, 105. ἐπὶ τῷ δείπνῳ, inter coenandum, Xen. ἐπὶ τούτοις, postea, tum, Xen. Cyr. 5, 5, 21. 6, 3, 10. 4) de fine, ἐπὶ δόρπῳ, ad coenandam, Od. 18, 44. ἐπὶ Πατρόκλῳ, in Patrocli honorem, Il. 23, 776. ἐπὶ τῇ πορείᾳ θύεσθαι, itineris suscipiendi caussa rem divinam facere, Xen. Cyr. 2, 4, 18. 5) de caussa, *de*, *propter*, γελᾶν ἐπί τινι, ridere de aliquo, Hom. ἐπὶ τῇ θέᾳ αὐτοῦ, propter contemplationem ejus, Xen. ἐπὶ δίκῃ, ob judicium, Xen. Cyr. 1, 3, 16. 6) de quavis conditione, ἐπὶ τούτοις, his conditionibus; sic ἐφ' ᾧ vel ἐφ' ᾧτε, ea conditione, ut, — cf. Matthiae gr. gr. p. 661. Herm. Vig. p. 860. ἐπ' ἐμοί ἐστιν, penes me est, sequente inf. Hdt. 7, 52. Xen. III. *Cum accusativo* 1) de motu in locum, *ad*, *in*: ἐπὶ λόφον καταφεύγειν, in collem fugere, Xen. Sic etiam transfertur ad consilium s. finem, ut ἐπὶ τί; cur? ἐπὶ κατασκοπήν, speculandi caussa, Xen. Jungitur etiam cum verbis quiescendi, quae sic motus notionem accipiunt, ut παρεῖναι ἐπὶ τὰς θύρας, comparere in atrio regiae, Xen. ἐπὶ ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, novem jugera jacens implebat, Od. 11, 577. ὁρᾶν ἐπὶ πόντον, prospicere supra mare, Hom. 2) de tempore, *in*, ἐπὶ πολλὸν χρόνον, in multam tempus, Od. 12, 407. similiter ἐπὶ δηρὸν, ἐπὶ χρόνον, per aliquod tempus, Il. 9, 415. 2, 299. ἐφ' ἡμέραν ἀρκεῖν, in diem, Xen. Indicat etiam finem temporis, *usque ad*, ἐπ' ἠῶ, ad auroram usque, Od. 7, 288. ἐπὶ γῆρας, ad senectutem usque, Od. 8, 226. 3) Cum neutro adjectivi habet varius usus, et potest plerumque adverbio reddi, ἐπ' ἴσα, aequaliter, aequo Marte, Il. 12, 436. ἐπὶ πολύ, longe, Xen. Cyr. 3, 4, 45. ἐπὶ μακρὸν πορεύεσθαι, longo agmine procedere, Xen. cf. Herm. Vig. p. 628. — Postponitur saepe substantivo, ubi scribendum ἔπι per anastrophen. IV. *Adverbialiter* sine casu invenitur ap. Hom. *praeterea*, *ad haec*, *ex adverso*, *e contrario*. V. In compositione, cum verbis praesertim, significat *insuper*, *praeterea*, *ad*, *contra*, vel *rursus*, *iterum*. Non tamen semper commode exprimi potest in latina lingua. Si numeralia cum praep. ἐπὶ componuntur, unum significatur et ejus pars, quotam numerus cum ἐπὶ compositus indicat, v. ἐπίτριτος, ἐπόγδοος, al. Comparativos auget, ut in ἐπιμᾶλλον, ἐπιπλέον. (⏑⏑)

ἔπι, per anastrophen pro ἐπὶ saepe ponitur pro ἔπεστι, adest, reperitur, *c. dat.*

ἐπιᾶγή, ἡ, (ἄγνυμι) i. q. ἐπικαμπή.

ἐπιάλλομαι, *poet.* p. ἐφάλλομαι, hinc part. aor. *syncop.* ἐπιάλμενος p. ἐπάλμενος, Hom.

ἐπιάλλω, (ἰάλλω) immitto, Od. 22, 49.

ἐπιάλτης, ου, ὁ, qui insilit: incubus, *Aeol.* p. ἐφιάλτης.

ἐπιανδάνω, complaceo, gratus sum, *poet.* p. ἐφανδάνω.

ἐπιαύω, (ἰαύω) dormio inter, vel apud, indormio.

ἐπιάχω, (ἰάχω) acclamo. Hom. (⏑⏑⏑ –, sed per augmentum producitur jota.)

ἐπιβάθρα, ας, ἡ, pons, qui machinis admovetur ad muros urbium scandendos, vel e navi in terram continentem. 2) aditus ad rem v. c. scientiam. 3) basis.

ἐπίβαθρον, ου, τό, naulum. 2) τὰ ἐπίβαθρα, sc. ἱερά, sacrifia oblata, quum conscendebatur navis. 3) locus, cui insistimus.

ἐπιβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω, irreg.) conscendo; adeo, sc. negotium, versor in re aliqua; invado, ingredior, accedo. Construitur ap. Hom. plerumque *c. gen.* raro *c. accusativo*; qui casus *serioribus* est usitatior. In *temp. trans.* significat conscendere facio: etc. cf. βαίνω.

ἐπιβακχεύω, laeta voce acclamo.

ἐπιβάλλω, f. λῶ, (βάλλω, *irreg.*) injicio: impono, velut mulctam, tributa: addo: imprimo sc. annulum signandi caussa, notam nummo, aut alii rei: contendo aliquo: urgeo, ingruo, invado: aggredior. capesso: subsequor praecedentem, orationem, etc. animum adverto, operam do, ubi supple νοῦν. τὰ ἐπιβάλλοντα, quae ad nos pertinent officia, vel debentur nobis; et sic fere etiam in *medio*. Constr. *c. dat. pers.* et *acc. rei.*

ἐπίβᾶλος, ον, digitus penultimus.

ἐπιβαπτίζω, immergo.

ἐπιβάπτω, f. ψω, immergo, submergo.

ἐπιβᾰρέω, *rarior forma* p. ἐπιβαρύνω.

ἐπιβαρύνω, (βαρύνω) insuper gravo, adgravo, onero: molestus sum, gravi damno afficio.

ἐπιβάσια, ἡ, et

ἐπίβασις, εως, ἡ, (ἐπιβαίνω) scansio: gradus, incessio; iter: actio: invasio: basis, fundamentum.

ἐπιβάσκω, (βάσκω) *poet.* p. ἐπιβαίνω, induco, Il. 2, 234.

ἐπιβαστάζω, (βαστάζω, *irr.*) fero in, v. c. manibus.

ἐπιβατεύω, (βατεύω) ingredior alicui rei, incedo, insisto, incumbo: occupo, mihi vindico, *c. gen.* Hdt. 3, 63. 67. inpr. navigio vehor, in navi milito, sum ἐπιβάτης. 2) ingredior aliquid, ineo, *c. gen.* rem veneream habeo, de animalibus, *c. acc.* 3) invado, conscendo, occupo, c. g. γῆς.

ἐπιβᾰτήριος, ον, scansorius, ad scandendum pertinens.

ἐπιβάτης, ου, ὁ, epibata, vector, sc. in navi. vid. ἔμπορος. 2) miles classiarius. (ᾰ)

ἐπιβᾰτικός, ή, όν, ad classiarios pertinens. οἱ ἐπιβατικοί, classiarii. A pr.

ἐπιβατός, ή, όν, ad quem patet accessus, qui adiri, conscendi potest.

ἐπίβδᾰ, ἡ, dies quarta et ultima Apaturiorum apud Athenienses: postriduana feriarum dies: dies secunda nuptiarum.

ἐπιβδάλλω, rursus mulgeo, a βδάλλω.

ἐπιβεβαιόω, et ἐπιβεβαιόομαι, auctoritatem addo, ratum facio, confirmo.

ἐπιβήτωρ, ορος, ὁ, (ἐπιβαίνω) qui navem vel equum conscendit, qui nave vel equo vehitur. 2) mobilis, agilis. 3) qui feminam conscendit.

ἐπιβιβάζω, f. άσω, impono, jubeo adscendere.

ἐπιβιβρώσκω, f. ἐπιβρώσω, (βιβρώσκω, *irr.*) insuper edo, edo una, velut obsonium cum pane.

ἐπίβιος, ον, (βίος) postea vivens, supervivens.

ἐπιβιόω, f. ώσομαι, (βιόω, *irreg.*) supervivo, ultra vivo, superstes sum.

ἐπιβλᾰβής, ές, (βλάβος) noxius, damnosus.

ἐπιβλαβῶς, *adv.* damnose, noxie.

ἐπιβλάπτω, f. ψω, insuper noceo et damnum infero.

ἐπιβλαστάνω, f. στήσω, (βλαστάνω, *irr.*) supergermino, insuper germino: refruticeo.

ἐπιβλάστησις, ἡ, secunda germinatio.

ἐπιβλαστικός, ή, όν, qui regerminat, vel regerminandi vim habet.

ἐπιβλασφημέω, convicior insuper, ultro, vel ob, post aliquod visum auditumve.

ἐπιβλέπω, inspicio, intueor: considero, diligenter expendo: respicio, *c. dat.* vel *c. gen.*

ἐπιβλεφᾰρίς, ίδος, ἡ, (βλεφαρίς) palpebra. Hinc ἐπιβλεφαρίδιος, ον, qui est in palpebra.

ἐπίβλεψις, ἡ, (ἐπιβλέπω) consideratio.

ἐπιβλήδην, *adv.* (ἐπιβάλλω) adjiciendo, injiciendo, respondendi ergo.

ἐπίβλημα, τό, additamentum, supplementum: panniculus ad sarciendam vestem: inserta purpura in fine vestis: pallium: ornamentum domus.

ἐπιβλής, ῆτος, ὁ, obex, pessulus. 2) *adj.* i. q. ἐπίβλητος.

ἐπίβλητος, ον, adventitius.

ἐπιβλύξ, *adv.* abunde, affluenter.

ἐπιβλύζω, (βλύζω) affluo.

ἐπιβόας, ὁ, valde strepens, clamosus. A seq.

ἐπιβοάω, f. ήσω, (βοάω, *irr.*) acclamo, τινί. *Med.* invoco, imploro, *c. acc.* θεούς, Hom. in auxilium advoco. 2) praedico, celebro, Thuc. 6, 16.

ἐπιβοήθεια, ἡ, auxilium, subsidium.

ἐπιβοηθέω, f. ήσω, ad auxilium ferendum supervenio, insuper auxilior, praeter alios subvenio.
ἐπιβόημα, τό, (ἐπιβοάω) acclamatio.
ἐπιβόησις, ἡ, acclamatio.
ἐπιβόητος, ον, famosus, in utramque partem, sed magis in malam.
ἐπίβοιον, τό, sc. θῦμα, (βοῦς) sacrificium, quod praeter, vel post bovis immolationem fit, Harpocr., Etym. M.
ἐπιβόλαιον, τό, velamen, amictorium, LXX.
ἐπιβολή, ἡ, (ἐπιβάλλω) injectio, impositio, quod superadjicitur ad supplendum rei alicujus defectum: applicatio mentis: impetus: inceptum, conatus: mulcta: tributum, vectigal, praestatio muneris: impressio notae in numo, nota ipsa, insigne, quo quem agnoscimus: institutum, consilium.
ἐπίβολος, ον, compos, qui aliquid adeptus est: qui aliquid adipisci studet.
ἐπιβόλως, *adv.* ingeniose, sapienter: feliciter.
ἐπιβομβέω, f. ήσω, bombis adsono: bombos edo, strepitum facio.
ἐπιβόσκησις, ἡ, depastio.
ἐπιβοσκίς, ίδος, ἡ, proboscis. A seq.
ἐπιβόσκω, f. βοσκήσω, (βόσκω, *irr.*) pasco in aliquo loco, de pastore. *Med.* pascor, depascor alicubi: luxurior in aliqua re, exsatior aliqua re.
ἐπιβουκόλος, ου, ὁ, bubulcus.
ἐπιβούλευμα, τό, insidiae: molimen, adgressio, conatus.
ἐπιβούλευσις, ἡ, insidiae.
ἐπιβουλευτής, οῦ, ὁ, insidiator.
ἐπιβουλευτός, ή, όν, insidiis obnoxius.
ἐπιβουλεύω, f. εύσω, insidias struo; insidiose molior: consilium capio, delibero: *c. dat. pers.* et *acc. rei.*
ἐπιβουλή, ἡ, consilium adversus aliquem initum, insidiae.
ἐπιβουλία, ἡ, idem.
ἐπίβουλος, ον, insidiosus.
ἐπιβούλως, *adv.* insidiose.
ἐπιβραδύνω, cunctor, immoror.
ἐπιβραχύ, *adv.* ad breve tempus.
ἐπιβράχω, (βράχω) adstrepo. (⏑⏑–)
ἐπίβρεγμα, τό, (ἐπιβρέχω) irrigatio, irroratio.
ἐπιβρέμω, (βρέμω) admurmuro, fremo ad aliquid: πῦρ ἐπιβρέμει ἐς ἀνέμοιο, cum fremitu inflat, Il. 17, 739. *Med.* fremitum excito in aliqua re, c. g. χείλεσιν, Ar.
ἐπιβρέχω, f. ξω, perfundo, irroro, pluo.
ἐπιβριθής, ές, magno pondere premens aliquid, Aesch.
ἐπιβρίθω, ίσω, ingravesco, magno cum pondere irruo, impressionem facio. 2) degravo, deprimo. ὁ ἐπιβρίθων, onus gerens. (⏑ ⏓ – –)
ἐπιβριμάομαι, infrendeo, τινί.
ἐπιβρομέω, f. ήσω, admurmuro.
ἐπιβροντάω, f. ήσω, insuper tono, intono.
ἐπιβρόντητος, ον, cui tonitrua mentem perculere, attonitus: vecors, vesanus.
ἐπιβροχή, ῆς, ἡ, (ἐπιβρέχω) perfusio.
ἐπιβρύκω, f. ξω, (βρύκω) ὀδόντας, stridorem facio dentibus in aliqua re. (⏑ ⏓ – –)
ἐπιβρυχάομαι, i. q. ἐπιβρύχω.
ἐπιβρύχω, f. ξω, (βρύχω) infremo, fremo. (⏑ ⏓ – –)
ἐπιβρύω, f. ύσω, (βρύω) scateo, plenus sum. (⏑ ⏓ ⏑ –)
ἐπιβυθίζω, (βυθίζω) inundo.

ἐπιβύστρα, ας, ἡ, obturamentum. A seq.
ἐπιβύω, f. ύσω, obturo, obstruo. (De quant. v. βύω.)
ἐπιβωθέω, *Ion.* contr. ex ἐπιβοηθέω.
ἐπιβωμίζω, f. ίσω, (βωμός) arae sacrificandi caussa impono.
ἐπιβώμιος, ον, altari impositus: ad altare cantari solitus.
ἐπιβωμιοστατέω, (ἵστημι) in aram colloco.
ἐπιβωμίτης, ὁ, qui ad aram pertinet.
ἐπιβώσομαι, *Ion.* p. ἐπιβοήσομαι, fut. ab ἐπιβοάω.
ἐπιβωστρέω, f. ήσω, (βωστρέω) invoco.
ἐπίβωτος, ον, *Ion.* contr. ex ἐπιβόητος.
ἐπιβώτωρ, ορος, ὁ, (βώτωρ) pastor.
ἐπίγαιος, ον, qui super terram est: humilis, humi repens. v. ἐπίγειος.
ἐπιγαιόω, terra tego, in terram muto.
ἐπιγαμβρεία, ἡ, connubiorum ultro citroque junctio.
ἐπιγαμβρεύω, f. εύσω, generum assumo, filiam alicui nuptum do: affinitatis jure duco. *Pass.* gener fio, uxorem duco. 2) intr. affinis sum, τινί.
ἐπιγαμβρία, ἡ, adfinitas e matrimonio.
ἐπιγαμέω, (γαμέω, irr.) uxorem superinduco.
ἐπιγαμία, ας, ἡ, adfinitas. 2) jus connubiorum mutuorum contrahendorum, jus connubiale.
ἐπίγαμος, ον, nubilis.
ἐπιγανόω, f. ώσω, orno, illustro, polio.
ἐπιγάνυμαι, gaudeo aliqua re, τινί. (⏑⏑⏑⏑–)
ἐπιγάστριος, ον, (γαστήρ) ventri deditus, ad ventrem spectans. 2) ventriculo incumbens. Subst. τὸ ἐπιγάστριον, venter exterior.
ἐπιγαυρόω, laetum, superbum facio. Med. exsulto, laetor, efferor animo, τινί.
ἐπιγδουπέω, *poet.* p. ἐπιδουπέω, Il. 11, 45.
ἐπιγεΐζω, in terra versor.
ἐπιγείνομαι, i. q. ἐπιγίγνομαι, v. l. Il. 10, 71.
ἐπιγειόκαυλος, ον, cujus caulis humilis est, qui non erectum, sed humi stratum caulem habet. ab ἐπί, γῆ, καυλός.
ἐπίγειον, τό, apsis ima planetarum, auge. 2) funis, quo navis terrae alligatur. Ab seq.
ἐπίγειος, ον, (γέα) terrestris. 2) humi repens.
ἐπιγειόφυλλος, ον, (φύλλον) a radice tantum foliatus: sparsa humi folia habens.
ἐπιγελάω, f. άσω, (γελάω) arrideo: irrideo, insulto, inprimis calamitoso.
ἐπιγεμίζω, f. ίσω, onero, repleo.
ἐπιγενεσιουργός, όν, generationem efficiens.
ἐπιγένημα, τό, (ἐπιγίνομαι) id, quod ad aliquam rem quasi insuper accedit, accessio: vitium vulneri accedens.
ἐπιγενής, ές, (ἐπιγίγνομαι) indigena. 2) natus post, adnatus, seu insuper natus.
ἐπιγεννάω, f. ήσω, adgenero, insuper genero.
ἐπιγέννημα, τό, quod adnatum est, fructus. 2) quod ex primo consequitur atque adjunctum est. 3) symptoma.
ἐπιγεννηματικός, ή, όν, adnatus, adjunctus velut natura.
ἐπιγεραίρω, insuper honore adficio.
ἐπιγεύομαι, f. εύσομαι, gusto, degusto.
ἐπιγηθέω, f. ήσω, gaudeo, laetor aliqua re.
ἐπιγήτης, ιδος, ἡ, (γῆ) herba quaedam humilis, Diosc. 4, 7.
ἐπιγίγνομαι, *ap. seriores* ἐπιγίνομαι, (⏑⏑–⏑–) (γίγνομαι, irr.) post nascor, adnascor: succedo, subsequor: advenio, supervenio, repente invado. οἱ ἐπιγιγνόμενοι, posteri.
ἐπιγιγνώσκω, *ap. seriores* ἐπιγινώσκω, (γιγνώσκω, irr.) cognosco, considero, specto. c. acc. Od. 18, 30. 2) agnosco, rescio, novi: cognosco, experior, disco, excogito. 3) cognosco, i. e. judico, decerno, statuo: aestimo, honoro, τινά τινος, aliquem ob aliquid.
ἐπιγλισχραίνω, viscosius reddo.
ἐπιγλίχομαι, cupio, appeto. (⏑–⏑⏑–)
ἐπιγλυκαίνω, reddo dulce. Med. dulcesco. a γλυκαίνω.
ἐπιγλύφω, f. ψω, insculpo, caelo. LXX.
ἐπιγλωσσάομαι, *Att.* -ττάομαι, male loquor de aliquo: male ominor alicui, male precor. Activo utitur Aesch. Choeph. 1042.
ἐπιγλωσσίς, *Att.* ἐπιγλωττίς, ίδος, ἡ, lingula, lingua minor. 2) membrana cartilaginosa rotunditatis oblongae, gutturi claudendo et reserando.
ἐπιγναμπτός, ή, όν, inflexus, tortus.
ἐπιγνάμπτω, f. ψω, inflecto, intorqueo.
ἐπιγνάπτω, f. ψω, denuo carmino: expolio, renovo.
ἐπίγναφος, ον, interpolitus, innovatus.
ἐπίγνοια, ἡ, *Att.* ἐπίνοια.
ἐπιγνοίη, 3 opt. aor. 2. ab ἐπιγιγνώσκω.
ἐπιγνώμη, ἡ, cognitio.
ἐπιγνωμοσύνη, ἡ, arbitrium, cognitio.
ἐπιγνώμων, ον, (ἐπιγιγνώσκω) arbiter, judex. 2) qui veniam dat, veniae facilis. 3) inspector sive aestimator frumenti.
ἐπιγνωρίζω, f. ίσω, demonstro.
ἐπίγνωσις, ἡ, cognitio, agnitio, scientia.
ἐπίγνωστος, ου, ὁ, ἡ, cognitus, notus, LXX.
ἐπιγονατίς, ίδος, ἡ, (γόνυ) os latum et rotundum, quo genuum commissura tegitur, patella. 2) vestis genus ad genua pertinens.
ἐπιγονή, ῆς, ἡ, (ἐπιγίγνομαι) instauratio generis: fetus.
ἐπίγονος, ον, (ἐπιγίγνομαι) post natus, fetus succidaneus. 2) secundis nuptiis natus. Hinc Subst. in Plur. ἐπίγονοι, ων, οἱ, posteri, filii, in munia paterna succedentes.
ἐπιγουνατίς, ίδος, ἡ, v. ἐπιγονατίς.
ἐπιγουνίδιος, ον, (γόνυ) genibus impositus.
ἐπιγουνίς, ίδος, ἡ, (γόνυ, γοῦνυ) femur, femen, Od. 17, 225. 18, 74. 2) i. q. ἐπιγονατίς, 1. 3) genu.
ἐπιγράβδην, *adv.* (ἐπιγράφω) strictim, stringendo leviter.
ἐπίγραμμα, τό, titulus, inscriptio sive prosaica, sive metrica: epigramma. 2) pictura. ab ἐπί et γράφω scribo.
ἐπιγραμματογράφος, ὁ, scriptor epigrammatum.
ἐπιγραμματοποιός, οῦ, ὁ, idem.
ἐπιγραφεύς, έως, ὁ, quaestor, qui pecuniam in aerarium conferendam describit. 2) pictor.
ἐπιγραφή, ἡ, inscriptio, titulus. 2) caussa rei actae. 3) indictio, descriptio census.
ἐπιγράφω, f. ψω, scribo in aliqua materia, inscribo: adscribo, ut auctori: acceptum refero: viritim collationem describo: testium nomina edo, quos producturus

sum: subscribo, confirmo: leviter perstringo.

ἐπίγρυπος, ον, nasum leviter incurvum habens: curvus, aduncus.

ἐπίγυια, τά, (γυῖα) funes, quibus naves in litore alligantur.

ἐπιγυμνάζω, insuper exerceo.

ἐπίγυον, τό, (γυῖα) i. q. ἐπίγυιον.

ἐπιδαίομαι, (δαίω, II.) divido, distribuo.

ἐπιδαίσιος, ον, communis, vel haereditate acceptus, in haereditatis partitione attributus.

ἐπιδαιτρον, ου, τό, (δαιτρόν) obsonium.

ἐπιδάκνω, (δάκνω, irr.) mordeo, pungo.

ἐπιδακνώδης, ες, mordens, acer.

ἐπιδακρύω, f. ύσω, defleo. (De quantit. v. δακρύω.)

ἐπίδαμος, ον, Dor. pro ἐπίδημος, publicus.

ἐπιδανείζω, f. είσω, ultra fenero, super prius creditam pecuniam adhuc aliam novam credo. *In medio*, adhuc aliam fenori sumo.

ἐπιδαψιλεύομαι, f. εύσομαι, indulgeo, liberalem, copiosum, nimium me praebeo, in dando, dicendo, ridendo etc. addo corollarium seu auctarium: liberaliter offero, exhibeo, Hdt. 5, 29.

ἐπιδεής, ές, (ἐπιδέομαι) indigens.

ἐπίδειγμα, τό, indicium, specimen.

ἐπιδείελα, *adv.* post meridiem. A seq.

ἐπιδείελος, ον, pomeridianus, vespertinus.

ἐπιδείκνυμι, vel ἐπιδεικνύω, ostendo, demonstro, declaro: specimen artis edo, artem ostento, de oratoribus imprimis, poetis, pictoribus, musicis; unde et pro pingere, canere, dicere etc.

ἐπιδεικτιάω, ostendere vel ostentare me cupio, ostento.

ἐπιδεικτικός, ή, όν, demonstrativus. 2) utens genere dicendi ad ostendendum ingenium et eloquentiam comparato: quod genus ipsum ἐπιδεικτικόν dicitur; et oratio ipsa ἐπιδεικτική.

ἐπιδεικτικῶς, *adv.* ostentandi caussa: demonstrative, copiose, luculenter: aperte, in propatulo: valde ornate.

ἐπίδειξις, ἡ, demonstratio. 2) ostentatio, artis specimen. 3) oratio, cantus etc. ipse, artis ostentandae caussa editus.

ἐπιδειπνέω, f. ήσω, secundariam coenam perago.

ἐπιδείπνιος, ον, (δεῖπνον) qui post coenam est, fit etc., ad coenam pertinens.

ἐπιδειπνίς, ίδος, ἡ, coena secundaria.

ἐπίδειπνον, ου, τό, idem.

ἐπιδέκατος, η, ον, (δέκατος) sesquidecimus, i. e. unum totum et decimam ejus partem continens, v. Tennulium ad Jambl. introd. in Nicomachi arithm. p. 155. 2) decimus, ἐπιδεκάτους τόκους τελεῖν, usuras decimas pendere, Aristot. τῆς τιμῆς δοῦναι τὸ ἐπιδέκατον, decimam partem pretii dare, *id.* Sic τὸ ἐπιδέκατον, decima pars, Xen. h. gr. 1, 7, 6. 10.

ἐπιδεκτικός, ή, όν, (ἐπιδέχομαι) capax.

ἐπιδέκτωρ, ορος, ὁ, ἡ, qui capere potest aliquid, τινός.

ἐπιδελεάζω, escam impono.

ἐπιδέμνιος, ον, (δέμνιον) in strato positus, qui in lecto est.

ἐπιδέμω, (δέμω, irreg.) superstruo: etiam in medio.

ἐπιδένδριος, ον, (δένδρον) qui est in arbore.

ἐπιδέξιος, ον, qui est ad dextram, dexter. 2) scitus, elegans: urbanus, lepidus, prosper, faustus. *adv.* ἐπιδέξια, ad dextram, versus dextram.

ἐπιδεξιότης, ἡ, dexteritas.

ἐπιδεξίως, *adv.* scite, decenter, lepide, prudenter.

ἐπιδέομαι, f. δεήσομαι, (δέομαι, irr.) insuper egeo: egeo, indigeo, *c. gen.*

ἐπιδέρκομαι, (δέρκομαι, irr.) inspicio, c. acc.

ἐπίδερκτος, ον, visibilis A praec.

ἐπιδερματίς, ίδος, ἡ, (δέρμα) pellis, quae est inter digitos anserum et avium hujus generis. 2) cuticula sensu destituta et veram cutem tegens.

ἐπιδερμίς, ίδος, ἡ, idem.

ἐπιδερρίς, ἡ, (δέρρις) i. q. κλιντορίς.

ἐπίδεσις, ἡ, alligatio, obligatio, v. c. vulneris.

ἐπιδεσμεύω, f. εύσω, innecto, obligo: onus impono et alligo.

ἐπιδεσμέω, f. ήσω, idem.

ἐπιδέσμιον, τό, fasciola.

ἐπίδεσμος, ὁ, et ἐπίδεσμον, τό, ligamen, id, quo vulnus obligatur, fascia. Dicitur etiam ἐπίδεσμα, τό et ἐπιδεσμίς, ἡ.

ἐπιδεσμοχαρής, ές, (χαίρω) nodis gaudens, vel fasciis gaudens, epith. podagrae, Luc.

ἐπιδεσπόζω, f. όσω, dominor, *c. gen.*

ἐπιδευής, ές, indigens. A seq.

ἐπιδεύομαι, f. δευήσομαι, (δεύω, irr.) indigeo. 2) inferior aliquo sum in re aliqua, c. gen.

ἐπιδεύω, f. εύσω, (δεύω) irrigo. 2) impleo humore aliquo, τινί.

ἐπιδέχομαι, f. ξομαι, (δέχομαι, irr.) insuper accipio, Hdt. 8, 75. suscipio, accipio, admitto.

ἐπιδέω, f. δήσω, (δέω, irr.) obligo, alligo.

ἐπιδέω, f. δεήσω, (δέω, irreg.) i. q. ἐπιδέομαι, insuper egeo, c. gen. Herodot. 7, 28.

ἐπιδεῶς, *adv.* (ἐπιδεής) parce, non satis, insufficienter.

ἐπίδηλος, ον, manifestus. 2) similis, τινί, Ar.

ἐπιδήλως, *adv.* manifeste.

ἐπιδημεύω, f. εύσω, *poet.* p. ἐπιδημέω, advena, peregrinus sum. 2) peregre advenio. 3) domi sum, in patria sum, non absum peregre.

ἐπιδημέω, f. ήσω. (ἐπίδημος) domi sum, in patria sum, inter populum versor; etiam de morbis, moribus, aliisque rebus, quae totum populum s. totam regionem occupant. 2) in publicum prodeo, populo conspiciendum me praebeo. 3) redeo, ἔκ vel ἀπό τινος. 4) peregrinus aliquo venio, hospes alicubi commoror, c. εἰς vel ἐν, v. Heindorf. ad Plat. Phaed p. 57. a.

ἐπιδήμησις, ἡ, adventus peregre. 2) praesentia domi.

ἐπιδημητικός, ή, όν, domi et quasi intra populi fines manens.

ἐπιδημία, ἡ, adventus inprimis Deorum.

ἐπιδήμιος, ον, (δῆμος) versans in populo, domesticus: πόλεμος ἐπιδ. bellum civile, Hom. 2) usitatus in populo, popularis, totum populum occupans, v. c. morbus. 3) publicus: peregrinus.

ἐπιδημιουργέω, opus inceptum perficio.

ἐπιδημιουργός, οῦ, ὁ, curator operis publici, ut murorum reficiendorum, ap. Thuc. ex interpretatione Schol. sed apud Procopium, Thuc. imitatorem, semper de opifice.

ἐπίδημος, ον, advena, non inquilinus. 2) qui peregre venit. 3) qui versatur in populo, vulgaris.

ἐπιδήν, *adv.* diu, multo, p. ἐπὶ δήν.

ἐπιδηρόν, adv. idem, pro ἐπὶ δηρόν.

ἐπιδιαβαίνω, post alium, qui transiit, ipse etiam transeo.

ἐπιδιαγινώσκω, f. γνώσομαι, recognosco. 2) iterum decerno.

ἐπιδιαθήκη, ἡ, testamentum posterius 2) depositum.

ἐπιδιαιρέω, (αἱρέω, *irr.*) divido, partior, describo.

ἐπιδιαίτησις, ἡ, victus ratio seu ordinatio.

ἐπιδιάκειμαι, (κεῖμαι, *irr.*) adquiesco.

ἐπιδιακινδυνεύω, periclitor in aliqua re.

ἐπιδιακρίνω, insuper judico: de summo judice.

ἐπιδιαλάμπω, perluceo, eluceo per.

ἐπιδιαμένω, (μένω, *irreg.*) permaneo.

ἐπιδιαμονή, ἡ, permansio, immoratio.

ἐπιδιανέμω, (νέμω, *irreg.*) insuper distribuo.

ἐπιδιανοέω, (νοέω, *irreg.*) post, insuper excogito: etiam in *Med.*

ἐπιδιαπέμπω, mitto insuper, sc. post alium jam missum.

ἐπιδιαπλέω, f. εύσω, (πλέω, irreg.) insuper navi trajicio.

ἐπιδιαῤῥήγνυμι, f. ήξω, (ῥήγνυμι, irreg.) disrumpo. pass. disrumpor in re aliqua.

ἐπιδιασαφέω, ήσω, doceo, demonstro. pass. cognoscor, perspectus sum.

ἐπιδιασκευάζω, f. άσω, recognosco, retracto.

ἐπιδιασκεύασις, εως, ἡ, recognitio, retractio.

ἐπιδιασύρω, (σύρω) iterum perstringo, irrideo. (ῡ.)

ἐπιδιατάσσομαι, *Attici* ἐπιδιατάττομαι, insuper mando, vel constituo: insuper addo.

ἐπιδιατείνω, (τείνω, irreg.) intendo aliquo, porrigo. 2) intr. pertineo usque ad.

ἐπιδιατίθημι, addo aliquid pactis, testamento etc. 2) depono.

ἐπιδιατρίβω, f. ψω, tempus tero, moram traho in aliqua re. (Penultima longa.)

ἐπιδιαφθείρω, vitio, corrumpo.

ἐπιδιδάσκω, f. ξω, (διδάσκω, irreg.) doceo, quod restat, quod alter praetermisit.

ἐπιδιδυμίς, ίδος, ἡ, (δίδυμος, testiculus) propria et intima testiculorum tunica dura, crassa et admodum valida.

ἐπιδίδωμι, f. ἐπιδώσω, (δίδωμι, irr.) insuper do, dono praeterea, addo. 2) simpliciter, do, trado, dedo. 3) cresco, augeor, proficio, incrementa capio. 4) in convivium vocatus venio. 5) in dotem do.

ἐπιδιέρχομαι, percenseo, percensendo, obeundo recognosco.

ἐπιδιετής, ές, qui biennium excessit.

ἐπιδίζημαι, (δίζημαι, irreg.) insuper quaero

ἐπιδίζομαι, rarior forma p. ἐπιδίζημαι, Mosch.

ἐπιδιηγέομαι, repetita et accuratiori narratione explico.

ἐπιδιήγησις, ἡ, repetita et accuratior narratio.

ἐπιδικάζω, f. σω, (δικάζω) sententia mea adjudico, τινί τι, v. c. hereditatem. *Med.* jure peto, *c. gen.*, ut τοῦ κλήρου. *Metaph.* studeo aliquid assequi, sector, ἀρετῆς; ἡ ἐπιδικαζομένη, quae a multis in matrimonium expetitur.

ἐπιδικασιόω, f. ώσω, litigo de re aliqua.

ἐπιδικᾰσία, ας, ἡ, legis actio de hereditate controversa.

ἐπιδικάσιμος, ου, ὁ, arbiter, familiae herciscundae inprimis; deinde advocatus in quacunque re: denique expetitus aliis, nobilitatis caussa: hereditas litigiosa, controversa.

ἐπίδῐκος, ον, (δίκη) litigiosus, controversus; virgo ἐπίδικος, de qua consanguinei jure certare possint, uter eam ducere uxorem debeat. 2) judicio subjectus, judicandus

ἐπιδίμοιρος, ον, habens plus quam duas partes.

ἐπιδῑνεύω, ap. seriores i. q. ἐπιδινέω.

ἐπιδῑνέω, f. ήσω, in orbem ago, verso. Med. volvo animo.

ἐπιδιορθόω, f. ώσω, corrigo et emendo, quod dixi aut feci.

ἐπιδιόρθωσις, εως, ἡ, correctio eorum, quae dicta, acta sunt.

ἐπιδιορθωτικός, ή, όν, qui ad corrigenda superiora adjicitur, quo corrigere volumus ea, quae diximus: emendandi vim habens.

ἐπιδιουρέω, (οὐρέω, irreg.) insuper mingo, v. c. pus praeter dolorem.

ἐπιδιπλᾰσιάζω, f. άσω, duplico, ingemino.

ἐπιδιπλόω, f. ώσω, idem.

ἐπιδιπλοΐζω, idem.

ἐπιδιστάζω, insuper addubito.

ἐπιδιφριάς, άδος, ἡ, (δίφρος) currus circumferentia, Il. 10, 475.

ἐπιδίφριος, ον, qui super curru est, sedet aut pugnat. 2) sellularius: ut τέχνη, ars sellularia. 3) ignavus, mollis.

ἐπιδῐχᾰ, *adv.* seorsum, separatim.

ἐπιδίψιος, ον, siticulosus.

ἐπιδιωγμός, οῦ, ὁ, persecutio. A seq.

ἐπιδιώκω, ξω, insequor, persequor.

ἐπιδοιάζω, i. q. ἐπιδιπλασιάζω. 2) diligenter considero, dubito.

ἐπιδοκέω, f. δόξω, (δοκέω, irr.) insuper videor, Andocid. in Alcib. p. 134. Bekk.

ἐπίδομα, τό, (ἐπιδίδωμι) adjectio, quae supra justam mensuram datur emptori.

ἐπιδομέω, (δομέω) superstruo.

ἐπιδοξάζω, (δοξάζω) insuper puto, opinor.

ἐπίδοξος, ον, (δόξα) proprie, de quo est aliqua opinio in futurum; it. qui exspectatur. 2) celeber, clarus, illustris.

ἐπιδόξως, *adv.* honorifice, gloriose.

ἐπιδορατίς, ίδος, ἡ, (δόρυ) cuspis ferrea hastae.

ἐπιδορπέω, f. ήσω, coenam secundariam sumo.

ἐπιδορπίδιος, ον, ad coenam secundariam pertinens.

ἐπιδορπίζομαι, f. ίσομαι, i. q. ἐπιδορπέω.

ἐπιδόρπιος, ον, (δόρπον) qui est post coenam: ad coenam pertinens, utilis.

ἐπιδορπίς, ίδος, ἡ, coena secundaria.

ἐπιδόρπισμα, ατος, τό, quod in secundis mensis apponitur: bellaria.

ἐπιδορπισμός, ὁ, coenae secundariae sumtio.

ἐπιδόσιμος, ον, addititius, ex accessione proveniens. 2) qui munere datur, quem largitur aliquis.

ἐπίδοσις, ἡ, (ἐπιδίδωμι) accessio, additamentum. 2) incrementum, v. c. artis, profectus. 3) collatio pecuniae extraordinaria, quae fit in concione a civibus exhausto aerario, ad sublevandam ejus inopiam, largitio, erogatio publice facta, donativum, congiarium, emolumentum denique. 4) remissio. 5) studium in aliqua re positum.

ἐπιδοτικός, ή, όν, ad supererogandum propensus. Ab eod.

ἐπιδουπέω, f. ήσω, (δουπέω, irreg.) sonitum edo

ἐπιδοχεῖον, τό, receptaculum. A seq.

ἐπιδοχή, ἡ, (ἐπιδέχομαι) receptio, susceptio. 2) successio.

ἐπιδράσσομαι, *Att.* ἐπιδράττομαι, f. ξομαι, prehendo, arripio, *c. gen.*

ἐπιδρέπομαι, decerpo. 2) vindico mihi, assumo.

ἐπιδρομάδην, *adv.* (ἐπιδραμεῖν) i. q. ἐπιτροχάδην. (⏑⏓⏑⏑–)

ἐπιδρομή, ἡ, incursus, irruptio, impetus. 2) levis et perfunctoria tractatio rei vel explicatio. 3) affluxus humorum ap. medicos.

ἐπιδρομία, ας, ἡ, idem.

ἐπίδρομος, ον, accessu facilis, planus: ad quem accedi solet: incursionibus expositus. 2) temerarius,

ἐπιδῠναστεύω, f. εύσω, post alium obtineo imperium.

ἐπιδυσφημέω, infami adpellatione noto: dicto prosequor verbis obscenis et male ominatis.

ἐπιδύω, et ἐπιδύνω, f. ύσω, (δύω, irreg.) occido super. (De quant. v. δύω.)

ἐπιδωμάω, superstruo.

ἐπιδώτης, ὁ, largitor.

ἐπιείκεια, ας, ἡ, aequitas, summi juris moderatio: clementia: modestia, quum quis facile cedit, vel aliquid moderate fert, in meliorem partem accipit etc. item cetera ex adjectivo ἐπιεικής.

ἐπιείκελος, ον, similis.

ἐπιεικεύω, ex aequo et bono ago, sum mitis. A seq.

ἐπιεικής, ές, (εἰκός, ἔοικα) aequus: decens, consentaneus: clemens, lenis: bonus, modestus, moderatus: mediocris, non magnus: qui bonus et frugi est. virtutis studiosus: probabilis, verosimilis: facilis.

ἐπιεικίζω, f. ίσω, ex fide bona, ex aequo et bono statuo, arbitror, *dub.*

ἐπιεικτός, ή, όν, (εἴκω) tolerabilis. 2) facile cedens.

ἐπιεικῶς, *adv.* non absurde: mediocriter, moderate: clementer: valde, sufficienter, satis: fere, plerumque, crebro.

ἐπιειμένος, η, ον, part. pf. pass. *Ep.* ab ἐπιέννυμι.

ἐπιεισάμενος, η, ον, part. aor. med. *Ep.* ab ἔπειμι, accedo, Il. 21, 424.

ἐπιείσομαι, fut. ab ἔπειμι.

ἐπιέλδομαι, desidero, cupio.

ἐπιελίκτωρ, ορος, ὁ, (ἑλίσσω) qui super aliquid volvitur.

ἐπιέλπομαι, (ἔλπω, irr.) spero.

ἐπιελπτος, ον, speratus, exspectatus.

ἐπιέννυμι, (ἕννυμι, irr.) super impono, Od. 20, 143. part. pf. pass. ἐπιειμένος, indutus, instructus, praeditus, *c. acc.* ἀλκήν, ἀναιδείην, Hom. *Med.* induo, χλαίνας, Hdt. 4. 64. νῶτον κρόκαις, Pind. N. 10, 82. *metaph.* tectus sum, χαλκὸν ἐπιέσται, operculo aeneo tecta est, Hdt. 1, 47 in oraculo: γῆν ἐπιέσσασθαι, terra tegi, sepeliri, Pind. N. 11, 21.

ἐπιέπομαι, ἐπιέσπομαι, poet. p. ἐφέπομαι, ἐφέσπομαι, insequor.

ἐπιέσσαμεν, aor. ab ἐπιέννυμι, Od. 20, 143.

ἐπιετής, ές, (ἔτος) in hunc annum, hujus anni.

ἐπιζᾰρέω, i. q. ἐπιβαρέω, ἐπιβαρύνω, vox Euripidea, v. Valck. et Pors. ad Phoen. 45.

ἐπιζάφελος, ον, vehemens, ardens, Hom.

ἐπιζαφελῶς, *adv.* vehementer, ardenter.

ἐπιζάω, (ζάω, irr.) supervivo, superstes sum, τινί.

ἐπιζείω, poet. p. ἐπιζέω.

ἐπίζεμα, τό, (ἐπιζέω) aquae ollae ferventis, surgentes in bullas ac spumam: bullae ac spuma: decoctum, genus medicamenti.

ἐπιζεύγνυμι, vel ἐπιζευγνύω, f. ζεύξω, (ζεύγνυμι, irreg.) conjungo, innecto, adjungo. 2) occludo.

ἐπιζευκτήρ, ῆρος, ὁ, catena. 2) series.

ἐπίζευξις, ἡ, conjunctio. 2) iteratio. 3) Figura rhetorica, quum eadem vox repetitur cum vehementia.

ἐπιζέφῠρος, ον, (ζέφυρος) zephyro oppositus, occidentalis: etiam ἐπιζεφύριος, inpr. de Locris.

ἐπιζέω, f. έσω, efferveseo, ferveo insuper. 2) act. fervidum reddo, Eur. Cycl. 391. sed vide Lobeck. ad Soph. Aj. p. 226.

ἐπίζηλος, ον, aemulandus, invidendus, praeclarus.

ἐπιζήμιος, ον, (ζημία) damnosus, noxius. 2) cui mulcta est irrogata.

ἐπιζημιόω, f. ώσω, mulctam irrogo.

ἐπιζημίωμα, τό, mulcta.

ἐπιζημίως, *adv.* damnose.

ἐπιζητέω, f. ήσω, requiro, rei amissae desiderio teneor: posco, postulo, peto.

ἐπιζήτημα, τό, quaestio.

ἐπιζήτησις, ἡ, requisitio, desiderium.

ἐπιζητήσιμος, ον, qui requiri potest, aut solet; appetibilis, studio dignus.

ἐπιζυγόω, f. ώσω, claudo, munio januam, ut simplex.

ἐπιζώννυμι, (ζώννυμι, irr.) praecingo, succingo.

ἐπιζώστρα, ας, ἡ, balteus.

ἐπῆλτο, aor. ab ἐπιάλλω. (⏑––⏑)

ἐπιήνδανε, *Ep.* pro ἐφήνδανε, vide ἐφανδάνω.

ἐπίηρα, bis legitur ap. Homerum Il. 1, 572. 578. et Soph. O. R. 1094. in formula ἐπίηρα φέρειν τινί, grata afferre alicui, gratificari alicui, i. q. χαρίζεσθαί τινι. Proprie est *neutr. plur.* ab ἐπίηρος, jucundus, gratus, quod exstat ap. Leschen. fr. Hom. 56. Emped. 208. cf. ἦρα et ἐπιήρανος. Buttmannus Lexil. p. 152. scribendum esse censet ἐπὶ ἦρα, quod nobis non persuasit.

ἐπιήρανος, ον, gratus, acceptus, commodus, *c. dat.* Od. 19, 343. 2) auxiliator, auxiliatrix; dominus, domina; particeps, *c. gen.*

ἐπιηρεφής, ές, *Ion.* pro ἐπηρεφής.

ἐπίηρος, ον, v. ἐπίηρα.

ἐπιθαλάμιον, τό, carmen nuptiale. A seq.

ἐπιθαλάμιος, ον, (θάλαμος) nuptialis. (⏑⏑⏑⏑⏑⏑)

ἐπιθαλαμίτης, ὁ, epith. Mercurii.

ἐπιθαλασσίδιος, *Att.* ἐπιθαλαττίδιος, ία, ιον, maritimus.

ἐπιθαλάσσιος, *Att.* ἐπιθαλάττιος, ον, idem. Occurrit etiam ἐπιθαλασσία, Plat. Legg. 4. p. 704. D.

ἐπιθάλασσος, ον, maritimus.

ἐπιθαλπής, ές, (θάλπω) calidus. 2) jucundus, delectabilis.

ἐπιθάλπω, foveo.

ἐπιθαμβέω, f. ήσω, cum stupore admiror, stupeo.

ἐπιθανάτιος, ον, morti destinatus, capitis damnatus.

ἐπιθάνατος, ον, mortem arcessens, letifer. 2) morti vicinus.

ἐπιθανάτως, *adv.* cum vitae periculo.

ἐπιθάπτω, f. ψω, (θάπτω, irreg.) denuo sepelio.

ἐπιθαρσέω, f. ήσω, fiduciam sumo, confidentior fio, τινί. *Att.* -θαῤῥέω.

ἐπιθαρσύνω, f. υνῶ, fidentem reddo, animam addo. *Att.* -ῤῥύνω.

ἐπιθαυμάζω, f. άσω, donis honoro propter admirationem, Ar. Nub. 1147.

ἐπιθεάζω, f. άσω, deorum opem contra aliquem imploro. 2) deorum iram alicui imprecor.

ἐπιθεάομαι, f. άσομαι, (θεάομαι, irr.) desuper specto. (άσομαι, -◡-)

ἐπιθειάζω, f. άσω, numine divino adflor, instinctu divino agor, vaticinor. 2) deos precor: per deos obtestor: deorum testimonio utor. 3) inspiro, τινί τι. 4) consecro, divina auctoritate instruo, v. c. πράξεις, Plut. *a* θεός.

ἐπιθείασις, εως, ἡ, afflatus divinus. 2) obtestatio, quae fit per deos vel deum. 3) precatio, qua dei opem imploramus. A pr.

ἐπιθειασμός, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.

ἐπιθέλγω, f. ξω, adblandior.

ἐπίθεμα, τό, quicquid imponitur, seu superimponitur, ut statua, quae defuncti sepulcro imponitur; operculum; corona; cinctura. ab ἐπί et τίθημι, pono.

ἐπιθεράπευω, (θεραπεύω) insuper curo, *c. acc.* τὴν κάθοδον, Thuc. 2) postea sano, persano.

ἐπίθεσις, ἡ, impositio: adgressio, invasio, impetus: rerum novarum molitio: conjuratio: insidiae, impostura: amor, concupiscentia, libido.

ἐπιθεσπίζω, f. ίσω, oraculum reddo, sancio oraculo, auspicio addico aliquid, τινί.

ἐπιθεσπισμός, οῦ, ὁ, oraculum, scitum.

ἐπιθετέον, *adj. verb.* (ἐπιτίθημι) imponendum, aggrediendum.

ἐπιθέτης, ου, ὁ, impostor, insidiator.

ἐπιθετικός, ή, όν, aptus ad fallendum, fallax: ad invadendum aptus, adgressu promptus, audax.

ἐπιθετικῶς, *adv.* epitheti loco, cognomine.

ἐπίθετος, ον, adjectus, qui adjici solet: aliunde invectus, peregrinus: commentitius: simulatus, adfectatus: impositus, qui imponi solet. Hinc τὸ ἐπίθετον, vel τὸ ἐπίθετον ὄνομα, apud Grammaticos est Nomen Adjectivum.

ἐπιθέτως, *adv.* pro ἐπιθετικῶς.

ἐπιθέω, f. θεύσομαι, (θέω, irr.) adcurro, incurro, irruo, invado.

ἐπιθεωρέω, f. ήσω, prospicio, contemplor, considero.

ἐπιθεώρησις, ἡ, vel ἐπιθεωρία, ἡ, consideratio, contemplatio.

ἐπιθήγω, f. ξω, acuo, exacuo.

ἐπιθήκη, ἡ, accessio, additio.

ἐπίθημα, τό, (alias ἐπίθεμα) operculum, tegmen.

ἐπιθηματικός, ή, όν, ad operiendum pertinens.

ἐπιθηματουργία, ἡ, (ἔργον) januarum, tectorum et aliorum operimentorum confectio.

ἐπιθηματόω, operculo claudo.

ἐπιθηραρχία, ἡ, munus, quo quis aliis θηράρχοις, vel quatuor elephantis praeest. A seq.

ἐπιθήραρχος, ου, ὁ, (θήραρχος) qui aliis θηράρχοις, praeest, vel qui quatuor elephantos regit.

ἐπιθήτωρ, ὁ, *dub. lect.* p. ἐπιβήτωρ, Nonn. 1, 51.

ἐπιθιγγάνω, (θιγγάνω, irr.) tango, attingo, *c. dat. Rarius* et ap. poetas tantum occurrit praes. ἐπιθίγω. (◡◡◡-)

ἐπιθλίβω, f. ψω, premo.

ἐπίθλιψις, ἡ, compressio.

ἐπιθοάζω, (θοάζω) insideo, inpr. supplex arae assideo: hinc conqueror, angustiis premor, Trag.

ἐπιθολόω, f. ώσω, infusco, obscuro, perturbo.

ἐπιθορεῖν, inf. aor. ab ἐπιθρώσκω; praes. ἐπιθορέω, non nisi *ap. recentissimos* invenitur.

ἐπιθόρνυμαι, (θόρνυμαι) rem habeo cum femina, *c. dat.*

ἐπιθορόω, (θορός) semen genitale alicui immitto, gravidam facio.

ἐπιθορυβέω, f. ήσω, adstrepo secundo rumore, admurmuro.

ἐπιθράσσω, *Att.* -ττω, (θράσσω, irreg.) *contr.* p. ἐπιταράσσω. (α natura long.)

ἐπιθραύω, (θραύω) insuper frango.

ἐπιθρέξας, ασα, αν, part. aor. 1. ab ἐπιτρέχω.

ἐπίθρεπτος, ον, bene nutritus, de carne, significat majorem carnis molem.

ἐπιθρηνέω, f. ήσω, lugeo, plango, super mortuo scil.

ἐπιθρήνησις, ἡ, luctus, planctus.

ἐπιθρομβόω, in grumos cogo, coagulo.

ἐπιθρύπτω, (θρύπτω, irreg.) i. q. διαθρύπτω.

ἐπιθρώσκω, f. θοροῦμαι, (θρώσκω, irreg.) insilio, *c. gen.* νηός, Il. 8, 515. 2) insulto, *c. dat.* 3) subsilio, subsultim progredior.

ἐπιθυμέω, f. ήσω, (θυμός) cupio, concupisco, desidero, *c. gen.*

ἐπιθύμημα, τό, cupiditas, desiderium. 2) res appetita. (ῡ)

ἐπιθύμησις, ἡ, cupiditas, appetitio. (ῡ)

ἐπιθυμητής, οῦ, ὁ, qui tenetur alicujus rei desiderio, cupidus, studiosus. *Fem.* ἐπιθυμήτειρα.

ἐπιθυμητικός, ή, όν, ad concupiscendum propensus, insitam concupiscendi facultatem habens. 2) impellens ad concupiscendum. *Subst.* τὸ ἐπιθυμητικόν, libido, cupiditas.

ἐπιθυμητικῶς, *adv.* cupide. cum ἔχειν, cupiditate teneri.

ἐπιθυμητός, ή, όν, desiderabilis.

ἐπιθυμία, ας, ἡ, (θυμός) cupiditas, studium, desiderium, aviditas, τινός vel πρός τι. 2) libido, cupiditas effrenata.

ἐπιθυμίαμα, τό, suffimentum, quod ad suffiendum adoletur. (◡◡-◡-◡) A seq.

ἐπιθυμιάω, f. άσω, suffio, odoramenta adoleo, seu accendo.

ἐπιθύμιος, ον, i. q. ἐπιθυμητικός. (◡◡-◡◡)

ἐπιθυμίς, ίδος, ἡ, corollae genus, v. ὑποθυμίς.

ἐπιθυμόδειπνος, ον, coenas appetens. ab ἐπιθυμέω, δεῖπνον, coena.

ἐπιθύνω, i. q. ἐπευθύνω. (◡---)

ἐπιθυσιάζω, rem divinam facio.

ἐπιθύω, f. ύσω, (θύω, irr.) impetu feror in aliquem. 2) immolo vel sacrifico post alium. 2) immolo, sacrifico, super aliquo scil. coepto, velut foedere. 4) thus in aram impono. (De quantitate v. θύω.)

ἐπιθωρακίδιον, τό, vestis, quae thoraci superinduitur.

ἐπιθωρακίζω, f. ίσω, lorico. 2) super thoracem aliquid induo.

ἐπιθωρήσσομαι, f. ήξομαι, armor adversus aliquem, bellum paro in aliquem.

ἐπιθωΰσσω, f. ξω, acclamo, vociferando incito.

ἐπιΐδμων, ον, gnarus, peritus.

ἐπιΐζομαι, insideo, *Ion.* p. ἐφίζομαι.

ἐπιΐστωρ, ορος, ὁ, ἡ, sciens, peritus, conscius.

ἐπικαγχάζω, f. άσω, cachinno aliquid excipio.

ἐπικαγχαλάω, exsulto, superbio aliqua re.

ἐπικαθαιρέω, f. ήσω, (αἱρέω, irreg.) destruo, diruo.

ἐπικαθαίρω, (καθαίρω) insuper expurgo.

ἐπικαθέζομαι, (ἕζομαι, irr.) insideo.

ἐπικαθεύδω, (εὕδω, irreg.) indormio: incubo.

ἐπικάθημαι, (ἧμαι, irr.) insideo, sedeo in, *c. dat.*, rarius *c. acc. loci.* 2) obsidione teneo, oppugno.

ἐπικαθιζάνω, i. q. ἐπικαθίζω.

ἐπικαθίζω, (ἵζω, irreg.) impono. 2) intr. insideo, inpr. obsideo, oppugno v. c. πόλει.

ἐπικαθίημι, (ἵημι) demitto in, τινί. (Antepen. longa.)

ἐπικάθισμα, τό, (ἐπικαθίζω) insessus.

ἐπικαθίστημι, (ἵστημι) substituo, sufficio.

ἐπικαινίζω, ίσω, instauro, innovo.

ἐπικαινοτομέω, f. ήσω, i. q. καινοτομέω, Eus.

ἐπικαινουργέω, nova semper opera tracto.

ἐπικαινόω, innovo, νόμους, leges immuto, Aesch.

ἐπικαιρία, ἡ, opportunitas.

ἐπικαίριος, ον, opportunus, commodus. 2) praecipuus, optimus, in cujus dexteritate plurimum spei est et adjumenti, rei agendae idoneus. 3) temporarius.

ἐπίκαιρος, ον, idem quod ἐπικαίριος.

ἐπικαίρως, *adv.* opportune.

ἐπικαίω, f. αύσω, (καίω, irr.) accendo, incendo, amburo. ἐπικαυμένος, adustus. *Att.* ἐπικάω. (◡◡--)

ἐπικαλαμάομαι, f. ήσομαι, spicilegium facio: spolio bonis, quae ab aliis relicta sunt.

ἐπικαλέω, f. έσω, (καλέω, irr.) advoco. *Med.* invoco, imploro, ad auxilium voco: compello, τινά: appello, nomino, cognomino, τινά: testem aliquem facio, provoco ad aliquem, superiorem appello, τινά: objicio, vitio verto, exprobro, τινί τι: accuso, postulo.

ἐπικαλλύνω, insuper pulchrum reddo, decoro.

ἐπικάλυμμα, τό, (ἐπικαλύπτω) tegmen, operimentum, velamen. 2) praetextus.

ἐπικαλυπτήριον, τό, idem n. 1.

ἐπικαλύπτω, f. ψω, tego, contego: obscuro.

ἐπικάλυψις, ἡ, obvolutio.

ἐπικάμνω, (κάμνω, irr.) post aliquam rem gestam angor, τινί, Ael.

ἐπικαμπή, ῆς, ἡ, (ἐπικάμπτω) inflexio, incurvatio.

ἐπικαμπής, ές, flexus, curvus.

ἐπικάμπιος, ον, i. q. ἐπικαμπής.

ἐπικάμπτω, f. ψω, inflecto. 2) persuadeo, animum alicujus ad meam voluntatem in-

flecto.

ἐπικαμπύλος, ον, incurvus. (ῠ)

ἐπικαμπῶς, *adv.* ab *ἐπικαμπής*, cum flexu, flexuose.

ἐπίκαμψις, ἡ, flexus, conversio, v. c. navis.

ἐπικανθίδες, ων, αἱ, canthorum radices.

ἐπίκαρ, *adv.* ad verticem, in caput. v. *ἔγκαρ*.

ἐπικαρδιάω, i. q. *καρδιάω*, cordis dolorem sentio.

ἐπικαρπία, ας, ἡ, fructus, seu fructuum proventus. 2) usus rei fructuosus. fructuum perceptio. 3) quaestus, fenus. 4) vectigal, quod a fructibus provenit.

ἐπικαρπίδιος, ον, qui fructibus (pomis) inest extrinsecus.

ἐπικαρπίζομαι, exedo, Theophr.

ἐπικάρπιος, ον, (*καρπός*) frugifer, fructifer, qui semen continet: *τὰ ἐπικάρπια*, pediculi. 2) (*κάρπος*) ad carpum s. juncturam manus cum brachio pertinens: *ὄφεις*, armillae serpentium speciem referentes, Philostr. ep. 39.

ἐπικαρπολογέω, spicilegium facio.

ἐπικάρσιος, ια, ιον, vel *ἐπικάρσιος*, ον, (*ἐπίκαρ*, *κάρ*) obliquus, transversus.

ἐπικαρυκεύω, insuper condio, condimentum aliud addo. v. *καρύκη*.

ἐπικαταβαίνω, (*βαίνω*, irr.) descendo.

ἐπικαταβάλλω, (*βάλλω*, irr.) deprimo, demitto.

ἐπικαταγελάω, f. *άσω*, (*γελάω*) insuper derideo. (Penult. ᾰ)

ἐπικατάγνυμι, (*ἄγνυμι*, irreg.) insuper frango.

ἐπικατάγω, (*ἄγω*, irr.) insuper deduco. *Med.* post alium appello.

ἐπικαταδαρθάνω (*δαρθάνω*. irreg.) indormio.

ἐπικαταδέω, f. *ήσω*, (*δέω*, *irreg.*) alligo, ut onus dorso equi, devincio v. c. vulnus.

ἐπικαταδύομαι, (*δύω*, *irreg.*) mergo me.

ἐπικαταθέω, (*θέω*, *irreg.*) decurro, incurro.

ἐπικαταίρω, (*αἴρω*, *irreg.*) irruo, *τινί*.

ἐπικατακαίω, (*καίω*, *irreg.*) insuper comburo.

ἐπικατακλείω, f. *είσω*, concludo, recondo, *f. l.* Xen. Cyr. 4, 1, 18.

ἐπικατακλίνω, reclino in, repono in.

ἐπικατακλύζω, f. *ύσω*, aquis obruo, inundo.

ἐπικατακοιμάομαι, indormio.

ἐπικατᾰκολουθέω, insequor, persequor.

ἐπικαταλαμβάνω, (*λαμβάνω*, *irreg.*) occupo, anteverto: adsequor: opprimo.

ἐπικαταλλᾰγή, ἡ, (*καταλάσσω*) collybus.

ἐπικαταμένω, (*μένω*, *irreg.*) moror.

ἐπικαταμωκάομαι, irrideo, subsanno.

ἐπικαταπηδάω, desilio in.

ἐπικαταπίπτω, (*πίπτω*, *irreg.*) incumbo in aliquem.

ἐπικαταπλάσσω, emplastrum impono.

ἐπικαταπλέω, (*πλέω*, *irr.*) navigo adversus aliquem.

ἐπικαταπρήθω, (*πρήθω*, *irr.*) comburo super aliquo.

ἐπικατᾱράομαι, (*ἀράομαι*, *irr.*) diris devoveo.

ἐπικαταράσσω, *Att.* *ἐπικαταράττω*, percutio, impetuose impello, vel insilio. *pass.* immittor.

ἐπικατάρατος, ον, sacer, exsecrabilis.

ἐπικαταρρέω, (*ῥέω*, *irr.*) desuper influo, illabor e superiore loco.

ἐπικαταρρήγνυμι, (*ῥήγνυμι*, *irr.*) super aliqua re frango, discindo v. c. vestes a pectore, luctus caussa, super defuncto.

ἐπικαταρρίπτω et -*ριπτέω*, (*ῥίπτω*, *irr.*) insuper dejicio, superinjicio.

ἐπικατασείω, f. *είσω*, super decutio, super deturbo.

ἐπικατασκάπτω, f. *ψω*, superfodio, diruo super.

ἐπικατασκευάζω, exstruo, comparo.

ἐπικατασπάω, detraho.

ἐπικατασπένδω, f. *σπείσω*, (*σπένδω*, *irr.*) libo super, victima v. c.

ἐπικαταστρᾰτοπεδεύω, castra loco contra aliquem.

ἐπικαταστρέφω, f. *ψω*, inverto jaciendo super aliquem.

ἐπικατασφάζω, *Att.*-*σφάττω*, f. *ξω*, macto super, insuper, v. c. super tumulo.

ἐπικατατέμνω, (*τέμνω*, *irr.*) concido, lacero; impr. in rebus metallicis, Demosth. p. 977. ubi *ἐπικατατέμνειν τῶν μέτρων ἐντὸς* de injuria quadam dicitur.

ἐπικατατρέχω, (*τρέχω*, irreg.) hostiliter impetum facio, irruo in aliquem, persulto regionem incursionibus infestis.

ἐπικαταφέρομαι, (*φέρω*, irr.) deferor, delabor (super aliquem) de pluvia etc. praeceps ruo.

ἐπικαταφορά, ᾶς, ἡ, *Vocabulum mathematicum*, praeceps locus in octavo ab horo scopo signo.

ἐπικατάφορος, ον, pronus, proclivis, *πρός τι*.

ἐπικαταψάω, (*ψάω*, irr.) superficiem, v. c. soli, leviter rado, sarrio.

ἐπικαταψεύδομαι, mentior adversus aliquem, de aliquo falsa refero.

ἐπικαταψήχω, postea demulceo, App.

ἐπικατεῖδον, (*εἶδον*, irreg.) desuper inspicio.

ἐπικάτειμι, (*εἶμι*) desuper descendo in, v. c. e capite in stomachum.

ἐπικατεράω, defusum, transfusum, seu decapulatum, vel elutriatum superpono, vel indo compositioni.

ἐπικατέρχομαι, (*ἔρχομαι*, irr.) i. q. *ἐπικάτειμι*.

ἐπικατέχω, f. *καθέξω*, (*ἔχω*, irreg.) retineo super aliquo loco.

ἐπικατηγορέω, insuper exprobro. 2) explico insuper.

ἐπικατηγόρησις, ἡ, addita rei explicatio, significatio, ut in *Alba longa*, *τὸ* longa, est figurae *ἐπικατηγόρησις*. Dicitur et *ἐπικατηγορία*, ἡ.

ἐπικατοικέω, inhabito, incolo.

ἐπικατονομάζω, dedico, consecro, sc. ut nomen ab eo accipiat, cui consecratur.

ἐπικατορθόω, bene gero insuper, sc. post alias res bene gestas.

ἐπικαττύω, et *ἐπικαττύομαι*, veteramentarii sutoris artem exerceo, coria obsoleta et detrita consuo.

ἐπικαυλόφυλλος, ον, (*ἐπί*, *καυλός*, *φύλλον*) a caule tantum foliatus.

ἐπίκαυμα, τό, (*ἐπικαίω*) adustio: id ipsum, quod adustum est: genus ulceris citra nigram oculi partem: inustionem lat. medici vocant.

ἐπίκαυσις, ἡ, adustio, uredo.

ἐπίκαυστος, et *ἐπίκαυτος*, ον, praeustus.

ἐπικαυχάομαι, f. *ήσομαι*, glorior adversus aliquem, insulto alicui, *c. dat.*

ἐπικαύχησις, ἡ, insultatio.

ἐπικαχλάζω, strepito, de aqua illisa saxis. 2) irrideo, cachinnor, a *καχλάζω*.

ἐπικάω, *Att.* p. *ἐπικαίω*. (⏑⏑‒‒)

ἐπίκειμαι, (*κεῖμαι*, *irreg.*) impositus sum, superimpositus sum: jaceo super: incumbo, immineo: insto, urgeo, insequor. part. *ἐπικείμενος*, interdum *signif. pass. c. acc.*, ut *ἐπικ. κυνέην*, tectus galea.

ἐπικείρω, f. *κέρσω*, (*κείρω*) attondeo, praecido: *metaph.* impedio, Hom.

ἐπικεκρυμμένως, *adv.* (*ἐπικρύπτω*) occulte, obscure.

ἐπικελᾰδέω, f. *ήσω*, acclamo, clamorem tollo, Il. 8, 542. 18, 310.

ἐπικέλευσις, ἡ, acclamantium cohortationes.

ἐπικελεύω, et *ἐπικελεύομαι*, hortor, *τινί*.

ἐπικέλλω, f. *κέλσω*, (*κέλλω*) appello, vel appellor, pervenio, *c. dat.* vel *ἐπί* s. *πρός τι*.

ἐπικέλομαι, (*κέλομαι*, *irr.*) insuper advoco, Il. 9, 454.

ἐπικεντρέω, stimulum, calcar addo. Anthol.

ἐπικεντρίζω, stimulo pungo in superficie, leviter stringo. 2) de arboribus, surculum insero.

ἐπίκεντρος, ον, (*κέντρον*) qui est in centro.

ἐπικεράννυμι, f. *κεράσω*, (*κεράννυμι*, *irr.*) admisceo.

ἐπικέρας, vel *ἐπίκερας*, ατος, τό, foenum Graecum.

ἐπικεραστικός, ή, όν, cui temperandi vis inest, obtundens vel temperans, v. c. malignitatem morbi.

ἐπικερδαίνω, (*κερδαίνω*, *irr.*) praeterea, insuper lucror.

ἐπικέρδεια, ἡ, et *ἐπικέρδειον*, τό, i. q. *ἐπικέρδια*, q. v.

ἐπικερδής, ές, (*κέρδος*) quaestuosus, lucrosus. Hinc *τὸ ἐπικερδές*, lucrum.

ἐπικέρδια, τά, (*κέρδος*) lucrum ex mercatura, quaestus, Hdt. 4, 152.

ἐπικερτομέω, f. *ήσω*, maledictis seu probris incesso ob aliquam rem: falsum timorem incutere alicui cupio, deludo, derideo, *τινά*.

ἐπικερτόμημα, τό, dictum mordax cum irrisione: objurgatio.

ἐπικερτόμησις, ἡ, idem.

ἐπικέρτομος, ον, maledicus, objurgans.

ἐπικεύθω, f. *εύσω*, occulo, celo.

ἐπικεφάλαιον, τό, capitatio, id quod in capita singula penditur, tributum capitulare.

ἐπικεφᾰλαιόω, f. *ώσω*, summam colligo.

ἐπικήδειος, ον, (*κῆδος*) funebris. Hinc *Subst.* *τὸ ἐπικήδειον*, Epicedium, carmen funebre, Naenia.

ἐπικήπιος, ον, (*κῆπος*) hortensis.

ἐπικηραίνω, (*κηραίνω*) infesto sum animo adversus aliquem.

ἐπίκηρος, ον, (*κήρ*) fato letifero obnoxius, fatalibus morbis obnoxius: caducus, fluxus.

ἐπικηρόω, (*κηρόω*) cera obduco.

ἐπικηρῡκεία, ας, ἡ, legatio de pace aut foedere.

ἐπικηρύκευμα, τό, idem. (ῡ)

ἐπικηρῡκεύομαι, per caduceatorem, seu praeconem pacem peto, de pace et amicitia legatos mittendos censeo. Dicitur tamen et de nunciis privatorum. 2) mentionem facio (sc. in senatu vel apud populum) pacis cum hoste faciendae. 3) pronuncio, praedico, edico, denuncio.

ἐπικήρυξις, ἡ, pronunciatio pecuniae per praeconem, vel denunciatio poenae per praeconem. A seq.

ἐπικηρύσσω, *Att.*-*ττω*, f. *ξω*, per praeconem pecuniam publice ei polliceor, qui

aliquem vivum mortuumve tradiderit. item, qui alicujus rei iudicium fecerit: ἐπικηρυχθείς, proscriptus: per praeconem edico, denuncio, veluti capitis poenam, si quis quid fecerit: potestatem praedandi in finibus alicujus publice facio. 2) i. q. ἐπικηρυκεύομαι, nuncio alicui aliquid per praeconem: ἐπικηρυχθεὶς χθονί, minatus urbi, Aesch. Sept. 619. 3) venale propono, publice vendo, ut ἀποκηρύσσω, Strab. Plut.

ἐπικήρως, *adv.* (ἐπίκηρος) more eorum, qui fatalibus morbis, vel fato etiam mortifero obnoxii sunt.

ἐπικίδνημι, (κίδνημι) dissipo, dispergo super: κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν, animo ne succumbite malis, Hdt. 7, 140 in oraculo. Frequentius in *medio*, dispergor, diffundor, Il. 2, 850.

ἐπικιναίδυσμα, τό, (κιναιδίζομαι) cinaedicum factum, dictum gestusve.

ἐπικινδυνεύομαι, f. εύσομαι, in periculo versor, in periculum adductus sum. τὰ χρήματα ἐπικινδυνεύεται τῷ δανείσαντι, merces, quibus onusta est navis, vehuntur cum periculo ejus, qui pecuniam in eas praebuit, ut ipsius sit damnum, si forte navis pereat, Dem. p. 915. *Activo seriores* tantum utuntur, ut Aristid. T. II p. 251.

ἐπικίνδυνος, ον, periculosus, cum periculo conjunctus.

ἐπικινδυνώδης, ες, idem.

ἐπικινδύνως, *adv.* periculose. (ῡ)

ἐπικινέω, f. ήσω, admoveo. *Med.* commoveor, gestum ago, gesticulor.

ἐπικίρνημι, admisceo, miscendo repleo: ἐπικίρναται ὁ κρατήρ, miscetur in cratere vinum, crater repletur, Hdt. 1, 51.

ἐπικιχλίδες, αἱ, carmen in κιχλῶν gratiam compositum ab Homero, teste Athenaeo p. 65. a.

ἐπικλάζω, f. κλάγξω, (κλάζω, *irreg.*) acclamo, accino, Pind.

ἐπικλαίω, *Att.* ἐπικλάω, (κλαίω, *irreg.*) flensuper.

ἐπίκλαυτος, ον, flebilis, lamentabilis.

ἐπικλάω, f. άσω, (κλάω, *irr.*) frango, flecto: animum alicujus flecto in aliam sententiam, ad misericordiam.

ἐπικλάω, *Att.* p. ἐπικλαίω. (⏑‒‒‒)

ἐπικλεής, ές, (κλέος) gloriosus, celeber.

ἐπικλεΐζω, (κλεΐζω) i. q. ἐπικλείω, 1. *poet.* ἐπικληΐζω.

ἐπικλείω, (κλείω, *irr.*) insuper celebro, celebro in aliqua re. *b*) perhibeo, dico, nomino, appello. *c*) invoco, advoco. 2) (κλείω, κλεὶς) occludo.

ἐπικλήδην, *adv.* (ἐπικαλέω) i. q. ἐπίκλην.

ἐπικληΐζω, *poet.* p. ἐπικλεΐζω. 2) i. q. ἐπικλείω, 2. occludo, Nonn., Tryphiod.

ἐπίκλημα, τό, (ἐπικαλέω) criminis objectio: accusatio: crimen, quod objicitur.

ἐπίκλην, *adv.* cognomento, *proprie est Accus.* ab *inusitato* nominativo ἐπίκλη, pro ἐπίκλησις.

ἐπικληρικός, ή, όν, ad ἐπίκληρον pertinens, de ea agens etc. A seq.

ἐπίκληρος, ον, (κλῆρος) femina, ad quam universa hereditas pertinet. 2) orba, cui neque pater, neque frater germanus, neque avus paternus superstes est. 3) locuples, opulenta.

ἐπικληρόω, f. ώσω, sorte attribuo: quocunque modo attribuo, assigno. *Med.* sortior.

ἐπικλήρωσις, ἡ, sortitio, attributio per sortem facta.

ἐπίκλησις, ἡ, (ἐπικαλέω) cognomen. 2) invocatio. 3) ignominia.

ἐπικλήσκω, *poet.* p. ἐπικαλέω.

ἐπίκλητος, ον, advocatus, evocatus, accitus: nobilis, celeber: attributus, designatus: conviva extra ordinem vocatus, umbra: reprehensione dignus, vituperandus, infamis.

ἐπικλιβάνιος, ον, (κλίβανος) qui est in fornace vel ad fornacem.

ἐπικλινής, ές, (ἐπικλίνω) declinans, deorsum vergens, declivis, devexus.

ἐπικλίντης, ου, ὁ, inclinans, faciens, ut quid inclinet. 2) species terrae motus, quum terra ad angulos acutos in obliquum quatitur; ap. Aristot. Ab eod.

ἐπίκλιντρον, τό, sella, vel lectus, in quo nos reclinare vel recumbere possumus.

ἑτοιμότης, ἡ, promtitudo, alacritas apparatus ad rem gerendam: propensio.

ἑτοιμοτόμος, ον, (τέμνω) ad scindendum promtus.

ἑτοιμοτρεπής, ές, (τρέπω) qui facile flectitur.

ἑτοιμοτρεχής, ές, (τρέχω) ad currendum paratus.

ἑτοίμως, *adv.* promte, expedite, parate.

ἔτορον, ες, ε, aor. 2. ab τορέω.

ἐτός, ή, όν, (*propr. adj. verb.* ab εἰμί) i. q. ἐτεός, sed haec forma nusquam occurrit, nisi in grammaticis. Contra ἐτός, *adv.* revera, in interrogatione ironica, Ar. Pl. 404. Eccl. 248. extra interrogationem, Opp. Cyn. 1, 53.

ἔτος, εος, τό, annus.

ἑτός, ή, όν, *adj. verb.* ab ἵημι, missus, missilis.

ἔτραγον, aor. a τρώγω.

ἔτραπον, aor. 2. a τρέπω, Hom.

ἔτραφον, *ἐτράφην*, aor. 2. act. et pass. a τρέφω.

ἐτυμηγόρος, ον, (ἔτυμος, ἀγορεύω) veridicus.

ἐτυμηθρόος, ον, (θρόος) verum sonans, veridicus. Invenitur et ἐτυμοθρόος.

ἐτυμόδρυς, υος, ἡ, quercus proprie dicta.

ἐτυμολογέω, f. ήσω, (ἐτυμολόγος) originem verbi indico.

ἐτυμολογία, ἡ, etymologia, originis verborum indicatio, notatio Ab eod.

ἐτυμολογικός, ή, όν, etymologicus, peritus etymologiarum explicandarum. A praec.

ἐτυμολόγος, ον, (ἔτυμος, λέγω) qui origines verborum explicat.

ἔτυμος, η, ον, *Att.* -ος, ον, (ἐτός) verus. Hinc ἔτυμον, *adv.* vere, revera, et *Subst.* τὸ ἔτυμον, origo vocabuli.

ἐτυμότης, ἡ, i. q. ἐτυμολογία. 2) veritas.

ἐτυμώνιος, ον, (ἔτυμος) verus, *poet.*

ἐτύμως, *adv.* vere. 2) ab origine vocis, secundum originem vocis. (ῠ)

ἐτωσιοεργός, όν, (e seq. et ἔργον) qui incassum laborat. 2) qui laborem fugit.

ἐτώσιος, ον, inanis, cassus, inutilis, Hom. (incertae radicis.)

ἐτωσίως, *adv.* frustra.

εὖ, *adv.* ab ἐύς, *Epice* ante positionem ἐΰ, Il. 3, 235. al. bene, recte, apte: rite: praeclare, pulcre: feliciter, commode. Conjungitur inprimis cum verbis sciendi s. intelligendi, ut εὖ οἶδα, εὖ γιγνώσκω. Componitur etiam c. aliis adv., ut εὖ μάλα, perbene, Hom. εὖ σαφῶς s. σαφῶς εὖ, μάλ' εὖ, χάρτ' εὖ, cf. Schaef. ad Soph. O. R. 958. L. Bos. p. 224. Auget vim adjectivorum εὖ πάντες, εὖ πάντα, universi, cuncta. τὸ εὖ, bonum, honestum. In compositis omnia eadem notat, vel *facile* et *multum* - Nunquam εὖ cum verbis, sed tantum cum nominibus componitur, Scalig. ad Phryn. p. 266. ed. Lobeck. Schaef. Mel. p. 6. Rarissimae sunt hujus regulae exceptiones, qualem esse existimo ἀντευπάσχω, quod vide. Contra frequentia sunt verba a substantivis vel adjectivis cum εὖ compositis derivata, ut εὐαγγελίζομαι.

εὗ, *Ion.* et *Ep.* p. οὗ, Il. 20, 464. 2) *enclit.* i. q. αὐτοῦ, Il. 14, 427. 15, 165. 24, 29..

εὐά, vox hortantis vel laetantis, ut εἶα. 2) vox capri, Suid.

εὐαγγελέω, i. q. εὐαγγελίζομαι, Plat.

εὐαγγελίζομαι (εὐαγγέλιον) laeta nuncio, τινί τι, *ap. recentiores* τινά τι, Alciphr. ep. 3, 12. Heliod. 2, 16. Euseb. V. C. 3, 26. cf. Phryn. p. 266. ibique Lobeck. 2) doctrinam Christi annuncio, evangelium praedico, N. T. *Apud seriores* reperitur etiam *Activum* εὐαγγελίζω, et *Medium* in significatione: bonum omen aliquid facio.

εὐαγγελικός, ή, όν, ad laetum nuncium pertinens. 2) evangelicus, ad evangelium pertinens.

εὐαγγέλιον, τό, praemium, quod datur rem laetam nuncianti, Od. 14, 152. 166. εὐαγγέλια θύειν, sacra facere ob laetum nuncium acceptum. 2) laetus nuncius. 3) annunciatio doctrinae ac religionis Christi, qua homines erudiri voluit: doctrina christiana universa: historia Christi, pro ut ab Evangelistis descripta est, evangelium, N. T.

εὐαγγέλιος, ον, laeta nuncians.

Εὐαγγελιστής, οῦ, ὁ, Evangelista, evangelii praeco. 2) evangelii sive historiae evangelicae scriptor. *Proprie* rei laetae nuncius: vox tamen non nisi in scriptoribus christianis occurrit.

εὐαγγελίστρια, ας, ἡ, quae evangelium docet.

εὐάγγελος, ον, qui fausta annunciat, Aesch.

εὐάγεια, ἡ, sanctitas, castitas. (Antepenult. brevis.)

εὐαγέω, (εὐαγής) sanctus sum, sancte vivo.

εὐαγέως, *adv.* sancte, pure, rite. A sq.

εὐαγής, ές, (ἄγος, ἅγιος) purus, castus, sanctus, sacer, pius, culpa carens: purus, clarus, perspicuus, illustris, e longinquo conspicuus, πύργος, Eur. Suppl. unde late prospicere possumus, ἕδρα εὐαγὴς στρατοῦ, Aesch. Pers. 464. ubi cf. commentar. p. 189. 2) (ἄγω) agilis. 3) i. q. εὐηγής, rotundus, qua significatione α productum habet et non nisi *ap. seriores* legitur, ut Leon. Tar. 28. 4) (ἄγνυμι) fragilis.

εὐάγητος, ον, mobilis, qui huc et illuc facile agitur. Vox inepta dithyrambica ap. Aristoph. Nub. 277. *Dor.* pro εὐήγητος. (‒ ‒ ‒ ⏑)

εὐάγκαλος, ον, (ἀγκάλη) facilis complexu. facilis portatu.

εὐάγκεια, ἡ, amoenitas convallium, a seq.

εὐαγκής, ές, (ἄγκος) amoenis convallibus praeditus.

εὐαγλις, ῖδος, (ἀγλίς) bonas seu pulcras spicas habens, bonos nucleos habens.

εὐαγόραστος, ον, (ἀγοράζω) vendibilis.

εὐαγορέω, *Dor.* p. εὐηγορέω.

εὐαγρέω, f. ήσω, (εὔαγρος) in captura sum felix. 2) praedae copiam habeo.

εὐαγρία, ἡ, felicitas et bonus successus in captura, prospera venatio, opima praeda. A seq.

εὔαγρος, ον, (ἄγρα) felix in captura. Dicitur et εὐαγρής, ές, Opp.

εὐαγωγία, ἡ, bona educatio. 2) facilitas morum, qua quis lubenter agi et duci vel educari se patitur. A seq.

εὐάγωγος, ον, qui facile duci potest, ductilis: tractabilis, docilis. 2) faciles commeatus habens, Aristot. pol. 7, 6, 2. commodus ad habitandum. (‒ ⏑ ‒ ⏑) *Adv.* εὐαγώγως, Cic. ad Att. 13, 23.

εὐάγων, ον, (ἀγών) felix in certamine, certaminibus clarus, Pind. N. 10, 71. (‒ ⏑ ‒)

εὐαγῶς, *adv.* sancte, ab εὐαγής.

εὔαδε, 3 aor. ab ἁνδάνω, p. ἆδε, placuit, Hom.

εὐαδής, ές, (ἁνδάνω) placidus, tranquillus, *dub.* v. Herm. ad Soph. Phil. 817.

εὐαδίκητος, ον, (ἀδικέω) qui facile injuria adfici solet, injuriae obnoxius, hinc 2) imbecillis.

εὐάεια, ἡ, (εὐαής) salubritas flatus. (‒ ‒ ‒ ⏑)

εὐαερής, ές, (ἀήρ) tranquillum coelum habens, Chrysost.

εὐαερία, ἡ, tranquillitas coeli.

εὐαέριος, ον, i. q. εὐαερής.

εὐάερος, ον, salubrem aerem, tranquillum coelum habens. (‒ ‒ ⏑ ⏑)

εὐάζω, f. άσω, vel εὐϊάζω, (εὐά, εὐάν) Evan clamo, de clamore bacchantium evoë: sacro furore percitus sum. 2) celebro, θεόν: sic et in *medio*.

εὐαής, ές, (ἄημι) salubriter spirans. 2) qui bene a ventis perflatur.

εὔαθλος, ον, clarus certaminibus: peritus certaminum.

εὐαίνητος, ον, (αἰνέω) laude dignissimus:

εὐαίρετος, ον, (αἱρέω) qui facile capi vel deligi potest.

εὐαισθησία, ἡ, sensuum vigor, a seq.

εὐαισθητέω, sum εὐαίσθητος.

εὐαίσθητος, ον, (αἰσθάνομαι) sensu valens, sensum acrem habens. Hinc *Subst.* τὸ εὐαίσθητον, sentiendi facultas, sensus acumen. Ab eod.

εὐαισθήτως, *adv.* cum sensuum vigore, faciliter ad perceptionem. *Comp.* εὐαισθητοτέρως, ap. Plat.

εὐαίων, ωνος, ὁ, ἡ, beatus, felicis aevi.

εὐάκεστος, ον, (ἀκέομαι) curatu facilis. (‒ ⏑ ‒ ⏑)

εὐακέως, *adv.* ut curari facile possit.
εὐακοέω, **εὐάκοος**, ον, (--∪∪) *Dor.* p. εὐηκοέω, εὐήκοος.
εὐάκτῖν, ῖνος, (ἀκτίν) pulcros habens radios.
εὐαλαζόνευτος, ον, (ἀλαζονεύω) de quo facile gloriari possis.
εὐαλάκατος, ον, *Dor.* pro εὐηλ.
εὐαλδέως, *adv.* feliciter et cum profectu.
εὐαλδής, ές, (ἀλδέω) bene et feliciter crescens, bonum incrementum accipiens.
εὐαλθής, ές, (ἀλθω) sanatu facilis.
εὐάλιος, *Dorice* pro εὐήλιος.
εὐαλκής, ές, (ἀλκή) valde robustus.
εὐαλλοίωτος, ον, qui facile mutari potest.
εὐαλσής, ές, (ἄλσος) nemorosus.
εὐάλφιτος, ον, (ἄλφιτον) ex bona farina factus.
εὐαλωσία, ἡ, (ἅλως) Cereris epitheton, quoniam areas copia frugum implet. Hesych.
εὐάλωτος, ον, (ἁλίσκομαι) captu facilis, expugnabilis.
εὐάμπελος, ον, pulcre vitibus consitus.
εὐάν, Vox mulierum bacchantium. Hinc Lat. *Evan*, ipse Bacchus (--)
εὐανάγνωστος, ον, (ἀναγινώσκω) lectu facilis.
εὐανάγωγος, ον, (ἀναγωγή) qui facile rejicitur, exsecreatur.
εὐαναδιδάκτως, *adv.* (ἀναδιδάσκω) ut facile meliora sibi persuaderi sinat.
εὐανάδοτος, ον, (ἀναδίδωμι) qui facile digeritur et in membra distribuitur.
εὐανάκλητος, ον, (ἀνακαλέω) revocatu facilis. 2) qui facile flecti potest et ab ira revocari. 3) pronunciatu facilis.
εὐανακλήτως, *adv.* placabiliter.
εὐανακόμιστος, ον, (ἀνακομίζω) reductu facilis.
εὐανάληπτος, ον, (ἀναλαμβάνω) qui facile refocillari, restitui potest.
εὐανάλωτος, ον, qui facile absumitur. (-∪--∪)
εὐανάμνηστος, ον, memor.
εὐανάπνευστος, ον, (ἀναπνέω) respirationi aptus.
εὐανάσφαλτος, ον, (ἀνασφάλλω) facile e morbo resurgens, facile convalescens.
εὐανάτρεπτος, ον, (ἀνατρέπω) subversu seu eversu facilis.
εὐανάτροφος, ον, (ἀνατρέφω) bene nutritus, vigens.
εὐανδρέω, f. ήσω, (εὔανδρος) bonis et strenuis viris abundo. 2) viribus polleo, vigeo.
εὐανδρία, ἡ, abundantia fortium virorum. 2) proventus bonorum virorum, sive fortitudine, sive multitudine, sive pulcritudine: virilitas, generositas, fortitudo.
εὔανδρος, ον, (ἀνήρ) fortes viros habens, qui a strenuis viris incolitur.
εὐάνεμος, ον, (ἄνεμος) bono et prospero vento utens, epith. navigationis: serenus: a ventis tutus. 2) valde a ventis perflatus. (-∪∪∪; in secunda tamen significatione antepenultimam producere videtur, v. Soph. Aj. 198. Theocr. 28, 5.)
εὐάνετος, ον, (ἀνίημι) remissu facilis, dissolutu et dilutu facilis, facile liquescens.
εὐάνθεμος, ον, (ἄνθεμον) floridus.
εὐανθέω, f. ήσω, bene et prospere floreo.
εὐανθής, ές, (ἄνθος) pulchre floridus. 2) nitidus, venustus. 3) floribus abundans.
εὐάνιος, ον, (ἀνία) qui moderate dolores fert: lenis, mitis. (-∪∪∪)
εὐάνιος, ον, *Dor.* p. εὐήνιος. (--∪∪)
εὐάνοικτος, ον, (ἀνοίγω) apertu facilis, qui facile reseratur.
εὐανορία, ἡ, *Dor.* pro εὐηνορία, q. v.
εὐαντέω, f. ήσω, (εὐάντης) benigne excipio.
εὐάντης, ες, et
εὐάντητος, ον, (ἀντάω) facile obvius, expositus. 2) propitius, mitis. 3) cui occurrere bonum et faustum est.
εὐαντίλεκτος, ον, qui facile refelli potest.
εὐάντυξ, υγος, pulcram ἄντυγα habens, v. ἄντυξ.
εὐάνωρ, *Dor.* pro εὐήνωρ, q. v.
εὔαξος, ον, (ἄγνυμι) fragilis.
εὐαπάλλακτος, ον, (ἀπαλλάσσω) quo facile liberari possumus.
εὐαπαλλάκτως, *adv.* ad evadendum apte.
εὐαπαντησία, ἡ, comitas, a seq.
εὐαπάντητος, ου, ὁ, idem quod εὐάντητος. 2) omnibus promulgatus.
εὐαπάρτιστος, ον, (ἀπαρτίζω) perfectus, absolutus.
εὐαπάτητος, ον, (ἀπατάω) facilis deceptu. 2) qui facile decipit.
εὐαπήγητος, *Ion.* pro εὐαφήγ. q. v.
εὐαπόβατος, (ἀποβαίνω) facilis descensu.
εὐαπόβλητος, ον, (ἀποβάλλω) abjectu facilis.
εὐαπόδεικτος, ον, (ἀποδείκνυμι) demonstratu facilis.
εὐαπόδεκτος, ον, (ἀποδέχομαι) acceptus, gratissimus.
εὐαπόδοτος, ον, (ἀποδίδωμι) redditu facilis. 2) qui facile excernitur.
εὐαποκρίτως, *adv.* (ἀποκρίνομαι) ita, ut facile responderi queat. (ῖ)
εὐαπολόγητος, ον, (ἀπολογέομαι) qui facile excusari potest.
εὐαπόλυτος, ον, (ἀπολύω) qui facile exsolvi potest, recedit vel abscedit.
εὐαπόῤῥυτος, ον, (ἀποῤῥέω) facile defluens.
εὐαπόσβεστος, ον, (ἀποσβέννυμι) qui facile exstingui potest.
εὐαποσείστως, *adv.* (ἀποσείω) ut facile amoveri, repelli possit.
εὐαπόσπαστος, ον, (ἀποσπάω) qui facile avelli vel abstrahi potest.
εὐαποτείχιστος, ον, (ἀποτειχίζω) qui circumvallari et muniri facile potest.
εὐαπόφυκτος, ον, qui facile effugi potest.
εὐαρδής, ές, (ἄρδω) bene irrigatus. 2) irrigationi aptus et conveniens.
εὐάρεσκος, ον, *suspecta forma* p. εὐάρεστος, v. Schneider ad Xen. mem. 3, 5. 5. Lob. Phryn. p. 621.
εὐαρεστέω, (εὐάρεστος) delector aliqua re, τινί, sic inpr. in *Medio* 2) placeo, τινί.
εὐαρέστησις, ἡ, placabilitas, lenitas, gratiae conciliatio, studium placendi: deinque ipsa gratia.
εὐαρεστικός, ή, όν, ad placendum accomodatus.
εὐάρεστος, ον, (ἀρέσκω, ἀρεστός) acceptus, valde gratus, bene placens. 2) contentus. (ᾰ)
εὐαρέστως, *adv.* ad placitum, grate, ita, ut proberis.
εὐαρίθμητος, ον, numeratu facilis: non multus, paucus.
εὐαρκής, ές, (ἀρκέω) ad propulsandum vel auxiliandum idoneus.
εὔαρκτος, ον, (ἄρχω) tractabilis, moriger.
εὐάρματος, ον, (ἅρμα) qui bonum habet currum, eoque bene utitur.
εὐαρμοστέω, (εὐάρμοστος) concinnus, bene temperatus sum.
εὐαρμοστία, ἡ, concinnitas, lepos.
εὐάρμοστος, ον, aptus, habilis, dexter, quadrans, commodus: apte compositus, concinnus.
εὐαρμόστως, *adv.* apte, concinne.
εὔαρνος, ον, (ἀρήν) agnis abundans, bonos agnos habens.
εὐάροτος, ον, et **εὐάροτρος**, ον, (ἀρόω, ἄροτρον) aratu facilis. 2) bene aratus. (ᾰ)
εὐάρτυτος, ον, (ἀρτύω) bene conditus. (---∪?)
εὐαρχία, ἡ, (εὔαρχος) principatus bonus.
εὔαρχος, ον, (ἄρχω) bonus ductor, imperator. 2) imperio parens. 3) bonum initium faciens.
εὐάς, άδος, ἡ, (εὐα) Baccha, quae εὐα clamat.
εὔασμα, τό, (εὐάζω) clamor bacchantium.
εὐασμός, ὁ, (εὐάζω) vociferatio bacchantium; quaevis vociferatio laeta. 2) *ovatio* Romanorum, Dion. Hal. aut. 5, 47.
εὐάστειρα, ἡ, (εὐαστήρ) Baccha, sacerdos Bacchi.
εὐάστερος, ον, (ἀστήρ) lucidissime fulgens.
εὐαστήρ, ῆρος, ὁ, (εὐάζω) evans, qui furit e Baccho. 2) sacerdos Bacchi.
εὐαστής, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.
εὐαστικός, ή, όν, bacchicus.
εὐάτριος, ον, *Dor.* p. εὐήτριος.
εὐαυγής, ές, (αὐγή) bene splendens, clarus, purus, illustris, conspicuus. *Subst.* εὐαυγία, ἡ,
εὐαυξής, ές, (αὐξάνω) bene crescens.
εὔαυρος, ον, (αὔρα) bonum aerem habens, salubritate coeli gaudens.
εὐαύχην, ενος, (αὐχήν) bonam cervicem habens.
εὐαφήγητος, ον, (ἀφηγέομαι) facilis explicatu; qui facile exprimi verbis potest.
εὐαφής, ές, (ἅπτομαι) mollis, tractabilis.
εὐάφεια, ἡ, *Ion.* εὐαφία, mollitudo. A praec.
εὐάφιον, τό, (εὐαφής) remedium tactu sanans.
εὐάφορμος, ον, (ἀφορμή) opportunus: excusatu facilis, qui faciles quasi ansas defensionis praebet: excusatione dignus.
εὐαφῶς, *adv.* (εὐαφής) decenti tactu, seu cum ansa, quasi ad captandum facili, appositissime.
εὐάχητος, ον, *Dor.* p. εὐήχητος, Eur. (---∪)
εὐβάστακτος, ον, (βαστάζω) facilis gestatu, facilis ad ferendum.
εὔβατος, ον, qui facile adiri aut transiri potest, pervius.
εὔβιος, ον, bene et commode vivens, compos vitae facilioris, cui victus facilis est.
εὐβίοτος, ον, idem.
εὔβλαπτος, ον, (βλάπτω) obnoxius, qui facile laedi potest.
εὐβλάστεια, ας, ἡ, copiosa germinatio.
εὐβλαστέω, f. ήσω, bene et copiose germino.
εὐβλαστής, ές, bene germinans.
εὐβλαστία, ἡ, copiosa germinatio.
εὔβλαστος, ον, bene germinans.

εὐβλέφᾰρος, ον, (βλέφαρον) pulcris palpebris ornatus.

εὔβλητος, ον, (βάλλω) qui facile jactu attingi potest.

εὐβοήθητος, ον, (βοηθέω) cui facile est opitulari, facile medicabilis, qui facile juvatur.

εὐβολέω, f. ήσω, felicem aleae jactum sortior, feliciter jacio. A seq.

εὔβολος, ον, (βάλλω) felix in jactu.

εὐβοσία, ἡ, (βόσκω) pabuli bonitas, seu ubertas, bonum nutrimentum, fertilitas, pabuli copia.

εὐβόστρῠχος, ον, pulcros habens cincinnos, seu cirros.

εὐβοτέομαι, bonis pascuis abundo, a seq.

εὔβοτος, ον, bene pastus. 2) pascuis abundans. 2) bonas pecudes habens.

εὔβοτρυς, υ, vel εὐβότρυος, ον, (βότρυς) pulcros racemos habens.

εὐβουλεύς, ὁ, boni consilii dator, epith. Plutonis, Jovis, Bacchi, aliorumque deorum.

εὐβουλία, ἡ, bonum consilium, prudentia, sive scientia dispiciendi, quid et quomodo faciendum sit. A seq.

εὔβουλος, ον, (βουλή) consultus, prudens, qui bene consulit.

εὐβούλως, *adv.* prudenter.

εὔβους, ουν, (βοῦς) bobus abundans, Hom. h. Ap. 54. ubi pro εὔβουν alii εὔβων.

εὐβρεχής, ής, (βρέχω) bene irrigatus.

εὔβροχος, ον, (βρόχος) multos habens laqueos.

εὔβρωτος, ον, (βιβρώσκω, *irr.*) aptus cibo, edulis.

εὐβωλοστρόφητος, ον, (βωλοστροφέω) facilis aratu, pinguis, Eustath. p. 1431, 51. Phav.

εὔβως, ων, v. εὔβους.

εὐγᾱθής, ές, et εὐγάθητος, ον, *Dorice* pro εὐγήθητος, delectabilis.

εὔγαιος, ον, terreus, epith. soli, non lapidosi, sed aratu facilis et fertilis. v. εὔγειος.

εὐγάλακτες, ων, οἱ, αἱ, (γάλα) bene lactati. (Antepenult. brevis.)

εὐγάληνος, ον, (γαλήνη) serenus.

εὐγαλήνως, *adv.* serene.

εὐγᾰμία, ἡ, felices nuptiae.

εὔγᾰμος, ον, (γάμος) felix nuptiis, s. conjugio.

εὖγε, *adv. laudantis seu adsentientis*, euge, sane, recte. 2) insultantis vel irridentis.

εὔγειος, ον, (γῆ) i. q. εὔγαιος.

εὐγένεια, ἡ, nobilitas: ingenuitas: praestantia.

εὐγένειος, ον, (γένειον, γένος) bene barbatus. 2) villosus. 3) generosus, nobilis.

εὐγενέτης, ου, ὁ, nobili genere ortus.

εὐγενής, ές, (γένος) claro et nobili genere ortus, generosus. 2) validus, pulcer; *et omnino* praestans.

εὐγενίη, ἡ, *Ion.* p. εὐγένεια.

εὐγενίζω, nobilito.

εὐγένιος, ον, i. q. εὐγενής. 2) *Subst.* εὐγένιον, τό, eugeneum, genus uvae.

εὐγενίς, ίδος, ἡ, generosa.

εὐγενῶς, *adv.* generose.

εὐγεφύρωτος, ον, (γεφυρόω) bonum pontem habens. 2) de loco, aptus ad pontem struendum. (ῡ)

εὐγεώργητος, ον, (γεωργέω) arabilis, fertilis.

εὐγέωργος, ον, i. q. εὐγεώργητος.

εὔγεως, ων, idem quod εὔγειος.

εὐγηθής, ές, et εὐγήθητος, ον, (γηθέω) delectabilis, jucundus.

εὐγηρία, ἡ, (εὐγήρως) commoda senectus, felix senium.

εὔγηρυς, υ, (γῆρυς) vocalis.

εὐγήρως, ων, (γῆρας) senio felix, cui commoda et felix senectus obtigit.

εὐγλᾰγής, ές, (γλάγος) lacte abundans et plenus.

εὐγλάγετος, ον, idem et ab eodem. (α breve.)

εὔγλᾰγος, ον, idem.

εὔγλαξ, ᾰγος, lactis copiam praebens: ab hac forma invenitur tantum dat. εὔγλαγι, Leon. Tar. A. P. 9, 744.

εὔγληνος, ον, (γλήνη) pulcras pupillas habens, pulcros oculos. 2) acutum cernens.

εὔγλυπτος, ον, (γλύφω) bene sculptus, bene cavatus.

εὐγλυφής, ές, idem.

εὐγλωσσία, *Att.* εὐγλωττία, ας, ἡ, recte loquendi facultas, 2) facundia, suavitas sermonis. A seq.

εὔγλωσσος, *Att.* εὔγλωττος, ον, (γλῶσσα) disertus, facundus.

εὐγλωττέω, f. ήσω, facundus sum. A pr.

εὐγλωττίζω, i. q. εὐγλωττέω.

εὐγλώχῑν, ῑνος, (γλωχίν) cuspide bene instructus.

εὖγμα, τό, (εὔχομαι) votum, precatio. 2) gloriatio.

εὔγναμπτος, ον, flexilis, qui facile flecti potest. 2) bene flexus, fabre vel scite excisus aut exsculptus, unde in nonnullis rebus vertas, elaboratus, pulcer.

εὐγνωμονέω, f. ήσω, (εὐγνώμων) fidei bonae sum, aequo animo sum.

εὐγνωμόνως, *adv.* ex aequo bonoque, ex bona fide.

εὐγνωμοσύνη, ἡ, aequitas animi, bona mens, candor.

εὐγνώμων, ον, (γνώμη) proba mente praeditus, fidelis, aequanimus, placidus, benignus: bonus rerum aestimator: qui bonam fidem praestat: candidus.

εὐγνώριστος, ον, (γνωρίζω) agnitu facilis, qui facile agnosci potest.

εὔγνωστος, ον, cognitu facilis, 2) bene notus.

εὐγνώστως, *adv.* clare, perspicue.

εὔγομφος, ον, (γόμφος) bene clavatus, clavis firmatus.

εὐγόμφωτος, ον, i. q. εὔγομφος.

εὐγόνᾰτος, ον, (γόνυ) pulcra genicula seu internodia habens, bene seu pulcre geniculatus.

εὐγονία, ἡ, fecunditas. A seq.

εὔγονος, ον, (γονή) fecundus.

εὐγραμμία, ἡ, lineamenta scite ducta, accurata delineatio. A seq.

εὔγραμμος, ον, (γραμμή) bene delineatus, lineamentis bene distinctus.

εὐγρᾰφής, ές, (γράφω) bene, seu pulcris literis scriptus. 2) bene scribens, seu pingens.

εὔγῡρος, ον, (γυρός) in orbem actus, rotundus. epith. luctae.

εὐγώνιος, ον, (γωνία) recte angulatus, angulos rectos habens.

εὐδαίδᾱλος, ον, pulcer, egregie elaboratus.

εὐδαιμονέστατα, *adv.* (εὐδαίμων) felicissime.

εὐδαιμονέω, f. ήσω, felix sum, beate vivo, floreo omnium rerum copia.

εὐδαιμόνημα, τό, eventus felix. A pr.

εὐδαιμονία, ἡ, felicitas, beatitudo.

εὐδαιμονίζω, f. ίσω, beatum judico, vel praedico, τινά τινος, aliquem ob aliquid, Soph.

εὐδαιμονικός, ή, όν, ad felicitatem idoneus. 2) beatus.

εὐδαιμόνισμα, τό, (εὐδαιμονίζω) felicitas.

εὐδαιμονισμός, οῦ, ὁ, beatitudinis praedicatio. Ab eod.

εὐδαιμονιστέος, έα, έον, fortunatus existimandus.

εὐδαιμόνως, *adv.* fortunate, feliciter.

εὐδαιμοσύνη, ἡ, i. q. εὐδαιμονία.

εὐδαίμων, ον, fortunatus, felix, beatus. 2) dives, opulentus. *Proprie* is, cujus daemon bonus, id est, animus virtute perfectus est.

εὐδάκρῡτος, ον, (δακρύω) valde luctuosus, lacrimosus.

εὐδάκτῠλος, ον, (δάκτυλος) pulcros habens digitos.

εὐδαίνω, *poet.* p. εὕδω, Lyc.

εὐδάπανος, ον, (δαπάνη) sumtuosus, largus. 2) mediocres sumtus faciens. (- ◡ ◡ ◡)

εὐδαρκής, ές, bene et acute videns. Hesych. pro εὐδερκής.

εὐδείελος, ον, (δείελος, δῆλος) bene conspicuus, et eminens, clarus, illustris, epith. Ithacae, quae propter excelsa litora e longinquo conspiciebatur, Od., 2, 167. 9, 21. 13, 212. 14, 344. 19, 132. cf. 13, 234. *metaph.* illustris, clarus, Pind. Alii vocem derivant a δείλη, ut sit *versus occidentem situs*, quae tamen explicatio non omnibus locis potest adhiberi, ut Pind. P. 4, 156.

εὐδεινός, ή, όν, pro εὐδιεινός, q. v.

εὔδειπνος, ον, (δεῖπνον) copiosus, delicatus, epith. coenae. 2) bene coenans, qui lautis epulis excipitur. Hinc *Subst.* εὐδειπνία, ἡ, bona coena.

εὔδενδρος, ον, (δένδρον) arboribus bene consitus.

εὐδέρμᾰτος, ον, (δέρμα) firma vel pulcra pelle munitus, tectus.

εὐδίψητος, ου, ὁ, ἡ, (δεψέω) subactu facilis, bene subactus.

εὔδηλος, ον, admodum evidens, conspicuus.

εὐδία, ας, ἡ, (Ζεύς, Διός) aeris bonitas, serenitas, sudum, serenum coelum: pulcra dies: tranquillitas aeris: tranquillitas maris. cf. εὔδιος (- ◡ -)

εὐδιάβᾰτος, ον, qui facile transiri potest.

εὐδιάβλητος, ον, (διαβάλλω) quam facile criminari possumus, criminationibus obnoxius. 2) cui facile imponi, qui facile mendaciis circumveniri potest.

εὐδιάβολος, ον, idem.

εὐδιάγνωστος, ον, (διαγινώσκω) facile discernendus.

εὐδιάγωγος, ον, (διαγωγή) laetus, hilaris. 2) qui est laeti seu jucundi convictus. 3) qui oblectat vitam et taedium adimit.

εὐδιάζομαι, f. άσομαι, (εὐδία) serenus sum, tranquillus sum, tranquille vivo: *tropice* gaudeo. Hinc et εὐδιαζόμενος, tranquillus, serenus, clemens et tepidus. Rarius invenitur *act.* εὐδιάζω.

εὐδιάθετος, ον, (διατίθεμαι) bene seu pulcre dispositus. 2) bene adfectus animo. 3) qui facile distrahi, vendi potest.

εὐδιαθέτως, *adv.* recte atque ordine.

εὐδιάθρυπτος, ον, (διαθρύπτομαι) fra-

gilis.

εὐδίαιος, ου, ὁ, clavus ligneus in carina navis fixus, quo exemto defluit sentina, seu foramen in carina, per quod egeritur sentina.

εὐδιαίρετος, ον, (διαιρέω) qui facile dividi potest, fissilis: perspicuus: distinctus ordine.

εὐδιαίτερος, α, ον, serenior, tranquillior. *Compar. irr.* ab εὔδιος, Xen.

εὐδιαίτητος, ον, (διαιτάω) arbitratu facilis, de quo arbitrari s. judicare facile est.

εὐδίαιτος, ον, (δίαιτα) qui victu facili et modico est contentus, homo frugi.

εὐδιάκλαστος, ον, (διακλάω) fragilis, fractu facilis.

εὐδιακόμιστος, ον, (διακομίζω) qui facile trajici potest.

εὐδιάκοπος, et εὐδιάκοπτος, ον, (διακόπτω) qui facile frangi, comminui, secari potest.

εὐδιακόσμητος, ον, (διακοσμέω) qui facile in ordinem redigi potest.

εὐδιάλλακτος, ον, (διαλλάττω) reconciliabilis, placabilis. Unde.

εὐδιαλλάκτως, *adv.* placabiliter.

εὐδιάλυτος, ον, (διαλύω) qui facile dissolvi potest, frangibile. 2) pronus ad pacem, compositionem.

εὐδιανέμητος, ον, (διανέμω) dividuus, qui facile distribui potest.

εὐδιανός, ή, όν, i. q. εὔδιος, tepidus, Pind

εὐδιάπνευστος, ον, (διαπνέω) idem quod seq. n. 2.

εὐδιάπνοος, ον, *contr.* εὐδιάπνους, ουν, (διαπνοή) perflabilis, perflatum facile capiens. 2) qui per spiritales meatus facile transmittitur.

εὐδιάρθρωτος, ον, (διαρθρόω) bene articulatus, bene copulatus.

εὐδιάρπαστος, ον, (διαρπάζω) direptu facilis, direptioni expositus.

εὐδιαρρίπιστος, ον, (διαρριπίζω) qui facile difflatur, h. e. perimitur, abolctur, Cyr.

εὐδιάσειστος, ον, (διασείω) qui facile concuti potest.

εὐδιάσπαστος, ον, (διασπάω) qui facile revelli, dissolvi potest, ut vallum.

εὐδιασταλῶς, *adv.* (διασταλή) distincte, Cyrill.

εὐδιάτμητος, ον, (διατέμνω) bene sectus, divisus, Cyrill.

εὐδιάφθαρτος, ον, et εὐδιάφθορος, ον, (διαφθείρω) valde corruptibilis.

εὐδιαφορέω, (διαφορέω) facile sudo vel digero, Geop.

εὐδιαφόρητος, ον, (διαφορέω) qui facile sudat. 2) qui facile digeritur.

εὐδιάφυκτος, ον, qui facile vitari potest.

εὐδιάχυτος, ον, qui facile diffunditur et diffluit.

εὐδιαχώρητος, ον, (διαχωρέω) qui facile egeritur.

εὐδιάω, (εὐδία) tranquillus sum, tranquillitate fruor. Hinc εὐδιόων *Ionice* pro εὐδιῶν, εὐδιάων.

εὐδίδακτος, ον, docilis.

εὐδιεινός, ή, όν, (εὐδία) serenus, tranquillus. *Forma* εὐδιεινός *dubia* est et in εὐδινός mutanda esse videtur.

εὐδιεινῶς, *adv.* cum serenitate, tranquille, placato vultu.

εὐδιέξοδος, ον, facile excernendus, transpirandus.

εὐδίετος, ον, (διίημι) qui facile potest dissolvi s. dilui.

εὐδιήγητος, ον, (διηγέομαι) narratu facilis.

εὐδινός, ή, όν, i. q. εὐδιεινός.

εὐδικία, ας, ἡ, (δίκη) bonum jus, judicium sincerum.

εὐδίνητος, ον, (δινέω) agilis. (?)

εὐδῖνός, όν, i. q. εὐδίνητος.

εὐδίοδος, ον, transitu facilis, permeabilis.

εὐδιοίκητος, ον, (διοικεῖν) tractabilis, qui facile administrari potest.

εὐδίοπτος, ον, (διόψομαι) qui facile perviderі potest, visui pervius.

εὐδιόρθωτος, ον, (διορθόω) emendabilis, sanabilis, diligenter emendatus.

εὔδιος, ον, (Ζεύς, Διός) serenus, tranquillus. 2) sereno coelo utens, fruens, apud Aratum. Hinc εὔδια, *adv.* tranquille, placide. *Comp.* et *Superl. irr.* εὐδιέστερος, -έστατος, Hipp. εὐδιαίτερος, Xen. (-⏑⏑. Mediam producit Arat. Dios. 259.)

εὔδμητος, ον, bene aedificatus.

εὐδοκέω, f. ήσω, (δόκος) adquiesco, oblector, gaudeo: bene volo: probo, placet mihi. Constr. *c. dat.* vel *c. inf.*

εὐδόκησις, ἡ, benevolentia. A pr.

εὐδόκητος, ον, gratus, jucundus. Ab eodem.

εὐδοκία, ας, ἡ, benevolentia, bona et propensa voluntas, amor.

εὐδοκιμέομαι, f. ήσομαι, (εὐδόκιμος) bona fama et existimatione hominum fruor, bene audio: clarus, gratiosus sum, gratia floreo: felici successu utor. *Act.* εὐδοκιμέω *minus* est *usitatum*.

εὐδοκίμησις, ἡ, gloriae adeptio, honor, nominis splendor: approbatio. A praec.

εὐδόκιμος, ον, probus, probatus et laudatus, clarus, illustris.

εὐδοκουμένως, *adv.* (εὐδοκέω) cum *Dat. pers.* ita, ut alieni placeat.

εὐδοξέω, f. ήσω, (εὔδοξος) celebror sermone hominum, seu clarus et illustris, in magna auctoritate sum.

εὐδοξία, ἡ, celebritas, claritas nominis, bona existimatio, gloria. 2) vera opinio, judicium verum.

εὔδοξος, ον, (δόξα) illustris, gloriosus, honorificus: probatus.

εὐδόξως, *adv.* cum laude.

εὔδουλος, ον, servis benevolus, aut benignus.

εὐδρακής, ές, (δέρκομαι) acute videns, Soph.

εὐδράνεια, et εὐδρανία, ἡ, potentia, vires, robur, efficacia. Quasi ab εὐδρανής, *efficax*: radix est δραίνω.

εὐδρομέω, (εὔδρομος) bene curro, agilis et pernix cursu sum. 2) inoffenso pede procurro.

εὐδρομία, ἡ, celeritas.

εὐδρομίας, ου, ὁ, qui bene currit, celer.

εὔδρομος, ον, (δραμεῖν) bene, celeriter, feliciter currens: bene succedens.

εὔδροσος, ον, roscidus.

εὐδύνατος, ον, valde potens. (-⏑⏑⏑)

εὐδυσώπητος, ον, (δυσωπέω) qui facile pudore afficitur: facile exorabilis. 2) qui facile aliquem erubescere facit s. exorat.

εὐδυσωπήτως, *adv.* facile erubescendo, flexibiliter.

εὕδω, fut εὑδήσω, dormio, cubitum eo; γλυκὺν ὕπνον εὕδειν, Hom. 2) *metaph.* quiesco: ὄφρ' εὕδῃσι μένος Βορέαο, Il. 5, 524. frequenter de mari tranquillo. – In *prosa* oratione *frequentius* est compositum καθεύδω.

εὐδώρητος, ον, (δωρέω) bene dotatus.

εὔδωρος, ον, (δῶρον) copiose donans, largiens.

εὐέανος, ου, ὁ, ἡ, (ἑανός) decenter velatus.

εὐέγερτος, ον, (ἔγρομαι) quem facile est expergefacere.

εὔεδρος, ον, qui firmiter insidet, firmus: pulcra sede sedens. 2) cui firmiter et commode quis insidere potest, ἵππος, Xen eq. 1, 12. 3) suo aptoque loco positus, aptus: hinc ὄρνις, avis felicis ominis, quia eo loco, quo debet conspicitur.

εὐέδρως, *adv.* firmiter, apte.

εὐέθειρος, ον, (ἔθειρα) pulcram caesariem habens.

εὐειδής, ές, (εἶδος) speciosus, formosus, scitus, pulcer.

εὐείκαστος, ον, (εἰκάζω) conjectu, seu ad conjecturam facilis.

εὔεικτος, ον, (εἴκω) facile cedens, obsequens, morigerus.

εὐείκτως, *adv.* cum promto obsequio, facile, promte.

εὐείλος, ον, (εἵλη) apricus, ad apricandum aptus.

εὐειματέω, bene et eleganter sum indutus.

εὐείματος, ον, (εἷμα) bene et eleganter vestitus.

εὐειμονέω, i. q. εὐειματέω.

εὐείμων, ον, idem quod εὐείματος.

εὔειρος, ον, (εἶρος) bonam habens lanam.

εὐείσβολος, ον, (εἰσβολή) ingressum vel adgressum facilem habens.

εὐέκβατος, ον, (ἐκβαίνω) facilis egressu.

εὐεκκριτικός, ή, όν, et

εὐέκκριτος, ον, excretu facilis, qui facile ejicitur.

εὐέκνιπτος, ον, (ἐκνίπτω) qui facile elui, s. ablui potest.

εὐέκπλυτος, ον, qui facile eluitur.

εὐέκπνευστος, ον, (ἐκπνέω) qui facile exspirat.

εὐεκπύρωτος, ον, (ἐκπυρόω) facilis exustu.

εὐέκρυπτος, ον, (ἐκρύπτω) facile eluendus.

εὐεκτέω, f. ήσω, sum bona corporis habitudine, sum firmo corporis habitu. A seq.

εὐέκτης, ὁ, (εὖ, ἔχω) qui est bono corporis habitu, alacer, nitidus.

εὐεκτία, ἡ, i. q. εὐεξία.

εὐεκτικός, ή, όν, i. q. εὐέκτης.

εὐεκτικῶς, *adv.* corpore firmo, bona corporis habitudine.

εὔεκτος, ον, i. q. εὐέκτης, *dub.*

εὐέκφορος, ον, (ἐκφέρω) admodum fertilis. 2) facilis pronunciatu.

εὐέλαιος, ον, (ἐλαία) olivis abundans. 2) (ἔλαιον) olei ferax.

εὐέλεγκτος, ον, (ἐλέγχω) qui facile reprehendi, refelli potest. 2) proclivis ad reprehendendum.

εὐέλικτος, ον, flexus, convolutus.

εὐελκής, ές, (ἕλκος) ulcus facile sanatu habens.

εὔελπις, ιδος, (ἐλπίς) bona spe fretus, bene sperans. 2) *Pass.* de quo bene speratur. Polyb. Hinc τὸ εὔελπι, bona spes.

εὐελπιστέω, bona spero.

εὐελπιστί, *adv.* (ἐλπίζω) cum bona spe.

εὐελπιστία, ας, ἡ, bona spes.

εὐέμβατος, ον, (ἐμβαίνω) facilis ingressu, facile ingrediens.

εὐέμβλητος, ον, (ἐμβάλλω) qui facile injici, immitti, in locum suum reponi po-

test, de membris luxatis, Hippocr. p. 833.c.

εὐέμβολος, ον, (*ἐμβάλλω*) in quem hostes facile irrumpere possunt, qui facile invaditur: morbis obnoxius.

εὐέμετος, ον, (*ἐμέω*) vomitum facile movens. 2) facile vomens.

εὐεμέω, vox nihili, nata ex falsa lectione Theophr. h. pl. 9, 10, 2. *εὐεμέσῃ* pro *εὐεμὲς ᾖ*.

εὐεμής, ές, i. q. *εὐημής*, facile vomens, proclivis ad vomendum. cf. Lobeck. Phryn. p. 706. et Schneider Suppl. Lex. p. 94.

εὐεμπτωσία, ἡ, proclivitas labendi. 2) Medicis dicitur de incommodis, quae facile eveniunt in corpore humano, ut catarrhus, diarrhoea. A seq.

εὐέμπτωτος, ον, (*ἐμπίπτω*) qui facile incidit, seu illabitur. 2) qui facile labitur, peccat.

εὐεμπτώτως, *adv.* facile incidendo seu illabendo, procliviter. A pr.

εὐένδοτος, ον, (*ἐνδίδωμι*) qui facile cedit.

εὐέντευκτος, ον, (*ἐντυγχάνω*) aditu facilis, affabilis.

εὐεξάγωγος, ον, (*ἐξάγω*) qui facile avehi potest.

εὐεξάλειπτος, ον, (*ἐξαλείφω*) delebilis, qui facile deletur.

εὐεξανάλωτος, ον, (*ἀναλίσκω*) qui facile consumitur, de cibo, qui facile digeritur.

εὐεξαπάτητος, ον, (*ἐξαπατάω*) facilis deceptu.

εὐέξαπτος, ον, (*ἐξάπτω*) accensu facilis, qui facile accendi potest.

εὐεξέλεγκτος, ον, (*ἐξελέγχω*) qui facile argumentis probari potest, certus, exploratus, bene discussus. 2) qui facile refelli potest.

εὐεξέλικτος, ον, (*ἐξελίσσω*) facile evolvendus vel explicandus. 2) exercitum facile explicans.

εὐεξία, ἡ, (*εὐέκτης*) bona corporis habitudo. 2) felix status v. c. reipublicae. 3) dexteritas in re aliqua.

εὐεξίλαστος, ον, (*ἱλάσκω*) placabilis.

εὐέξοδος, ον, facilem exitum habens.

εὐεπάγωγος, ον, (*ἐπάγω*) qui facile adduci aliquo potest, *πρός τι*.

εὐεπαίσθητος, ον, (*αἰσθάνομαι*) acutos sensus habens, facile sentiens. 2) qui facile sentitur.

εὐεπανόρθωτος, ον, (*ἐπανορθόω*) correctu et emendatu, sanatu facilis.

εὐέπεια, ἡ, (*εὐεπής*) facundia. 2) apta verborum compositio, nitor et elegantia verborum.

εὐεπήβολος, ον, (*ἐπήβολος*) qui aliquid adeptus est.

εὐεπηβόλως, *adv.* manifesto: recte.

εὐεπηρέαστος, ον, (*ἐπηρεάζω*) cui facile noceri potest, damnis seu injuriis obnoxius.

εὐεπής, ές, (*ἔπος*) facundus, disertus.

εὐεπία, ἡ, facundia, *Ion.* et *poet.* *εὐέπεια*.

εὐεπίβᾰτος, ον, qui facile conscendi potest. 2) quem facile aggredi, invadere licet.

εὐεπίβλεπτος, ον, conspicuus.

εὐεπίβολος, ον, (*ἐπίβολος*) qui scite aliquid assequi studet, etiam mente.

εὐεπιβούλευτος, ον, (*ἐπιβουλεύω*) cui facile insidiae strui possunt.

εὐεπίγνωστος, ον, et *γνωτος*, ον, facilis cognitu.

εὐεπίθετος, ον, (*ἐπιτίθεμαι*) adgressu, vel invasu facilis, expositus insidiis, incursionibus hostium.

εὐεπιθέτως, *adv.* ad insidias faciendas apte.

εὐεπίληστος, ον, (*ἐπιλανθάνομαι*) obliviosus, facile obliviscens.

εὐεπίμικτος, ον, (*ἐπιμίγνυμι*) sociabilis, facilis aditu, dicitur et de hominibus, et de populis, et locis, terris, portubus.

εὐεπιμίκτως, *adv.* facile admittendo congressum, seu consortium, s. aditum.

εὐεπίστρεπτος, ον, (*ἐπιστρέφω*) qui facile converti potest.

εὐεπίστροφος, ον, i. q. praec.

εὐεπίτακτος, ον, (*ἐπιτάσσω*) cui imperare est facile, obediens.

εὐεπιφορία, ας, ἡ, proclivitas: copia.

εὐεπίφορος, ον, pronus ad aliquid.

εὐεπιφόρως, *adv.* prócliviter ad aliquid.

εὐεπιχείρητος, ον, (*ἐπιχειρέω*) quem adoriri aut quod suscipere facile est.

εὐεπῶς, *adv.* (*εὐεπής*) facunde.

εὐεργεσία, ἡ, (*εὐεργέτης*) beneficentia, beneficium. 2) nomen, titulus evergetae.

εὐεργετέω, f. ήσω, benefacio, bene mereor: *c. acc. pers.*

εὐεργέτημα, τό, beneficium. 2) quodvis praeclare factum. A praec.

εὐεργέτης, ου, ὁ, qui bene alicui fecit, beneficus.

εὐεργετητέον, *adj. verb.* ab *εὐεργετέω*, benefaciendum est.

εὐεργετητικός, ή, όν, beneficus.

εὐεργετικός, ή, όν, (*εὐεργέτης*) beneficus, ad benefaciendum proclivis. Hinc *Subst.* τὸ *εὐεργετικόν*, beneficium, beneficentia.

εὐεργέτις, ιδος, ἡ, benefica.

εὐεργής, ές, (*ἔργον*) bene fabricatus. 2) agilis ad opus faciendum, expeditus. 3) qui bene, recte facit. 4) beneficus. 5) bene meritus de aliquo.

εὐεργός, όν, qui bene et honeste facit, qui se bene gerit. 2) expeditus, facilis. 3) bene factus, bene cultus.

εὐερέθιστος, ον, (*ἐρεθίζω*) irritabilis, iracundus.

εὐερία, ἡ, (*εὔερος*) bona lana.

εὐέρκεια, s. *εὐερκία*, ας, ἡ, munitio, bona munitio. A seq.

εὐερκής, ές, (*ἕρκος*) bene septus, bene munitus.

εὐέρκτης, ου, ὁ, *poet.* p. *εὐεργέτης*, Antip. Thess. 30.

εὐερκῶς, *adv.* munite, bono septo. A praec.

εὐερμέω, bono successu utor.

εὐερμής, ές, fortunatus, felici rerum successu gaudens, quasi propitio Mercurio. Ab *Ἑρμῆς*, *Mercurius*, qui mercimoniorum habebatur praeses, et lucri inde provenientis procurator.

εὐερμία, ἡ, fortunae successus, felicitas.

εὐερνής, ές, (*ἔρνος*) de arbore, quae est laetis germinibus, ramis: pulcram habens stipitem s. truncum, procerus: unde et de hominibus bene adolescentibus: densus arboribus.

εὔερος, ον, (*ἔρος*) bene lanatus, *Att.* p. *εὔειρος*. Forma *εὐέριος* improbatur a grammaticis, v. Phryn. ecl. p. 146.

εὐεστία, ἡ, aedes, sed pulcrae, palatia. Dionys. Halic. 7, 11. *si lectio vera*.

εὐέστιος, ον, (*ἑστία*) bene habitans.

εὐεστώ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, (ab *εὖ* et *ἔω*, *εἰμί*, cf. *ἐστώ*) felicitas, status rerum bonus et tranquillus, animi tranquillitas. *Acc. Ion.* *εὐεστοῦν*, Democr. Stobaei serm. 42. Formae *εὐετώ* et *εὐετύς*, admodum sunt *dubiae*.

εὐετηρία, ας, ἡ, (*ἔτος*) annuorum proventuum felicitas, fertilitas, ubertas.

εὐετία, ἡ, *poet.* p. *εὐετηρία*.

εὐετύς, ύος, ἡ, v. *εὐεστώ*.

εὐεύρετος, ον, (*εὑρίσκω*) facilis inventu.

εὐέφοδος, ον, accessu, adortu, oppugnatu facilis.

εὐέψητος, ον, coctu seu concoctu facilis.

εὔεψος, ον, (*ἕψω*) bene coquens.

εὐζηλία, ἡ, bona aemulatio, aemulatio in bonam partem. A seq.

εὔζηλος, ον, aemulator in bonam partem: bonus et felix aemulator, seu imitator.

εὐζήλως, *adv.* bene aemulando, feliciter.

εὔζῠγος, ον, bene junctus seu copulatus, commode jugum ferens, patiens copulationis.

εὐζωΐα, ᾶς, ἡ, *Dor.* pro *εὐζωΐα*.

εὐζωέω, (*εὔζωος*) bene vivo.

εὐζωΐα, ἡ, vita facilis, commoda et honesta.

εὐζωμεύω, f. εύσω, bene coquo, condio.

εὔζωμος, ον, (*ζωμός*) jurulentus, in jure seu condiendis cibis gratiam habens. Hinc *Subst.* τὸ *εὔζωμον*, ου, herba eruca, mirae suavitatis.

εὔζωνος, ον, (*ζώνη*) bene cinctus, ap. Homerum epith. mulierum formosarum. 2) accinctus, expeditus, miles levis armaturae: agilis, celer.

εὔζωος, ον, (*ζωή*) cujus vita beata est. 2) vivax.

εὔζωρος, ον, (*ζωρός*) merus, meracus. *Comp.* *εὐζωρότερος* et *irreg.* *εὐζωρέστερος*, meracior.

εὐηγενής, ές, *poet.* pro *εὐγενής*.

εὐηγεσία, ἡ, bonum imperium, bona administratio.

εὐηγορέω, f. ήσω, laudo. 2) bene, lepide, facunde dico vel disputo.

εὐηγορία, ἡ, sermonis elegantia: laus, celebratio.

εὐήγορος, ον, (*ἀγορεύω*) facundus, eloquens, clara voce praeditus, qui bene dicit. 2) laudans, celebrans.

εὐηγόρως, *adv.* facunde.

εὐηδής, ές, (*ἡδύς*) valde suavis; *opp.* *ἀηδής*.

εὐήθεια, ἡ, innocentia, probitas, simplicitas: fatuitas, stultitia. A seq.

εὐήθης, ες, (*ἦθος*) bonis, commodis, antiquis moribus praeditus. 2) *Attice*, simplex, non callidus. 3) stultus, credulus 4) mitis, lenis, de morbo, ulcere etc. 6) vilis, contemtibilis, tenuis.

εὐηθία, ἡ, idem quod *εὐήθεια*, *Ion.*

εὐηθίζομαι, simpliciter ago: stulte ago.

εὐηθικός, ή, όν, simplex: stultus, ineptus.

εὐηθικῶς, *adv.* simpliciter: stulte, inepte.

εὐήκης, ές, (*ἀκή*) valde acutus.

εὐηκοέω, f. ήσω, (*ἀκοή*) facile audio. 2) obedio.

εὐηκοΐα, ἡ, facilitas audiendi. 2) obedientia.

εὐήκοος, ον, (*ἀκούω*, *ἀκοή*) facile audiens, auditu valens. 2) qui facile auditur, exaudibilis. 3) obsequiosus. 4) attentus.

εὐηκόως, *adv.* obedienter.

εὐηλάκατος, ον, (*ἠλακάτη*) pulcram colum habens, colus tractandae perita, cui

lanificium bene succedit. 2) pulcras sagittas habens: artis sagittariae peritus. (--⏑⏑⏑)

εὐήλατος, ον, (ἐλαύνω) qui facile duci, v. c. in laminas, fila, potest. 2) spatiosus, equitabilis, patens, facilis equitatu. 3) bene fabricatus, puta, ex auro, argento etc.

εὐῆλιξ, ῖκος, (ἡλικία) qui est valida aetate.

εὐήλιος, ον, apricus, soli expositus, qui sole delectatur.

εὐηλίως, *adv.* serene, placide.

εὔηλος, ον, i. q. εὐήλιος, nisi scribendum εὔειλος.

εὐημερέω, f. ήσω, (εὐήμερος) dies feliciter transigo, commode et ex animi sententia vivo, bona sum habitudine, vigeo, gratia et auctoritate valeo, plausum fero, celebror.

εὐημέρημα, τό, res, quae prospere successit, felix inceptum, successus.

εὐημερία, ἡ, diei serenitas. 2) coeli temperies. 3) successus, inprimis in rebus bellicis, prosperitas, felicitas: victoria. 4) secunda fama, gloria. A seq.

εὐήμερος, ον, (ἡμέρα, ἥμερος) prosper, felix. 2) mansuetus.

εὐημής, ές, (ἐμέω) qui facile, sine cruciatu, vomit. cf. εὐεμής.

εὐημονία, ἡ, (ἥμων) peritia jaculandi

εὐηνεμία, ας, ἡ, prosper flatus. A seq.

εὐήνεμος, ον, (ἄνεμος) prosperos ventos habens: amoenus, pulcer.

εὐήνιος, ον, (ἡνία) qui habenas facile admittit. 2) tractabilis, mitis, lenis, obsequens, rationi obtemperans, non turbulentus.

εὐηνίως, *adv.* placide, obedienter.

εὐηνορία, ας, ἡ, (εὐήνωρ) fortitudo.

εὐήνυστος, et εὐήνυτος, ον, (ἀνύω) effectu, seu confectu facilis.

εὐήνωρ, ορος, (ἀνήρ) virilis, viriles seu strenuos faciens, viris animum addens: habens et generans bonos viros: potens: viros ornans ac tuens.

εὐηπελής, ές, (εὖ, πέλομαι) felix. Hesych.

εὐηπελία, ας, ἡ, prosperitas, bona habitudo. A praec.

εὐήρᾰτος, ον, (ἔραμαι) amabilis.

εὐήρετμος, ον, (ἐρετμός) bonos habens remos, agilis, habilis; de navi proprie.

εὐήρης, ες, (ἄρω) bene aptus, commodus, tractabilis, qui facile agi aut duci potest. 2) *ap. seriores.* i. q. εὐήρετμος.

εὐήροτος, ον, (ἀρόω) aratu facilis: bene aratus: fertilem habens terram.

εὐήρυτος, ον, (ἀρύω) qui facile hauritur.

εὐητόριος, ον, (ἦτορ) animum oblectans.

εὐήτριος, ον, (ἤτριον) bene textus.

εὐηφενής, ές, (ἄφενος) valde opulentus, *v. l.* Il. 23, 81.

εὐηχής, ές, (ἦχος) bene sonans, sonorus, bonam vocem habens.

εὐήχητος, ον, (ἠχέω) idem.

εὔηχος, ον, idem.

εὐθάλαμος, ον, (θάλαμος) felix connubium faciens. (-⏑⏑⏑)

εὐθάλασσος, ον, (θάλασσα) mare opportunum habens, ad mare situs, epith. urbis.

εὐθάλεια, ἡ, (εὐθαλής) pulcer flos. (-⏑-⏑)

εὐθᾰλέω, f. ήσω, bene vireo, seu germino. A seq.

εὐθαλής, ές, (θάλλω) florens, floridus.

εὐθᾱλής, ές, *Dor.* i. q. εὐθηλής.

εὐθαλπής, ές, (θάλπω) bene fovens.

εὐθαλπιόων, Od. 16, 319. *f. l.* p. εὖ θαλπιόων.

εὐθᾰνᾰσία, ας, ἡ, (θάνατος) naturalis, facilis, item honesta mors.

εὐθᾰνᾰτέω, f. ήσω, facili, item honesta morte morior. 2) dicitur et de eo, quocum bene agitur, quum moritur, cui optabilis mors est. A seq.

εὐθάνατος, ον, qui in lectulo suo moritur, fato jubente, sine cruciatu: bene honeste moriens. 2) bonam et honestam mortem adferens. (-⏑-⏑)

εὐθανάτως, *adv.* felici morte. 2) facili morte.

εὐθάρσεια, ας, ἡ, fiducia, animi praesentia.

εὐθαρσέω, f. ήσω, forti animo sum, bene spero, confido.

εὐθαρσής, ές, (θάρσος) fiducia praeditus, fidenti animo, alacer, fidens: audax.

εὐθαρσῶς, *adv.* cum fiducia, audacter. A praec.

εὐθέατος, ον, (θεάομαι) adspectu facilis.

εὔθεια, ἡ, v. εὐθύς.

εὐθενέω, f. ήσω, forma *Attica* pro εὐθηνέω, q. v.

εὐθενής, εὐθενέω, εὐθένεια, εὐθενία, i. q. εὐθηνής, etc. De discrimine harum formarum vide sub εὐθηνέω.

εὐθεράπευτος, ον, facile sanabilis. 2) quem colere et demereri officiis facile fit.

εὐθέριστος, ον, (θερίζω) qui facile demeti potest.

εὐθέρμαντος, ον, (θερμαίνω) bene vel cito calefactus. 2) cito incalescens.

εὔθερμος, ον, (θερμός) valde calidus.

εὔθερος, ον, (θέρος) per aestatem habitabilis, aestate amoenus.

εὐθεσία, ας, ἡ, (θέσις) bona corporis habitudo, firma corporis constitutio. 2) de agris vel tempore, fecunditas, fertilitas, ut εὐθέτησις.

εὐθετέω, f. ήσω, (εὔθετος, τίθημι) aptus sum. 2) concinne dispono, scite digero.

εὐθέτησις, ἡ, copia, abundantia. A praec.

εὐθετίζω, f. ίσω, concinne dispono, accommodo. A seq.

εὔθετος, ον, appositus, aptus, utilis: firmus, stabilis, affabre elaboratus, σάκος Aesch.

εὐθέτως, *adv.* apte, utiliter.

εὐθεώρητος, ον, (θεωρέω) spectatu, cognitu facilis.

εὐθέως, *adv.* (εὐθύς) statim, confestim: repente: exempli caussa, ut hoc utar, ne longius abeam.

εὐθηγής, ές, (θήγω) bene acutus, facile patiens acui. 2) bene acuens.

εὔθηκτος, ον, bene acutus.

εὐθηλέω, (εὐθηλής) lactis copia nutrio. Unde.

εὐθηλήμων, ον, lacte bene nutritus.

εὐθηλής, ές, (θηλή) copia lactis nutritus: opimus, copiosus. *Dor.* εὐθᾱλής, quod cave confundas cum εὐθαλής,

εὔθηλος, ον, (θηλή) mammosus, distentas mammas habens.

εὐθημοσύνη, ἡ, (εὐθήμων) concinna rerum depositio, ordo.

εὐθημονέω, f. ήσω, (εὐθήμων) apte dispono.

εὐθήμων, ον, (τίθημι) concinnus, bene constitutus, apte, pulcre dispositus. 2) concinne disponens, ordinis concinni amans.

εὐθήνεια, ἡ, (εὐθηνής) vigor, abundantia et copia rerum, prosper successus.

εὐθηνέω vel εὐθηνέομαι, vigeo, floreo: prosperis successibus utor, prospere succedo: bene cresco. 2) abundo aliqua re, *c. dat.* vel *c. gen.* Forma εὐθενέω est *Attica*, εὐθηνέω, *Ionica* et *vulgaris*, v. Lobeck. Phryn. p. 465. seq. Idem valere videtur de εὐθήνεια et εὐθένεια, (quam vocem tamen omnino *Atticis* abjudicat Phrynichus) εὐθηνής et εὐθενής. Radix est θέω.

εὐθηνής, ές, copiosus, abundans, Gramm.

εὐθηνία, ἡ, i. q. εὐθήνεια, inpr. annonae ubertas.

εὐθήρᾱτος, ον, *Dor.* p. εὐθήρητος, facilis venatu, qui facile capi potest venando, item *tropice.*

εὐθήρευτος, ον, (θηρεύω) facilis venatu.

εὐθήρητος, ον, (θηράω) facilis venatu, qui facile capi potest venando: item *tropice.*

εὐθηρία, ας, ἡ, opportunitas, felicitas venandi. A seq.

εὔθηρος, ον, (θήρα, θήρ) felix in venando. 2) aptus venationibus, de loco, vel tempestate, feris abundans.

εὐθής, i. q. εὐθύς, in *dialecto Alexandrina*, ap. LXX.

εὐθήσαυρος, ον, felix thesauris, habens egregios thesauros. 2) bene reconditus et custoditus.

εὔθικτος, ον, (θίγω) tactu facilis, tractabilis. 2) facile tangens s. attingens: dicax.

εὐθίκτως, *adv.* apte, congrue, facete.

εὐθιξία, ας, ἡ, dexteritas in feriendo scopo: sagacitas in re aliqua conjicienda et adsequenda: felicitas in perficiendo, sanando etc.

εὔθλαστος, ον, (θλάω) valde fragilis.

εὐθνήσιμος, ον, facilem ac sine dolore mortem efficiens: pro εὐθανάσιμος, Aesch. Ag. 1294.

εὔθοινος, ον, (θοίνη) splendida coena exceptus, vel excipiens, lautus.

εὐθορύβητος, ον, (θορυβέω) qui facile terretur, perturbatus. (-⏑⏑-⏑)

εὔθραυστος, ον, (θραύω) fractu vel contusu facilis, friabilis, fragilis: aptus ad vulnera facienda.

εὔθριγχος, ον, (θριγκός) firma lorica, septo munitus. 2) munitus bene.

εὔθριξ, τρίχος, (θρίξ) bene capillatus. 2) ex bonis capillis factus.

εὔθρονος, ον, (θρόνος) pulcrum thronum seu sellam habens.

εὔθροος, ον, (θρόος) bene sonans, sonorus.

εὔθρυπτος, ον, (θρύπτω) fragilis: friabilis. 2) fractus deliciis, mollis.

εὐθύ, *neutr.* ab εὐθύς, vi *adverbii, recta.* v. εὐθύς.

εὐθυβολέω, f. ήσω, recta jaculor.

εὐθυβολία, ας, ἡ, rectus jactus. 2) recta conjectura.

εὐθυβόλος, ον, (βάλλω) recta feriens.

εὐθύβολος, ον, (βάλλω) appositus, q. d. recte jactus.

εὐθυβόλως, *adv.* recto et destinato tactu, recte.

εὐθύγλωσσος, *Att.* εὐθύγλωττος, ον, veridicus: qui eloquitur, quae sentit: sincerus, probus, verax.

εὐθύγραμμος, ον, (γραμμή) rectis lineis constans. *Subst.* τὸ εὐθύγραμμον, recta linea, regula lineis ducendis.

εὐθυδικέω, f. ήσω, (εὐθύδικος) quasi pede collato et recto certamine confligo. 2) caput caussae peto.

εὐθυδικία, ας, ἡ, intentionis (i. e. actionis, sive accusationis) depulsio. 2) judicium rectum et incorruptum. Ab eod.

εὐθύδικος, ον, (δίκη) qui in neutram partem inclinat, recte, sine cupiditate judicans. *Fem.* εὐθύδικαι Aesch. Eum. 305.

εὐθυδρομέω, f. ήσω, rectum cursum teneo, recto cursu pergo. A seq.

εὐθυδρόμος, ον, (δραμεῖν, δρόμος) qui recto cursu pergit. 2) epith. stadii, quia ad rectam lineam porrigitur.

εὐθυέντερος, ον, (ἔντερον) cui recta sunt intestina.

εὐθυέπεια, et εὐθυεπία, ας, ἡ, (ἔπος) rectum minimeque obliquum dicendi genus. Hesych.

εὐθυεπής, ές, (ἔπος, εἰπεῖν) vera loquens, verax.

εὐθυεργής, ές, (ἔργον) elaboratus ad amussim.

εὐθυθάνατος, ον, subitam mortem inferens, statim interficiens.

εὐθύθριξ, τρῖχος, (θρίξ) qui crines habet pendentes, simplices, non crispos.

εὐθύκαυλος, ον, qui rectum habet caulem.

εὐθυκέλευθος, ον, (κέλευθος) recta via incedens.

εὐθύληπτος, ον, comparatu, captu facilis.

εὐθυλογέω, f. ήσω, recte, proprie loquor. A seq.

εὐθυλόγος, (λόγος) proprie loquens, sine circuitione, ut εὐθυῤῥήμων.

εὐθύλορδος, v. ἰθύλορδος.

εὐθύμακρος, ον, recta in longitudinem tendens.

εὐθυμάχης, ου, ὁ, *Dor.* εὐθυμάχας, (μάχομαι) qui recta in praelium tendit. 2) vir fortis. (- ⏑ ⏑ -)

εὐθυμᾰχία, ἡ, praelium, seu bellum tumultuarium et repentinum. A seq.

εὐθυμάχος, ον, (μάχομαι, μάχη) tumultuarie pugnans: bellicosus: recta in proelium tendens.

εὐθυμέω, (εὔθυμος) exhilaro. *Med.* bono et laeto animo sum.

εὐθῡμία, ἡ, laetitia animi, hilaritas, alacritas, tranquillitas. 2) benignitas.

εὔθῡμος, ον, qui est bono et alacri animo. 2) liberalis, benignus, benevolus.

εὐθύμως, *adv.* alacriter, bono, parato animo, libenter. 2) tranquille. (- - -)

εὐθύνη, ης, ἡ, *ap. antiquiores* εὔθυνα, (εὐθύνω) disquisitio, sc. apud eum, qui rationes actorum expetere etc. potest, magistratus, judex etc. praesertim *in plur.* 2) accusatio: crimen: poena: castigatio, correctio.

εὔθυνος, ου, ὁ, qui rationes exigit. Dicitur et εὐθύνης, ὁ.

εὔθυνσις,, εως, ἡ, directio, correctio.

εὐθυντήρ, ῆρος, ὁ, rector, corrector: qui rationes exigit.

εὐθυντηρία, ἡ, apud architectos de complanatione soli. 2) pars navis, ab εὐθύνειν, gubernare, ut lat. gubernaculum.

εὐθυντήριος, α, ον, gubernandi vim habens, gubernans.

εὐθυντής, οῦ, ὁ, idem quod εὐθυντήρ.

εὐθυντικός, ή, όν, regens, corrigens, idoneus ad regendum etc.

εὐθυντός, ή, όν, directus.

εὐθύνω, f. υνῶ, (εὐθύς) rectum facio, recta progredi facio; fortuno. οὖρον, ὄλβον, δίκας λαοῖς, Pind. O. 13, 38. P. 1, 88. 4, 273. erigo, tollo. 2) guberno, dirigo, unde de pastore, magistratu dicitur: inquiro, exigo: reprehendo, redarguo: corrigo: reum facio, postulo, damno et multo. *Ionica* forma est ἰθύνω, qua semper utitur Homerus; *Tragici* utramque amplexi esse videntur, v. comment. in Aesch. Pers. 728. p. 244.

εὐθυονειρία, ας, ἡ, somnium aperte ostendens, quid futurum sit.

εὐθυόνειρος, ον, (ὄνειρος) qui aperte videt in somnis, quod futurum est. 2) *Subst.* τὸ εὐθυόνειρον, somnium evidens.

εὐθυόνυξ, ὔχος, (ὄνυξ) rectos ungues habens.

εὐθυόνῠχος, ον, idem.

εὐθυπλοέω, recta navigo.

εὐθύπλοια, ας, ἡ, recta navigatio, rectus navis cursus.

εὐθυπλοκία, ας, ἡ, (πλοκή) recta textura seu connexio.

εὐθύπλοος, ον, *contr.* εὐθύπλους, (πλόος) recte navigans, rectum cursum tenens.

εὐθύπνοος, ον, *contr.* εὐθύπνους, recta spirans, cujus flatus in rectum procedit. 2) qui facilem respirationem habet, ap. Hippocr.

εὐθυπομπής, ές, et εὐθύπομπος, ον, (πέμπω) recta ducens.

εὐθυπορέω, f. ήσω, habeo meatus rectos. 2) rectam viam sequor, recto itinere progredior.

εὐθυπορία, ας, ἡ, itineris rectitudo, progressio in rectum. A seq.

εὐθύπορος, ον, (πόρος) cujus meatus recti sunt, tramite recto progrediens. 2) rectus, ut trames, via etc.

εὐθυῤῥημονέω, f. ήσω, (εὐθυῤῥήμων) recta, sine circuitione rem eloquor: rem suo nomine proprio, quamvis turpi, appello. 2) ex tempore loquor.

εὐθυῤῥημόνως, *adv.* sine circuitione; proprio, quamvis turpi, verbo.

εὐθυῤῥημοσύνη, ης, ἡ, oratio εὐθυῤῥήμονος, s. consuetudo εὐθυῤῥημόνως loquendi.

εὐθυῤῥήμων, ον, (εὐθύ, ῥῆμα) qui aperte et absque circuitione rem ipsam loquitur: utens verbis turpibus, non consulens aurium honestati.

εὐθύῤῥιζος, ον, (ῥίζα) cujus radices sunt rectae, in rectum tensae.

εὐθύῤῥιν, ῖνος, (ῥίν) qui recto est naso, habens nasum justae proportionis.

εὔθυρσος, ον, thyrsum gerens, sive ad modum thyrsi redimitus.

ζειροφόρος, ον, (φέρω) qui ζειρᾷ indutus est.

ζείω, *poet.* pro ζέω, ferveo.

ζέλλω, jacio. Hesych. Etymol. pro βέλλω, quod idem est cum βάλλω, *apud Arcades.*

ζέμα, ατος, τό, (ζέω) decoctio, potus decoctus, succus purpurae, medicamen, quod in aëno coquitur tingendis lanis. v. ζωμός.

ζέννυμι, vel ζεννύω, ferveo, pro ζέω. Unde ζεννύμενον, quod coquitur.

ζεόπυρον, τό, genus frumenti, Galen.

ζέρεθρον, τό, (τό βέρεθρον, τό βάραθρον), barathrum, *ap. Arcades.*

ζέσις, εως, ἡ, (ζέω) fervor, aestus.

ζέσσεν, 3 aor. a ζέω, *Ep.* pro ἔζεσεν, Hom.

ζεστολουσία, ἡ, (λούω) lotio, quae fit aqua fervida.

ζεστός, ή, όν, (ζέω) fervidus.

ζεστότης, ἡ, fervor.

ζευγάριον, τό, (ζεῦγος) parvum jugum. 2) par bucularum non magni faciendum

ζευγατήρ, ῆρος, ὁ, epitheton lori, quo res devincimus. *dub. lect.* ap. Josephum.

ζευγεῖον, τό, (ζεῦγος) jugum, apud Jos. *dub.*

ζευγελάτης, ου, ὁ, (ζεῦγος, ἐλαύνω) qui agit boum jugum, qui agit boves, jugarius: arator.

ζευγηλατέω, f. ήσω, jugum boum ago: aro. A seq.

ζευγηλάτης, ου, ὁ, i. q. ζευγελάτης.

ζευγῆτις, ιδος, ἡ, jugalis, quae jugum ferre potest, *poet.* p. ζευγῖτις, Call.

ζευγίππης, ου, ὁ, qui e bigis pugnat, Diod. 19, 1:6.

ζευγίσιον, τό, census τῶν ζευγιτῶν ap. Athenienses. (- -⏑⏑)

ζευγίτης, ου, ὁ, jugalis, jugo adstrictus. 2) ζευγῖται, apud Athenienses ex instituto Solonis classis civium equestri ordini subordinata, quasi jugales, a jumentis, quae ζεύγη. cf. Boeckh. de oecon. publ. Athen. II. p. 30. 3) remiges medii ordinis in triremi. (- - -)

ζεύγλη, ἡ, jugum, vel potius pars illa jugi, cui bos seu mulus inserit caput; ζυγὸν igitur duas habet ζεύγλας. Il. 19, 406. 2) lorum, quo alligabantur πηδάλια, Eur.

ζεύγληθεν, *adv.* i. q. ἐκ ζεύγλης.

ζεύγληφι, *gen.* et *dat. sing. Ep.* a ζεύγλη.

ζευγλόδεσμον, ου, τό, (δεσμός) lorum jugi.

ζεῦγμα, ατος, τό, junctura, conjunctio. 2) Zeugma, figura grammatica. A sq.

ζεύγνυμι, f. ζεύξω, aor. ἔζευξα, perf. pass. ἔζευγμαι, aor. 1. pass ἐζεύχθην, aor. 2. ἐζύγην, (- ⏑ -) conjugo, jungo, connecto, copulo, conjungo: in specie est *a*) jungo matrimonio, in matrimonium duco, Eur. Iph. A 698. *b*) ponte jungo: dicitur tam γέφυραν ζεῦξαι, quam ποταμόν, πόντον ζεῦξαι.

ζευγνύω, i. q. ζεύγνυμι.

ζευγοποιΐα, ας, ἡ, (ζεῦγος, ποιέω) conjugatio, copulatio parium, et in specie bigarum constructio.

ζεῦγος, εος, τό, (ζεύγνυμι) jugum, et boves, it. equi, qui sunt sub jugo. 2) bigae, item trigae et quadrigae, *omninoque* vehiculum. 3) par: (de conjugio, apud Xenoph.) *dicitur tamen etiam* de tribus.

ζευγοτροφέω, equos curules alo. A sq.

ζευγοτρόφος, ον, (τρέφω) qui alit equos curules.

ζευκτήρ, ῆρος, ὁ, (ζεύγνυμι) qui conjungit. *fem.* ζεύκτειρα, epith. Veneris.

ζευκτήριος, α, ον, conjugans, jungens: ἡ ζευκτηρία, vinculum. τὸ ζευκτήριον, jugum.

ζευκτός, ή, όν, (ζεύγνυμι) conjugatus, junctus.

ζευξίλεως, ω, ὁ, (λεώς) cui subjecti sunt populi. (- ⏑ ⏑ -)

ζεῦξις, εως, ἡ, (ζεύγνυμι) connexio, copulatio: inprimis pontis fabricatio in flumine.

Ζεύς, *gen.* Διός, *dat.* Διΐ, *acc.* Δία, *voc.* Ζεῦ, *poet.* Ζηνός, Ζηνί, Ζῆνα, *Dor.* Ζανός, etc. *Aeol.* Δεύς, Σδεύς, Jupiter.

ζεφυρηΐς, ΐδος, ἡ, *fem.* a ζεφύριος, *poet.*

Ζεφυρίη, ἡ, sc. πνοή, i. q. Ζέφυρος, Od. 7, 119.

ζεφυρικός, ή, όν, i. q. seq.

ζεφύριος, ον, (Ζέφυρος) ad zephyrum pertinens, favonialis: occidentalis. ᾠὸν ζεφύριον, i. q. ἀνεμιαῖον. (υ breve.)

Ζέφυρος, ὁ, Zephyrus, Favonius.

ζέω, f. ζέσω, ferveo, bullio, excandesco. 2) fervefacio. 3) scateo, *c. gen.*

ζηλαῖος, αία, αῖον, (ζῆλος) iracundus, aemulus.

ζηλευτής, οῦ, ὁ, aemulator: invidus. A seq.

ζηλεύω, f. εύσω, aemulor, usitatius est ζηλόω.

ζήλη, ἡ, aemula.

ζηλημοσύνη, ἡ, *poet.* i. q. ζῆλος, a seq.

ζηλήμων, ον, (ζηλέω) invidus, zelotypus. Od. 5, 118.

ζηλοδότης, ῆρος, ὁ, dator rerum invidendarum, divitiarum etc. 2) studium rerum bonarum injiciens.

ζηλομανής, ές, (ζῆλος, μαίνομαι) iracundus, Epith. Bacchi.

ζῆλος, ὁ, aemulatio, imitatio. 2) invidia, livor, odium. 3) studium vehemens alicujus rei.

ζηλοσύνη, ἡ, idem *poet.*

ζηλοτυπέω, f. ήσω, (ζηλότυπος) zelotypus sum, prae amoris vehementia rivalem pati nequeo: zelo ducor: aemulor, in bonam partem: invideo, maligno animo prosequor. Constr. *c. acc.*

ζηλοτυπία, ἡ, zelotypia, invidentia, qua quis rivalem in amore pati nequit. 2) invidia, aemulatio, obtrectatio. Ab eodem.

ζηλότυπος, ον, (ζῆλος, τύπτω) zelotypus, invidia, aemulatione incensus.

ζηλοτύπως, *adv.* per aemulationem: per invidiam.

ζηλόω, f. ώσω, (ζῆλος) aemulor, imitor: ambio: desidero: invideo: affecto, studiose sector: beatum, felicem praedico, laudo: zelotypus sum. Unde

ζήλωμα, τό, facinus aemulum, contentio, aemulatio, zelotypia.

ζήλωσις, εως, ἡ, idem. 2) affectatio, appetitio alicujus rei.

ζηλωτέος, έα, έον, aemulandus, imitandus.

ζηλωτής, οῦ, ὁ, aemulator, imitator, accensus zelo, studiosus.

ζηλωτικός, ή, όν, aemulans, studio accensus, ζηλωτῇ similis.

ζηλωτός, ή, όν, (ζηλόω) aemulandus, expetendus, desiderabilis: hinc beatus, felix, egregius, admirabilis.

ζημία, ας, ἡ, damnum, detrimentum, jactura. 2) mulcta 3) poena, supplicium.

ζημιόω, f. ώσω, damnum adfero, detrimentum adficio. 2) multo pecunia, exsilio etc. A pr.

ζημιώδης, ες, damnosus, perniciosus. Ab eod.

ζημιωδῶς, *adv.* damnose. A pr.

ζημίωμα, τό, damnum. 2) poena, multa.

ζημίωσις, εως, ἡ, multatio.

Ζήν, *nom. obsol.*, unde *gen.* Ζηνός, v. Ζεύς.

ζηνόφρον, ον, (φρήν) Jovis mentem habens.

ζηταρετησιάδης, ου, ὁ, (ζητέω, ἀρετή) qui virtutem sectatur, virtutaucupida reddidit Scaliger, epigr. Od. 110, 6.

ζητεύω, i. q. ζητέω, Hes op. 402. Hom. h. Ap. 215. Merc. 392.

ζητέω, f. ήσω, quaero. 2) quaestionem habeo seu exerceo. 3) requiro, rei amissae desiderio teneor. 4) studeo, conor. 5) etiam peto, *sed raro apud veteres, saepe ap. recentiores.* Constr. *c. inf. et cum acc.*

ζήτημα, τό, quaestio, sc. de qua disputatur, quaesitum. A pr.

ζητημάτιον, τό, quaestiuncula. *Dimin.* a pr.

ζητήσιμος, ον, ad quaerendum aptus: τὰ ζητήσιμα, tempora vel loca indagandi feras, Xen.

ζήτησις, εως, ἡ, (ζητέω) actio quaerendi, investigatio. 2) quaestio, controversia.

ζητητέος, έα, έον, quaerendus.

ζητητήρια, τά, quaestiones, vel loca, ubi exercentur tormenta. Suid.

ζητητής, οῦ, ὁ, quaesitor criminum. 2) inprimis in foro sic dicitur, qui latinis recuperator in caussa repetundarum: qui quaerit, quo pecunia male conciliata et capta pervenerit, ut repeti inde possit.

ζητητικός, ή, όν, studiosus et cupidus indagandi, qui quaerere et investigare solet, sagax, ad quaestiones movendas promtus. Hinc Philosophi ζητητικοί.

ζητητός, ή, όν, quaesitus, studio dignus, Soph. O. C. 389.

ζητρεῖον, ου, τό, locus, in quo servi puniuntur. Vid. ζατρεῖον.

ζητρεύω, in pistrino torqueo. v. ζατρεύω.

ζιβύνη, ης, ἡ, lancea, hasta, jaculum,

venabulum, pro σιβύνη. (⏑⏑-)

ζιγγίβερις, εως, ἡ, zingiberis, planta arabica.

ζίγγος, ου, ἡ, sonus apum. Hesych.

ζιζάνιον, ου, τό, zizanium, lolium.

ζίζυφον, τό, zizyphum, *rhamnus jujuba Linn.*

ζόη, ης, ἡ, vita. *Ion.* pro ζωή. 2) cruatula rugosa, quae concrevit et innatat lacti, a ζέω. cf. γραῦς, 2.

ζοΐα, ἡ, *Aeol.* p. ζωή, Theocr. 29, 5.

ζορκάς, άδος, ἡ, et ζόρξ, ζορκός, ἡ, i. q. δορκάς, δόρξ, Hdt. 4, 192.

ζόφεος, α, ον, et ζόφιος, ον, et ζοφερός, ἡ, όν, (ζόφος) tenebrosus, caliginosus, obscurus.

ζοφοδορπίδας, ου, ὁ, (ζόφος, δόρπος) qui clam s. in obscuro coenat, epithet. Pittaci ap. Alcaeum.

ζοφόεις, εσσα, εν, et ζοφοειδής, ές, et ζοφοείδελος, ον, tenebricosus, obscurus.

ζοφομηνία, ας, ἡ, (μήνη) obscuritas lunae, lunae defectus.

ζόφος, ὁ, caligo, tenebrae. 2) occasus, pars occidentalis. Unde.

ζοφόω, f. ώσω, obtenebro, obscuro.

ζοφώδης, ες, tenebricosus, obscurus.

ζόφωμα, τό, obscuratio.

ζόφωσις, εως, ἡ, obscuratio, obtenebratio. 2) tenebrae, obscuritas.

ζόω, *poet.* p. ζάω, Theodorid. ep. 8, 7.

ζυγάδην, *adv.* (ζυγός) jugatim, junctim. (⏑⏑-)

ζύγαινα, ης, ἡ, zygaena, vel libella, piscis. (⏑-⏑)

ζῠγᾰνός, ἡ, όν, i. q. ζυγιανός.

ζυγάστριον, τό, *Dimin.* a ζύγαστρον.

ζύγαστρον, τό, et ζύγαστρος, ὁ, (ζυγός) ζεύγνυμι) arca, capsa, cista, Soph. Tr. 692.

ζυγείς, part. aor. 2. pass. a ζεύγνυμι.

ζυγέω, (ζυγός) sub jugo sum; inpr. in jugum porrigor, quod fieri solebat in acie, quum militum ordines ab uno cornu in alterum instruebantur.

ζῠγηφόρος, ον, (φέρω) jugum ferens.

ζῠγιανός, ἡ, όν, (ζύγιον) natus sub libra, signo coelesti. (⏑⏑⏑⏑)

ζῠγικός, ἡ, όν, (ζυγός) ad libram pertinens.

ζύγιμος, ον, (ζυγόν) jugalis. (⏑⏑⏑)

ζῠγιον, ου, τό, statera, libella. *Dimin.* a ζυγός.

ζύγιος, α, ον, (ζυγόν) ad jugum pertinens, jugo aptus, jugalis, βοῦς, ἵππος. 2) epith. Junonis, quippe quae matrimonia jungit, jugalis. 3) ὁ ζύγιος i. q. ζυγίτης. (⏑⏑⏑)

ζῠγίτης, ου, ὁ, remex in media nave supra arborem, remex medii ordinis. 2) ζυγῖται, οἱ ζευγῖται, de quibus supra.

ζυγνίς, ἡ, lacertae genus, alibi δυγνίς.

ζῠγόδεσμον, τό, (δεσμός) lorum, quo temo alligatur jugo. 2) collare, subjugium, lorum, quo boves jugo aptantur.

ζῠγόδεσμος, ὁ, idem.

ζῠγοδέτης, ου, ὁ, (δέω) idem.

ζῠγοειδής, ές, (εἶδος) jugi speciem referens.

ζῠγοκρούστης, ὁ, (κρούω) qui falsa libra decipit.

ζῠγομᾰχέω, f. ήσω, (μάχομαι) rixor, digladior, contendo. inp. cum domesticis, familiaribus: cum inimicis contendo: repugno.

ζῠγομᾰχία, ἡ, rixa, contentio.

ζῠγόν, τό, (ζεύγνυμι) jugum. 2) transtillum lyrae. 3) *plur.* transtra navis. 4) *plur.* libra, ut ζυγός.

ζυγοπλάστης, ου, ὁ, qui falsas et fallaces libras facit.

ζῠγοποιέω, f. ήσω, juga construo.

ζῠγοποιός, όν, qui juga facit.

ζῠγός, ὁ, (ζεύγνυμι) i. q. ζυγόν, jugum; hinc quodcumque duas res jungit, e. g. calceamenti corrigia. 2) transtillum testudinis s. lyrae, quo brachia seu cornua ejus junguntur. 3) transtrum navis; etiam sedes gubernatoris. 4) jugum librae: trutina, librae. 5) jugum in acie, series porrecta.

ζῠγοσταθμέω, i. q. ζυγοστατέω, a seq.

ζῠγόσταθμος, ὁ, (σταθμη) libra.

ζῠγοστᾰσία, ἡ, libratio.

ζῠγοστατέω, f. ήσω, pondero, in trutina appendo, libra exaequo. 2) pass. de aequatis lancibus. Unde tropice de aequo Marte. A seq.

ζῠγοστάτης, ου, ὁ, (ἵστημι) libripens, ponderator.

ζῠγοτρυτάνη, ἡ, (τρυτάνη) trutina. (⏑ ⏑̄ - ⏑ -)

ζῠγουλκός, όν, (ἕλκω) jugum trahens.

ζῠγόφιν, *gen. sing. Ep.* a ζυγόν, Il. 24, 576.

ζῠγοφορέω, f. ήσω, jugum fero.

ζῠγοφόρος, ον, (φέρω) qui fert jugum.

ζῠγόω, f. ώσω, jugo submitto. 2) conjungo.

ζυγωθρίζω, f. ίσω, claudo vecte. 2) examino, libro, perpendo. Ar. Nub. 737. A seq.

ζύγωθρον, τό, (ζυγόω) vectis, qui valvas seu ambas fores conjungit. (⏑-⏑)

ζύγωμα, τό, (ζυγόω) jugamentum. 2) vectis in foribus. 3) jugum vineae. (⏑-⏑)

ζύγωσις, εως, ἡ, jugatio. (⏑-⏑)

ζῠγωτός, ἡ, όν, junctus jugo.

ζῦθος, ου, ὁ, vel εος, τό, zythus, potus ex hordeo confectus, cerevisia, Hdt. 2, 77. (⏑⏑)

ζύμη, ἡ, fermentum. 2) tropice, quicquid alios paullatim corrumpit. (--)

ζῡμήεις, ήεσσα, ῆεν, fermentatus.

ζῡμίζω, f. ίσω, fermenti acorem refero.

ζῡμίτης, ου, ὁ, fermentatus, scil. ἄρτος.

ζῡμόω, f. ώσω, fermento.

ζῡμώδης, ες, fermentaceus. 2) non mucidus.

ζύμωμα, ατος, τό, (ζυμόω) fermentum. (--⏑)

ζύμωσις, εως, ἡ, fermentatio, inflatio. (--⏑)

ζῡμωτικός, ἡ, όν, vim inflandi, flatus ciendi habens.

ζῡμωτός, ἡ, όν, fermentatus.

ζωαγράφω, *f. l.* ap. Hdt. 4, 88. vide Schaef. ad Dionys. p. 289.

ζωάγρια, τά, (ζῷος, ἀγρεύω) praemium pro vita servata.

ζωάριον, τό, animalculum, *Dimin.* a ζῷον.

ζωαρκής, ές, (ζωή, ἀρκέω) qui ad vitam sustentandam sufficit, vitam adjuvans.

ζωαρχικός, ἡ, όν, vitae principium habens.

ζώαρχος, ον, qui animanti praeest: nominatim elephanto.

ζωγλύφος, ον, i. q. ζωογλύφος.

ζωγρᾰφεῖον, ου, τό, (ζωγράφος) officina pictoris.

ζωγρᾰφέω, f. ήσω, (ζωγράφος) animalia pingo. 2) ad vivum exprimo: pingo. *Med.* pingendum curo.

ζωγράφημα, τό, pictura, id ipsum, quod pictum est.

ζωγρᾰφητός, ἡ, όν, pictus.

ζωγρᾰφία, ας, ἡ, pictura.

ζωγραφικός, ἡ, όν, pictorius, pingendi peritus: ad artem pictoriam pertinens. *Subst.* ἡ ζωγραφική, sc. τέχνη, ars pingendi.

ζωγρᾰφικῶς, *adv.* picturae modo.

ζωγράφος, ον, (ζῷον, γράφω) animalia pingens: pingens, omnino. *Subst.* ὁ, pictor. (-⏑⏑)

ζωγρεία, ας, ἡ, et *poet.* ζωγρία, (ζωγρέω) condonatio vitae capto hosti facta. 2) captura vivi animalis.

ζωγρεῖον, τό, vivarium, cavea, locus, in quo animalia capta adservantur. A sq.

ζωγρέω, (ζωός, ἀγρεύω) vivum capio, a caede captum servo, vitam alicui in bello servo. 2) in vitam revoco, exsuscito: recreo, instauro.

ζωγρία, ἡ, *poet.* p. ζωγρεία.

ζωγρίας, ου, ὁ, qui vivus captus est

ζώγρον, τό, et ζῶγρος, ὁ, *seriores formae* p. ζωγρεῖον.

ζωδάριον, ου, τό, animalculum. *Dimin.* a ζῷον.

ζωδιακός, ἡ, όν, (ζώδιον) animalia continens: *Subst.* ὁ ζωδιακός, sc. κύκλος, Zodiacus.

ζωδιογλύφος, ον, i. q. ζωογλύφος.

ζώδιον, τό, *Dimin.* a ζῷον, animalculum, animal. 2) signum, pictura: inpr. signum coeleste in zodiaco, quia figurae animalium sunt plerumque.

ζωδιωτός, ἡ, όν, animalibus pictis distinctus.

ζωδιοφόρος, ον, (φέρω) signifer, scil. circulus.

ζωή, ἡ, (ζάω, ζῶ) victus, facultates, res familiares, Od. 14, 96. 208. 16, 429. 2) vita, vitae genus, vitae ratio, Att. 3) omne genus felicitatis, N. T.

ζωηδόν, *adv.* (ζῷον) animantium more.

ζωηρός, ρά, ρόν, (ζωή) vivax. 2) vitam praebens.

ζωηφόρος, ον, (φέρω) vitam adferens, salutaris.

ζωθάλμιος, ον, (θάλλω) vividus, almus. Pind.

ζωθαλπής, ές, (θάλπω) vitam fovens, vivificans.

ζωθαλπίς, ίδος, ἡ, singulare *femininum* a ζωθαλπής.

ζωΐδιος, α, ον, i. q. ζωδιακός. (-⏑⏑⏑)

ζωϊκός, ἡ, όν, (ζῷον) animalis. 2) (ζωή) ad vitam pertinens, vitalis.

ζωΐον, τό, *poet.* p. ζῷον.

ζῶμα, ατος, τό, (ζώννυμι) vestimentum, quo cingimur, cingulum. 2) tunica: quia praecingebatur.

ζωμάρυστρον, ου, τό, (ζωμός, ἀρύω) trulla, cochlear.

ζώμευμα, τό, condimentum, salgamum. 2) i. q. ὑποζώματα νεώς, Ar. eq. 279.

ζωμεύω, f. εύσω, (ζωμός) condio. 2) elixo.

ζωμήρυσις, εως, ἡ, (ζωμός, ἀρύω) haustus jusculi: cochlear.

ζωμίδιον, τό, (ζωμός) jusculum.

ζωμοποιέω, jurulentum cibum facio.

ζωμοποιός, όν, opifex jurulenti cibi, condiendi juris peritus: in cibos idoneus.

ζωμός, οῦ, ὁ, jus, (*proprie*, in quo carnes coctae sunt) jusculum: cibus jurulen-

tus: *tropice* caedes, strages, clades. ap. Theophrast.

ζωμοτάριχος, ον, qui muria piscium sale conditorum delectatur.

ζωνάριον, ου, τό, zonula. *Dim.* a seq.

ζώνη, ης, ἡ, (ζώννυμι) zona, balteus, cingulum. 2) pera. 3) apparatus armorum, arma. 4) quodcunque zonae instar alicui rei circumdatum est, veluti corona columnae; zona s. tractus terrae: morbi genus, cf. ἕρπης.

ζώνιον, ου, τό, cingulum, *Dimin.* a ζώνη.

ζωνιοπλόκος, ον, (πλέκω) qui zonas plectit, s. conficit, zonarius.

ζωνίτης, ὁ, *fem.* ζωνῖτις, ad zonam pertinens, zonae similis: cinctus.

ζώννυμι, f. ζώσω, aor. ἔζωσα. *Med.* ζώννυμαι, f. ζώσομαι, aor. ἐζωσάμην, perf. pass. ἔζωσμαι. - *act.* cingo, praecingo, arma induo. *Med.* accingor, armor, paro me. ζώννυσθαι ζωστῆρι, ῥάκεσι, cingor cingulo, pannis, Il. 10. 77. Od. 18, 67. etiam *c. accus.* ζώνην, μίτρην, χαλκὸν ζώννυσθαι, Il. 5, 857. 14, 181. 23, 130.

ζωννύσκετο, impf. med *Ion.* a ζώννυμι.

ζωννύω, i. q. ζώννυμι.

ζωνογάστωρ, vel ζωνόγαστρις, (γαστὴρ) medio ventre cinctus.

ζωνοειδής, ές, zonae similis.

ζωντεῖον, τό, i. q. ζητρεῖον, pistrinum.

ζωογενής, ές, (ζῶον, γένος) ab animali procreatus, animalis.

ζωογλύφος, ὁ, (γλύφω) statuarius, sculptor, qui animalia exprimit.

ζωογονέω, f. ήσω, (ζωογόνος) animal seu vivum gigno: fetifico: vivifico: vivum conservo.

ζωογόνησις, ἡ, i. q. ζωογονία.

ζωογονητικός, ή, όν, vim habens gignendi viva, ad animalium generationem pertinens.

ζωογονία, ας, ἡ, generatio animalis: vermiculatio.

ζωογονικός, ή, όν, ad generationem animalium pertinens.

ζωογόνος, ον, (ζωός, γόνος) vivum animal generans. 2) vitalis. 3) Epith. numeri septenarii, quod infantes septimo mense nati vivant facilius, quam qui nati mense sequente.

ζωογράφος, ον, *poet.* p. ζωγράφος.

ζωοδότειρα, ας, ἡ, vitae largitrix.

ζωοδοτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ζωοδότης.

ζωοδότης, ου, ὁ, vitae largitor.

ζωόδωρος, ον, (δῶρον) vitam donans. Hinc τὸ ζωόδωρον, vitae dandae facultas.

ζωοειδής, ές, animalis speciem referens.

ζωοθετέω, (ζωός, τίθημι) vivum facio, vivifico.

ζωοθηρία, ἡ, (θήρα) animalium vivorum captura. Unde

ζωοθηρικός, ή, όν, ad ζωοθηρίαν pertinens.

ζωοθυσία, ας, ἡ, victima constans animante.

ζωοθυτέω, f. ήσω, (θύω) animal sacrifico.

ζωόμορφος, ον, (μορφή) formam animalis habens.

ζῶον, τό, (ζωός) animal. ζῶα γράφειν, i. q. ζωγραφεῖν: ζῶα γράψασθαι τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου, pingendum curare, Hdt. 4, 88.

ζωοπλαστέω, f. ήσω, animal effingo, vivum formo. A seq.

ζωοπλάστης, ου, ὁ, qui effingit animalia.

ζωοποιέω, f. ήσω, vivifico, vitam reddo, vitam restituo. 2) vermes genero.

ζωοποίησις, εως, ἡ, vivificatio. 2) in vitam restitutio. 3) conservatio. A praec.

ζωοποιητικός, ή, όν, vim habens generandi viva, vim vivificandi habens. Ab eodem.

ζωοποιός, όν, (ποιέω) vivificus. 2) vivum et animale generans.

ζωοπώλης, ου, ὁ, qui animalia vendit.

ζωόπωλις, ἡ, sc. ἀγορά, forum, ubi venduntur animalia.

ζωός, ή, όν, vivus. *Rarior forma* ζώς, Il. 5, 887. Hdt. 1, 194. pro qua minus recte alii scribunt ζῶς.

ζωόσοφος, ον, sapiens in vita.

ζωοστάσιον, τό, animalium statio, stabulum.

ζωότης, ητος, ἡ, (ζῶον) q. d. animalitas, natura animalis, facultas animalis.

ζωοτοκέω, f. ήσω, (ζωοτόκος) animal genero, seu pario.

ζωοτοκία, ας, ἡ, animalis generatio. A seq.

ζωοτόκος, ον, (ζωός, τίκτω) animal gignens vel pariens, viviparus.

ζωοτροφεῖον, ου, τό, vivorium. A seq.

ζωοτροφέω, f. ήσω, (ζωοτρόφος) animalibus nutriendis rem quaero.

ζωοτροφία, ας, ἡ, pecuaria nutritio et saginatio animalium, piscium, ut vendantur.

ζωοτροφικός, ή, όν, ad alenda animalia, et ad negotiationem istam pertinens.

ζωοτρόφος, ον, (ζῶον, τρέφω) pecuarius, pecoribus alendis rem quaerens.

ζωοτύπος, ον, (τυπόω) animalium formas exprimens. (-⏑⏑⏑)

ζωοφαγέω, animalibus victito. A seq.

ζωοφάγος, ον, (φαγεῖν) animantes devorans, animalibus victitans. (-⏑⏑⏑)

ζωόφθαλμος, ον, (ὀφθαλμός) oculos habens, quales animalia habent. τὸ ζ. herba, quae et βούφθαλμον.

ζωοφθορία, ας, ἡ, coitus cum bestia A seq.

ζωοφθόρος, ον, (φθείρω) qui coit cum bestia.

ζωοφορέω, vivo: cresco, de plantis.

ζωοφόρος, et ζωφόρος, ον, (φέρω) animalia ferens. 2) vivificus. 3) scil. κύκλος, zodiacus: pars trabeationis in columnis. Gall. *la frise.*

ζωόφυτα, τά, (φυτόν) quae mediae sunt naturae inter animalia et plantas.

ζωοφυτέω, (φυτεύω) vivos surculos edo.

ζωόω, f. ώσω, (ζωός) vivifico, animo: servo, tueor. 2) animalia pingo. 3) Med. ζωοῦσθαι, vermibus laboro.

ζώπισσα, ης, ἡ, (πίσσα) pix, resina, quae in usum medicamentorum a navibus deraditur.

ζωπονέω, (πονέω) vivum repraesento.

ζωπυρέω, f. ήσω, (ζώπυρον) ignem sopitum suscito: bella aut alia mala sopita suscito: refocillo, vires propemodum exstinctas instauro: vitae restituo.

ζωπύρημα, τό, i. q. ζώπυρον, n. 2. (-⏑-⏑)

ζωπύρησις, εως, ἡ, suscitatio ignis sopiti: item alius rei prope exstinctae. (-⏑-⏑)

ζωπυρίς, ίδος, ἡ, sc. θέρμη, calor vitalis.

ζώπυρον, τό, (ζωός, πῦρ) suscitabulum ignis. 2) scintilla, sc. reliquiae ignis sopiti et cineribus obruti. 3) quod vitam conservat et quasi excitat sopitam. 4) follis, cujus flatu ignis excitatur. 5) reliquae quaevis rem conservantes. 6) herba quaedam

ζωπυρόω, f. ώσω, i. q. ζωπυρέω.

ζωπύρωσις, ἡ, i. q. ζωπύρησις, Max. Tyr. 9, 7. (-⏑-⏑)

ζωροποτέω, f. ήσω, merum bibo. A seq.

ζωροπότης, ου, ὁ, (πότης) meri bibulus, meracius bibens. 2) ebriosus.

ζωρός, ον, merus, meracus, de vino. *Compar.* ζωρότερος, scil. οἶνος, meracius vinum. ζωρότερον, *adv.* meracius. 2) copiosius.

ζώς, *rarior forma* p. ζωός, q. v.

ζῶσαι, imperat. aor. 1 med. a ζώννυμι, Od. 18, 30.

ζώσιμος, ον, (ζάω) vitalis, qui vivere potest. 2) nomen propr.

ζῶσις, εως, ἡ, (ζωννύω) ipsa cingendi actio, cinctura.

ζῶσμα, τό, i. q. ζῶμα, vox improbatur a Thoma M. p. 411.

ζωστήρ, ῆρος, ὁ, (ζώννυμι) cingulum, balteus.

ζωστήριος, α, ον, ad balteum pertinens, cingens.

ζωστηροκλέπτης, ου, ὁ, (ζωστήρ, κλέπτης) fur baltei.

ζώστης, ου, ὁ, (ζώννυμι) qui cingit, cinctor. 2) i. q. ζωστήρ.

ζωστός, ή, όν, (ζώννυμι) cinctus.

ζῶστρον, τό, cinctus vestis, vestis ad cingendum idonea.

ζωτεῖον, ου, τό, locus, ubi servi molunt, idemque adeo quod ζώντειον, ζητρεῖον.

ζωτικός, ή, όν, (ζάω) vivax. 1) vitalis. 3) vivificus. 4) vegetabilis.

ζωτικῶς, *adv.* vivifice. 2) vitaliter.

ζωΰφιον, ου, τό, (ζῶον) animalculum, bestiola, insectum, *Dimin.* a

ζωφόρος, ον, v. ζωοφόρος.

ζωόφυτος, ον, (φύω) fertilis plantarum.

ζώω, *Ep.* p. ζάω.

ζωώδης, ες, animalis. 2) belluinus.

ζωωδία, ἡ, natura animalium s. belluina.

ζωωνυμία, ἡ, (ζῶον. ὄνομα) denominatio ab animalibus, ut siderum.

ζώωσις, εως, ἡ, (ζωόω) vivificatio animantium, animatio. 2) vitae conservatio, salus.

ζωωτός, ή, όν, pictis animalibus distinctus: τὰ ζωωτά, belluata tapetia.

H.

H, ἦτα, indecl. septima litera alphabeti graeci: in numeris valet *octo* vel *octavus*, et cum lineola inferne apposita ͵η *octies mille*.

ἤ, *Epice* ἠέ, *Conjunctio*, 1) *aut*, *vel*; *alias*, *contra*. ἤ-ἤ, aut-aut, vel-vel, sive-sive. 2) in interrogatione, *an*, *num*, *-ne?* ἦ λέγω, dicamne? ἦ οὐχ ὁρᾷς, num non vides? ἤ-ἤ, utrum-an. 3) post comparativum: *quam*. Sic etiam post verba et formulas, quibus vis comparativa inest, ut βούλομαι, ἤ, malo quam. Interdum ἤ genitivo comparationis superadditum redundare putatur, cf. Herm. Vig. p. 787.

ἤ, *exclamatio*, ah, heus.

ἦ, *Epice* ἠέ, *adv.* 1) profecto, revera, certo: ἦ γάρ, sane. ἦ που sive ἦπου, profecto. ἦ μήν, formula jurandi cum asseveratione. 2) in interrogationibus, an, num? ἦ γάρ; nonne?

ἦ, *dixit*, 3 sing. impf. ab ἠμί pro ἔφη,

Hom. cf ἠμί.

ἦ, 1 sing. impf. ab εἰμί pro ἦν, *contr.* ex *Ion.* ἔα. Haec forma antiquioribus *Atticis* magis erat *usitata* quam altera ἦν, v. Porphyr. ap. Schol. Ven. Il. 5. 533. Significationis discrimen inter ἦ et ἦν statuit Hermannus in praef. ad Soph. O. R. p. XIX. sed vide, quae contra monui in ephem. Jen. 1824. CXVII. p. 449. sqq.

ᾖ, 3 sing. conj. praes. ab εἰμί.

ἡ, *fem. articuli* ὁ, quem vide.

ἥ, *fem. pron. relat.* ὅς, q. v.

τῇ, *dat. fem. sing. articuli* ὁ.

ᾗ, *dat. fem. pron. possess.* ὅς, suus.

ᾗ, *dat. fem. pron. relat.* ὅς, ἥ, ὅ, adverbialiter: 1) ubi, quo. 2) quomodo, cur. Cum superl. ᾗ μάλιστα, quam maxime. ᾗ ῥᾶστα, quam facillime. ᾗ ἄριστον, quam optimum.

ἤα, 1 impf. *Ion.* ab εἰμί p. ἦν. Hinc 2 sing. ἤησθα, 3 sing. ἦεν.

ᾖα, *Att.* p. ἤια, impf. *Ion.* ab εἶμι pro ᾔειν.

ἤατο, *Ion.* p. ἦντο, 3 plur. impf. ab ἧμαι.

ἠβαιός, ή, όν, parvus, paucus, exiguus: ap. Homerum plerumque cum οὐδέ, ut οὔ οἱ ἔνι φρένες, οὐδ' ἠβαιαί, non inest ei prudentia, ne minima quidem, Il. 14, 141. Od. 21, 288. cf. 18, 355. Frequentissime *adv.* οὐδ' ἠβαιόν, ne tantillum quidem, Il. 2, 380. 386. 13, 106. 702. 20. 361. Od. 3, 14. sine negatione ἠβαιὸν ἀπὸ σπείους, paullulum, Od. 9, 462. (A βαιός, vel ab ἥβη.)

ἡβάσκω, (ἥβη) pubesco, adolesco.

ἡβάω, f. ήσω, idem; item floreo, vigeo, ἡβῶν, puber. A seq.

ἥβη, ἡ, pubertas, juventus, juvenile robur, aetas valida atque virilis, inde a vigesimo usque ad quinquagesimum annum. 2) pubes. 3) *nom. propr.* Ἥβη, filia Jovis et Junonis, uxor Herculis, Od. 11, 605. Hes. Th. 950. *ap. seriores* dea Juventutis.

ἡβηδόν, *adv.* juveniliter, puberum more, petulanter. 2) *usitatissime*, omnes puberes, qui quidem puberes essent: ut πολίτας ἡβηδὸν ἀποκτείνειν, virilem omnem civitatis alicujus sexum armis gerendis aptum interficere. 3) confertim, sine discrimine. A pr.

ἡβητήρ, ῆρος, ὁ, (ἡβάω) puber.

ἡβητήριον, τό, locus literarius, locus exercitii literarii adolescentum. 2) locus amoenus ad convivia agitanda et exercendos in armis juvenes. Ab eod.

ἡβήτης, ου, ὁ, i. q. ἡβητήρ.

ἡβητικός, ή, όν, juvenilis: ad pubescentes, seu adolescentes pertinens.

ἡβήτριον, τό, i. q. ἡβητήριον. 2) deversorium vile.

ἡβυλλιάω, pubesco, adolesco, Ar. Ran. 516 *comice* p. ἡβάω.

ἡβῷμι, praes. opt ab ἡβάω, *poet.* ἡβώοιμι, part. ἡβώοντες, ἡβώωσα; Hom. Falso haec referuntur a quibusdam ad praes. ἡβώω.

ἠγάασθε, 2 plur. impf. ab ἀγάομαι p. ἠγᾶσθε, Od. 5, 122.

ἤγαγον, ες, ε, et ἠγαγόμην, aor. 2. act. et med. ab ἄγω, Hom.

ἠγάθεος, έη, εον, (ἄγαν, θεῖος) admodum divinus, sacer. (-⏑⏑⏑)

ἠγαλέος, α, ον, (ἄγνυμι) fractus. (-⏑⏑⏑)

ἤγανον, τό, *Ion.* p. τήγανον.

ἡγεμονεία, ἡ, (ἡγεμονεύω) etiam ἡγεμονία, principatus, dominium: summa imperii in exercitu: inpr. imperium Graeciae. 2) pars aliqua exercitus, quae suum habet ducem. 3) caput rei: id in quo cardo rei versatur.

ἡγεμόνεια, ἡ, *fem.* ab ἡγεμονεύς, dux. epith. Dearum quarundam; etiam ἡγεμόνη.

ἡγεμόνευμα, ατος, τό, idem quod ἡγεμονεία.

ἡγεμονεύς, ὁ, i. q. ἡγεμών, *poet.*

ἡγεμονεύω, praeeo, τινὶ ὁδόν, Od. 24, 225. 2) duco, rego, inpr. exercitum: *hinc* impero, *c. gen. pers.*, rarius *c. dat. pers.*

ἡγεμονέω, summum imperium, principatum teneo.

ἡγεμόνη, ἡ, i. q. ἡγεμόνεια, *fem.* ab ἡγεμών.

ἡγεμονία, ἡ, i. q. ἡγεμονεία. Sed hac forma inprimis utebantur, ubi sermo est de civitatis alicujus principatu, quem de reliquis exercet.

ἡγεμονικός, ή, όν, idoneus ad rem primum suscipiendam, idoneus ad imperium, principalis, imperatorius. Hinc τὸ ἡγεμονικόν, principatus, id quod in quoque genere est praestantissimum; animus, mens, pars potior nostri, rector corporis.

ἡγεμονικῶς, *adv.* ut ducem, imperatorem decet. 2) ut decet virum principem.

ἡγεμόνιος, ου, ὁ, (ἡγεμών) Epith. Mercurii, quoniam viae dux est, et animas deducit.

ἡγεμονίς, ίδος, ἡ, imperatrix, regina, quae principatum obtinet.

ἡγεμόσυνον, τό, praemium ducendi. τὰ ἡγεμόσυνα, sacrificium pro felici itinere, quum deum ducem exposcimus.

ἡγεμών, όνος, ὁ, dux, praeses, procurator. 2) auctor, caussa rei. *Apud. seriores* etiam ἡ ἡγεμών, Lobeck. Phryn. p. 452. 2) in doctrina metrica i. q. πυρρίχιος.

ἡγέομαι, f. ήσομαι, (ἄγω) praeeo, *c. dat. pers.* et *c. acc. viae* vel *loci*, ad quem tendimus, Hom. 3) duco, rego, inpr. exercitum: impero *c. dat.* vel *c. gen. pers.* Hom. ἡγεῖσθαί τινι τῆς ὁδοῦ, praeire alicui viam. 3) duco, i. e. puto, existimo, opinor, reor, arbitror; ut ἡγεῖσθαι θεούς, deos esse credere. Hac significatione *Att.* perfectum ἥγημαι usurpant pro praesenti, puto. *Activum* ἡγέω nunquam fuit in usu.

ἠγερέθομαι, *Ep.* p. ἀγείρομαι, congregor, Hom.

ἠγερέσθαι, *Ep.* p. ἀγείρεσθαι, Il. 10, 127.

ἤγερθεν, 3 plur. aor. 1. pass. ab ἀγείρω, *Aeol.* p. ἠγέρθησαν, Hom.

ἡγεσία, ἡ, (ἡγέομαι) i. q. ἡγεμονεία, ἥγησις.

ἡγέτης, ου, ὁ, dux: *fem.* ἡγέτις.

ἠγηλάζω, *verbum Epicum*, duco, ago, Od. 17, 217. κακὸν μόρον ἠγηλάζειν, vitam miseram ducere, i. e. sustinere, Od. 11, 618. βίοτον βαρύν, Ap. Rh. (Radix est ἄγω, ἡγέομαι.)

ἥγημα, τό, (ἡγέομαι) ductus. 2) consilium, voluntas.

ἥγησις, ἡ, principatus.

ἡγήτειρα, ας, ἡ, dux, *fem.* ductrix. A seq.

ἡγητήρ, ῆρος, ὁ, (ἡγέομαι) ductor, dux.

ἡγητηρία, ας, ἡ, massa ficuum, quae in festivitate quadam praeferebatur, in memoriam mitioris et mansuetioris victus. A pr.

ἡγήτης, ου, (ἡγέομαι) dux.

ἡγητορία, ας, ἡ, (ἡγήτωρ) principatus. Suid. 2) massa ficuum Suid. v. ἡγητηρία.

ἡγήτρια, ας, ἡ, (ἡγητήρ) ductrix.

ἡγήτωρ, ορος, ὁ, (ἡγέομαι) dux, ductor.

ἠγμένως, *adv.* erudite, prudenter. Ab ἠγμένος, doctus, eruditus. Partic. Perf. Pass. ἄγω.

ἡγνευμένως, *adv.* (ἁγνεύω) pure, caste.

ἤγουν, *Conj.* (ἤ, γέ, οὖν) *sive*: inpr. ap. *scholiastas graecos*, *videlicet*, *id est.*

ἡδανός, ή, όν, i. q. ἡδύς, *dub.*

ἠδέ, *Conj.* apud poetas i. q. καί, et. Particula frequens est ap. Homerum, apud quem interdum τέ praecedit, σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, Il. 9, 99. ἠδὲ καί, et etiam. ἠμὲν-ἠδέ, et-et, cf. ἰδέ.

ἥδε, *fem.* ab ὅδε, q. v.

ᾔδεα, *Ion.* p. ᾔδη s. ᾔδειν, plqpf. ab οἶδα.

ᾔδειν, εις, ει, plqpf. ab οἶδα, noveram. ᾔδεισθα, 2 pers. sing. p. ᾔδεις. ᾔδειν, 3 pl. p. ᾔδεσαν, Ap. Rh.

ἡδέως, *adv.* (ἡδύς) suaviter, libenter.

ἤδη, *adv.* jam: mox, abhinc: adeo.

ᾔδη, ης, η, plqpf. ab οἶδα, *Att.* pro ᾔδειν.

ἥδιστος, η, ον, *Superl.* ab ἡδύς.

ἥδομαι, f. ἡσθήσομαι, aor. ἥσθη, delector, laetor, voluptatem capio, τινί, ἐπί s. πρός τινι, rar. *c. gen.* Occurrit etiam *c. acc.*, Wessel. Hdt. 3, 34. Schaef. ad Bos. p. 76. - Aor. med. ἥσατο occurrit Od. 9, 353. Herodotus et *Attici* tantum aor. pass. ἥσθην habent; fut. ἥσομαι nusquam, quantum scio, legitur. *Activum* ἥδω primum exstat ap. auctorem Axiochi 3, 5. ubi τὰ ἥδοντα sunt *voluptates*: frequentius est *ap. seriores*, ut Synesium, cum fut. ἥσω, aor. ἦσα, delecto, gaudio afficio.

ἡδομένως, *adv.* (ἥδομαι) libenter.

ἡδονή, ἡ, (ἧδος, ἥδομαι, ἁνδάνω) voluptas, suavitas, delectatio, laetitia: ἐν ἡδονῇ, suavitatis caussa, leniter. πρὸς ἡδονὴν λέγειν τινί, ad gratiam alicujus captandam dicere, Dem.

ἡδονικός, ή, όν, voluptarius. A pr.

ἡδονοπλήξ, ῆγος, (πλήσσω) voluptate, velut morbo quodam aut telo, percussus, voluptati deditus.

ἧδος, τό, (ἥδομαι) voluptas, suavitas, delectatio: utilitas. 2) i. q. ὄξος, acetum, Casaub. Athen. 2. p. 67. c.

ἦ δ' ὅς, v. ἠμί.

ἡδύβιος, ον, (βίος) suaviter vivens. 2) vitam jucundam faciens. (-⏑⏑⏑)

ἡδυβόας, *Dor.* pro ἡδυβόης, ου, ὁ, (βοή) suavem vocem edens, canorus.

ἡδύγαιος, ον, (γαῖα, γῆ) bonam terram seu bonum solum habens.

ἡδύγαμος, ον, (γάμος) suaves nuptias praebens.

ἡδυγέλως, ωτος, (γέλως) dulce ridens, suaviter ridens, Hom. h. 18, 37. Reperitur etiam ἡδυγέλως, ων.

ἡδύγλωσσος, ον, (γλῶσσα) suavem et jucundam linguam habens.

ἡδυγνώμων, ον, (γνώμη) qui consilio et prudentia etc. homines delectat.

ἡδυέπεια, ἡ, *fem. poet.* ab ἡδυεπής, Hes. Th. 965. 1020. epitheton Musarum.

ἡδυεπής, ές, (ἔπος) suaviloquus, eloquens, facundus.

ἡδύθροος, ον, *contr.* ἡδύθρους, ουν, (θρόος) suaviter sonans, dulcisonus: mitis, lenis.

ἡδύκαρπος, ον, (καρπός) suaves fructus habens.

ἡδύκρεως, ων, (κρέας) cujus caro grati est saporis.

ἡδύκωμος, ον, jucundam praebens comissationem.

ἡδύληπτος, ον, (λαμβάνω) cum voluptate acceptus.

ἡδυλίζω, f. ίσω, (ἡδύλος) adulor, jucunda loquor, τινί.

ἡδυλισμός, οῦ, ὁ, adulatio, adsentatio. A pr.

ἡδυλογέω, f. ήσω, (ἡδυλόγος) loquor auditu jucunda; adulor.

ἡδυλογία, ας, ἡ, suavitas sermonis, suaviloquentia. 2) assentatio, scurrilis dicacitas.

ἡδυλόγος, ον, (λέγω) suaviloquus assentator, scurra.

ἡδύλος, ον, *Dimin.* ab ἡδύς. (-⏑⏑)

ἡδυλύρης, ου, ὁ, (λύρα) suaviter lyra canens, suavisonus. (-⏑⏑-)

ἡδυμανής, ές, (μαίνομαι) suaviter desipiens.

ἡδυμελής, ές, (μέλος) suavem et canoram vocem habens, suaviter canens.

ἡδυμελίφθογγος, ον, (μελίφθογγος) voce mellis suavitatem aequans.

ἡδυμιγής, ές, suaviter mixtus.

ἡδύμος, ον, *poet.* p. ἡδύς, dulcis, jucundus, epith. somni, Hom. h. Merc. 241. 449. cf. νήδυμος. *Compar.* ἡδυμίστερος, *Superl.* ἡδυμέστατος, Alcman.

ἡδυντήρ, ὁ, (ἡδύνω) οἱ ἡδυντῆρες, sc. ἅλες, sal condiendi vim habens.

ἡδυντήριος, α, ον, permulcendi, delectandi vim habens.

ἡδυντικός, ή, όν, condiendi vim habens, ad condiendum aptus: ad condiendi scientiam pertinens. Hinc τὰ ἡδυντικά, ῶν, condimenta, sc. ἀρτύματα.

ἡδυντός, ή, όν, conditus. A seq.

ἡδύνω, (ἡδύς) suave reddo, condio. 2) laetitia adficio.

ἡδυοινία, ἡ, suave vinum, a seq.

ἡδύοινος, ον, (οἶνος) suave vinum ferens: abundans vino suavi.

ἡδυόνειρος, ον, jucunda ferens somnia. 2) suaviter somnians.

ἡδυοσμία, ας, ἡ, (ἡδύοσμος) odoris suavitas, odor jucundus.

ἡδύοσμον, ου, τό, mentha. A seq.

ἡδύοσμος, ον, et ἡδύοδμος, ον, (ὀσμή, ὀδμή) jucunde et suaviter olens.

ἡδυόφθαλμος, ον, laetos oculos habens, suavis adspectu.

ἡδυπάθεια, ας, ἡ, (ἡδυπαθής) studium percipiendi, quidquid sensibus est gratum, affectio jucunda et suavis, voluptas, (in utramque partem,) vita voluptaria, mollities, libido.

ἡδυπαθέω, ήσω, (ἡδυπαθής) voluptate fruor, molliter vivo, deliciis utor.

ἡδυπάθημα, ατος, τό, voluptas, suavitas. A pr.

ἡδυπαθής, ές, (πάθος, πάσχω) voluptati deditus, voluptarius, libidinosus.

ἡδύπνευστος, ον, (πνέω) i. q. ἡδύπνοος.

ἡδύπνοος, ον, *contr.* ἡδύπνους, ουν, (πνοή) suaviter spirans: suavis, gratus.

ἡδύπολις, ι, (πόλις) gratus et acceptus civitati.

ἡδυπότης, ου, ὁ, suavis conviva.

ἡδυπότις, ἡ, phiala s. poculum certi generis. 2) cepae, quae inter potandum comedebantur.

ἡδύποτος, ον, (πίνω) cujus potus suavis est.

ἡδυπρόσωπος, ον, laetus adspectu, hilaris, mitis.

ἡδύς, ἡδεῖα, ἡδύ, suavis, dulcis: jucundus, laetus, mitis: ἡδὺ γελᾶν, leniter ridere: *etiam in malam partem*, stolidus. *Adv.* ἡδέως, suaviter, ad lubitum, ut volupe est. - Semel apud Hom. ἡδύς occurrit in *gen. fem.* ἡδὺς ἀϋτμή, Od. 12, 369. *Acc. sing. Dor.* ἀδέα. *Nom. fem. Ion.* ἡδέα et ἡδέη, *Compar.* ἡδίων, *Superl.* ἥδιστος, in *dialecto vulgari* etiam ἡδύτερος, ἡδύτατος.

ἡδύσαρον, τό, herba quaedam, Theophr. h. pl. 8, 10. Dioscor. 3, 146.

ἥδυσμα, ατος, τό, (ἡδύνω) suavitas: condimentum suave, deliciae: dulcedo.

ἡδυσμάτιον, τό, *Dimin.* ab ἥδυσμα.

ἡδυσματοθήκη, ἡ, (θήκη) theca, in qua condimenta asservantur.

ἡδυσμός, ὁ, ipsa condiendi actio. 2) i. q. ἥδυσμα.

ἡδυσώματος, ον, (σῶμα) qui pulcri corporis caussa placet, corpore gratus et amabilis, pulcer forma.

ἡδύτης, ητος, ἡ, (ἡδύς) suavitas, lepos (-⏑-)

ἡδυφαής, ές, (φάος) suave lumen edens.

ἡδυφανής, ές, (φαίνομαι) suave splendens, nitidus.

ἡδυφάρυγξ, υγγος, (φάρυγξ) gulae gratus. (-⏑⏑-)

ἡδυφιλέω, (φιλέω) suaviter osculor.

ἡδυφραδής, ές, (φράζω) suaviter loquens.

ἡδυφωνία, ἡ, vocis suavitas. A seq.

ἡδύφωνος, ον, (φωνή) suavem vocem habens.

ἡδυφώνως, *adv.* suavi voce.

ἡδυχαρής, ές, (χαίρω) valde laetus.

ἡδύχροος, ον, *contr.* ἡδύχρους, ουν, (χρόα) jucundo colore praeditus.

ἥδω, v. ἥδομαι.

ἠέ, *poet.* p. ἤ, vel, sive.

ἤει, 3 sing. impf. *Att.* ab εἶμι pro ᾔει *contr.* ex *Ion.* ἤιε.

ἤεε, 3 sing. impf. ab εἶμι.

ἤειδε, 3 impf ab ἀείδω.

ἠείδειν, *Ep.* p. ᾔδειν, plqpf. ab οἶδα. Hinc 2 pers ἠείδης ; 3. ἠείδη, Il. 22, 280. Od. 9, 206.

ἠέλιος, ὁ, *poet.* p. ἥλιος, Hom.

ἠελιώτης, ου, ὁ, *fem.* ἠελιῶτις, *poet.* p. ἡλιώτης, ἡλιῶτις.

ἦεν, 3 sing. impf. ab εἰμί, *Ep.* p. ἦν, Hom.

ἠέπιε, *poet.* p. ἤπιε, Hom.

ἠέρα, *acc. Ion.* ab ἀήρ, Hom.

ἠερέθομαι, (ἀείρω) in aerem attollor: pendeo, suspensus sum: inconstans, vel suspenso animo sum. Il. 2, 448. 21, 12. 3, 108. Forma ἀερέθομαι non nisi ap. Gramm. reperitur.

ἠέρι, *dat. Ep.* ab ἀήρ, Hom.

ἠέριος, η, ον, *Ion.* et Hom. p. ἀέριος, (ἀήρ) matutinus, (quo tempore densis nebulis s. ἀέρι tecta sunt) Il. 1, 497. 557. 3, 7. Od. 9, 52.

ἠερίφοιτος, ον, i. q. ἠερόφοιτος, *dub.*

ἠεροδινής, ές, (δινέω) qui in aere agitatur.

ἠεροδίνητος, ον, in aere agitatus.

ἠεροειδής, ές, *Ion.* et Hom. p. ἀεροειδής, (ἀήρ) obscurus, nebulosus.

ἠερόεις, όεσσα, όεν, *Jon.* et Hom. p. ἀερόεις, tenebricosus, caliginosus.

ἠερόθεν, *adv. Jon.* p. ἀερόθεν, ex aere, ab aere.

ἠερομήκης, ες, *Jon.* p. ἀερομήκης, altus velut usque ad aera.

ἠερόπλαγκτος, ον, *Jon.* p. ἀερόπλαγκτος, in coelo errans, epith. stellarum.

ἠέρος, *gen. Jon.* ab ἀήρ.

ἠεροφανής, ές, *Jon.* p. ἀεροφανής.

ἠεροφοίτης, ου, ὁ, i. q. ἠερόφοιτος.

ἠεροφοῖτις, ιος, ἡ, (φοιτάω) quae in tenebris vagatur, quae obscuritate septa vel aliorum oculos latens incedit, Ἐρινύς, Il. 9, 571. 19, 87.

ἠερόφοιτος, ον, (φοιτάω) in aere vagans, aerius.

ἠερόφωνος, ον, (φωνή) voce aerem replens, valde clamans, vocalis.

ἠέροψ, οπος, ὁ, *Jon.* p. ἀέροψ.

ἤεσαν, 3 pl. impf. ab εἶμι.

ἤῃδει, 3 sing. plqpf. irreg. ab οἶδα, Moero ap. Athen. p. 490.

ἤην, 3 sing. impf. ab εἰμί, *Ep.* et *Jon.* p. ἦν, Hom.

ἠήρ, ἡ, vel ὁ, *forma recentior Jon.* p. ἀήρ. q. v.

ἠθάδιος, ον, *poet.* pro ἠθάς, Opp. (-⏑⏑⏑)

ἠθαῖος, α, ον, *Dor.* p. ἠθεῖος, Pind. Isthm. 2, 69.

ἠθαλέος, α, ον, (ἦθος) solitus: assuetus, mansuetus. (-⏑⏑⏑)

ἠθάνιον, τό, *Dimin.* ab ἠθμός colum. (--⏑⏑) *Jon.* ἠθήνιον.

ἠθάς, άδος, ὁ, ἡ, τό, (ἦθος) assuetus alicui rei, peritus, τινός, Soph. mansuetus: familiaris. cf. ἐθάς.

ἠθεῖος, α, ον, (ἦθος) dilectus, amicus, colendus; ἠθεῖε, vox fratris natu minoris ad majorem, reverentiae caussa, germane venerande, frater dilecte, Il. 6, 518. 10, 37. 22, 229. 239. ἠθείη κεφαλή, carum caput. Il. 23, 94. etiam de domino ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω, Od. 14, 147.

ἤθελον, ες, ε, impf. ab ἐθέλω, Hom et ab *Attico* θέλω.

ἤθεος, ὁ, ἡ, *Att.* p. ἠΐθεος, q. v.

ἠθέω, f. ήσω, percolo, per colum mitto. *Med.* perfluo. cf. ἠθίζω, ἤθω.

ἤθημα, τό, quod per colum missum est.

ἠθήνιον, τό, *Ion.* p. ἠθάνιον.

ἠθητήριος, ον, ad percolandum pertinens s. aptus: τὸ ἠθητήριον, i. q. ἠθμός.

ἠθητήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ἠθητής.

ἠθητής, οῦ, ὁ, qui colat.

ἠθίζω, f. ίσω, colo, percolo.

ἠθικός, ή, όν, (ἦθος, 2.) ethicus, moralis, moratus, ad mores accommodatus s. pertinens, vim quandam in animum exercens. 2) mores hominis apte exprimens vel delineans.

ἠθικῶς, *adv.* moraliter: morate, modeste: graviter, severe.

ἤθισις, εως, ἡ, (ἠθίζω) percolatio.

ἠθισμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

ἠθιστήριον, ου, τό, rete, nassa.

ἠθμάριον, ου, τό, parvum colum, sacculus, *Dimin.* ab ἠθμός.

ἠθμοειδής, ές, (εἶδος) coli formam habens.

ἠθμός, et ἡθμός, οῦ, ὁ, (ἤθω) colum, qualus. 2) i. q. φιμός, in ludo tesserarum.

ἠθμώδης, ες, coli formam habens A pr.

ἠθογραφέω, f. ήσω, mores scribendo vel pingendo exprimo. A seq.

ἠθογράφος, ον, (ἦθος, γράφω) qui morum notationes scribit, qui mores ingeniumque pingendo exprimit. (-⏑⏑⏑)

ἠθολογέω, (ἠθολόγος) exprimo alicujus mores oratione.

ἠθολογία, ἡ, figura rhetorica, quum verba moresque alicujus oratione exprimuntur.

ἠθολόγος, ὁ, (ἦθος, λέγω) morum effictor, mimus.

ἠθοποιέω, f. ήσω, mores exprimo.

ἠθοποιητικῶς, *adv.* accommodate ad mores exprimendos, vel affectus. A pr.

ἠθοποιΐα, ας, ἡ, morum adfectuumve expressio. A seq.

ἠθοποιός, όν, (ποιέω) mores instituens. 2) mores exprimens.

ἦθος, τό, *Ion.* pro ἔθος, mansio, sedes consuetae, domicilium: lustra ferarum. (Hac significatione vox occurrit ap. Hom. Hesiodum, et Herodotum; nunquam vero apud *Atticos.*) 2) consuetudo, mos. 3) ingenium, indoles, morum quaedam proprietas: affectus.

ἠθροισμένως, *adv.* (ἀθροίζω) gregatim, confertim.

ἤθω, colo, percolo, *rarior forma p.* ἠθέω.

ἤϊα, τά, (εἶμι, impf. *Jon.* ἤϊα, *Att.* ᾖα) viatica, cibus, i. q. ἐφόδια. 2) paleae, i. q. ἄχυρα, semel Od. 5, 368. (ι plerumque producitur; corripitur Od. 4. 363. 12, 329. Vox disyllaba pronuncianda Od. 5, 266. 9, 222. nec non Od. 5, 368. ubi scribendum esse ἠίων docuit Passovius.)

ἤϊα, impf. *Jon.* ab εἶμι pro ᾔειν.

ἤϊσαν, 3 pl. impf. ab εἶμι.

ἤϊθεος, ὁ, *Att.* ἤθεος, puer, adolescens. 2) caelebs, Venerem non expertus. (-⏑⏑⏑)

ἤϊκτο, 3 sing. plqpf. ab ἔοικα, Od.

ἤϊξε, 3 aor. 1. ab ἀΐσσω.

ἠϊόεις, εσσα, εν, (ἠϊών) altas ripas s. magnum litus habens, ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρῳ Il. 5, 36. (-⏑⏑-)

ἤϊον, 3 pl. impf. ab εἶμι, *Ep.* p. ἤεσαν, Od. (-⏑⏑)

ἠϊόνιος, ον, i. q. ἠόνιος, *Jon.* (-⏑⏑⏑⏑)

ἤϊος, ὁ, epith. Phoebi, ἤϊε Φοῖβε, Il. 15, 365. 20, 152. ab ἤ, *Phoebe, cui acclamatur* ἤ, *qui in auxilium advocaris.* cf. ἰήϊος. (-⏑⏑)

ἤϊσαν, 3 pl. impf. ab εἶμι. *Ep.* pro ᾖσαν, Hom. (-⏑⏑)

ἠΐχθη, 3 sing. aor. 1. pass. ab ἀΐσσω.

ἠϊών, όνος, ἡ, *Att.* ἠών, *Dor.* ἀϊών, litus, ripa, Hom. (-⏑-)

ἠΐων, ονος, ἡ, (ἀΐω) id quod auditur, fama: Od. 2, 42. Zenodotus legebat ἠΐονα pro ἀγγελίην: vox alibi non exstat.

ἦκα, *adv.* leniter, submisse, quiete, sensim, paullulum. (-⏑)

ἧκα, aor. 1, ab ἵημι.

ἠκαλέος, εσσα, εν, et ἤκαλος, ον, *adj.* ab ἦκα, tranquillus, quietus: occurrit tantum ap. Grammaticos.

ἠκέστος, έστη, εστον, (κεντέω, κέντρον) stimulo nondum domitus, stimulum nondum expertus. Epith. bovis nondum jugum passi.

ἠκή, ἡ, *Ion.* p. ἀκή, cuspis.

ἥκιστος, η, ον, *Superl. adjectivi* ab *adv.* ἦκα, lentissimus, tardissimus, Il. 23, 531. ubi tamen alii legunt ἥκιστος.

ἥκιστος, η, ον, *Superl.* ab ἥσσων, minimus, pessimus. *Adv.* ἥκιστα, minime. οὐχ ἥκιστα, praesertim, inprimis. (*Positivi loco* dicitur κακός et μικρός.)

ἤκου, *Jon.* p. ἤπου, q. v.

ἠκριβωμένως, *adv.* (ἀκριβόω) accurate.

ἥκω, impf. ἧκον, f. ἥξω, *reliqua tempora inusitata*, veni, adsum. *Attici* accuratiores hoc verbo ita semper in significatione *perfecti* utuntur, neque apud eos exstat impf. ἧκον. Scriptores tamen minus accurati etiam usurpant pro: accedo, venio, devenio, aggredior, i. q. ἔρχομαι. 2) pertineo, attineo, attingo, redeo. ἡ σωτηρία ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἧκε, salus posita erat in legatione, Dem. εἰς τοῦτο τόλμης, σοφίας, παιδείας ἥκειν, eo audaciae, sapientiae, eruditionis pervenisse, εὖ ἥκειν *c.gen.*, abundare aliqua re, bene se habere respectu aliquo habito, ut εὖ ἥκειν γένους, genere illustri esse; φύσεως, bona indole praeditum esse, χρημάτων, divitiis abundare. εἰς ταὐτὸν ἥκειν, consentire. ἥκω c. part. fut., ut φράσων, ἀγγελῶν, dicturus, nunciaturus sum.

ἠλαίνω *Ion.* et *poet.* p. ἀλαίνω, insanio. Sic et in *medio.*

ἠλάκατα, τά, lanae colui circumvolutae, fila, stamina. (-⏑⏑⏑)

ἠλακάτη, ἡ, colus: fusus.

ἠλακατῆνες, οἱ, pisces quidam, a similitudine coli ita dicti. A pr.

ἠλακατώδης, ες, coli similis. 2) ad colum pertinens. Ab eod.

ἤλασα, ας, ε, aor. ab ἐλαύνω.

ἠλασκάζω, idem quod sequens.

ἠλάσκω, *Epice* i. q. ἀλάομαι, ἀλαίνω, vagor, errabundus circumeo. Hinc *longior forma* ἠλασκάζω, quae etiam licet raro, *transitive* occurrit, declino, devito, Od. 9, 457. cf. Hermann ad Orph. Arg. 459.

ἠλᾶτο, 3 sing. impf. ab ἀλάομαι, Od. 3, 302.

ἤλδανε, 3 sing. aor. 2. ab ἀλδαίνω, Od.

ἤλεκτρον, τό, vel ἤλεκτρος, ὁ, vel ἡ, metallum ex auro et argento conflatum. Sic ap. Homerum et Hesiodum; *apud seriores* est 2) succinum, electrum.

ἠλέκτρινος, ον, ex electro factus: purissimus, nitidissimus. A pr.

ἠλεκτροφαής, ές, (φάος) ad modum electri fulgens, splendidus.

ἠλεκτρώδης, ες, electro similis.

ἠλέκτωρ, ορος, ὁ, sol.

ἠλέματος, ατη, ατον, (ἠλεός) vanus, stultus.

ἠλεμάτως, *adv.* frustra, stulte. (ᾰ)

ἠλεός, ἡ, όν, (ἠλός) stultus, stolidus, desipiens. 2) stultum faciens.

ἠλεύατο, 3 sing. aor. ab ἀλεύομαι, Il.

ἠλήλαντο, 3 pl. plqpf. pass. ab ἐλαύνω, Hes. sc. 143.

ἠλήλατο, 3 sing. plqpf. pass ab ἐλαύνω, Il. 5, 400.

ἠληλίμμην, plqpf. pass. ab ἀλείφω.

ἦλθον, ες, ε, aor. 2. ab ἔρχομαι, Hom.

Ἡλιάδης, ου, ὁ, filius solis: *fem.* Ἡλιάς.

ἡλιάζω, i. q. ἡλιόω, ad solem expando, soli expono. *Med.* aprieor. - 2) *Med.* ἡλιάζομαι, in Heliaea judico, a seq.

Ἡλιαία, ας, ἡ, (ἁλής, ἁλίζομαι) Heliaea, judicium Athenis maximum, in quo causae publicae agebantur.

ἡλιακός, ή, όν, (ἥλιος) ad solem pertinens, solaris, ut ἡλ. ἐνιαυτός, annus solaris. τὸ ἡλιακόν, solarium, locus apricus.

Ἡλιάς, άδος, ἡ, Solis filia.

ἡλίασις, εως, ἡ, (ἡλιάζω) insolatio, apricatio. 2) judicandi munus in Heliaea.

ἡλιαστήριον, ου, τό, (ἡλιάζω) locus ad apricandum, solarium.

ἡλιαστής, οῦ, ὁ, judex in Heliaea.

ἡλιαστικός, ή, όν, heliasticus, judicialis.

ἡλιάω, (ἥλιος) solem refero, ut sol candeo.

ἠλίβατος, ον, praeceps, altus, adscensu difficilis, inaccessus. (ab ἠλεός, ἀλιτηρός, ἀλιτεῖν et βαίνω, tam altus, ut accessum frustretur: alii minus apte derivant ab ἥλιος et βαίνω, tam altus, ut uni soli sit pervius) (-⏑⏑⏑)

ἡλιεῖον, τό, (ἥλιος) fanum solis.

ἡλιεύω, soli expono.

ἤλιθα, *adv.* (ἅλις) satis, copiose, valde, Il. 11, 677. Od. 5, 483. al. 2) *de tempore*, subito, simul, Ap. Rh. 3) (ἠλός, ἠλεός) frustra, i. q. μάτην, Callim. cf. ἠλίθιος, 2.

ἠλιθιάζω, f. άσω, stulte ago, stultus ac stupidus sum. A seq.

ἠλίθιος, ια, ιον, (ἠλός, ἠλεός) stultus, stolidus, brutus, insipiens, sensu communi destitutus. 2) vanus, irritus. (-⏑⏑⏑)

ἠλιθιότης, ἡ, stoliditas, stultitia.

ἠλιθιόω, f. ώσω, stultum reddo.

ἠλιθιώδης, ες, stulto similis.

ἠλιθίως, *adv.* stulte, stolide.

ἡλικία, ἡ, (ἧλιξ) aetas: de senio, Il. 22, 419. plerumque tamen dicitur de aetate juvenili, adolescentia, juventus, aetatis vigor. ἡλικία στρατεύεσθαι, aetas bello apta. ἡλικία γάμου, aetas nuptiis matura. 2) aetas, tempus, aevum. 3) juventus, i. e. juvenes, Il. 16, 808. aequales. 4) statura; etiam de inanimatis, altitudo.

ἡλικιώτης, ου, ὁ, *fem.* ἡλικιῶτις, aetate par, aequalis.

ἡλίκος, ίκη, ίκον, (ἧλιξ) quantus, quam magnus, quam potens. *Proprie* de magnitudine corporis. (-⏑⏑)

ἧλιξ, ικος, ὁ, ἡ, τό, qui ejusdem est aetatis, aequalis: sodalis. *Ap. seriores c. gen.* par, similis.

ἡλιόβλητος, ον, idem quod seq.

ἡλιόβολος, ον, (ἥλιος, βάλλω) qui solis radiis quasi feritur, soli expositus: solis radiis ictus, liquefactus etc. a solis aestu, furore aliove quo acuto morbo tactus.

ἡλιοειδής, ές, (εἶδος) soli similis, solis formam habens, clarus.

ἡλιοειδῶς, *adv.* specie solis. A pr.

ἡλιοθερής, ές, (θέρω) sole tostus.

ἡλιοκαής, ές, (καίω) perustus sole, exustus sole.

ἡλιοκαΐα, ας, ἡ, ardor, sive aestus solis. 2) insolatio. A pr.

ἡλιοκάμινος, ου, ὁ, caminus solaris, vaporarium solare in aprico loco situm, ad solis calorem excipiendum, locus concameratus, totus soli expositus, Plin. ep. 2, 17. (-⏑⏑⏑-⏑)

ἡλιοκάνθαρος, ου, ὁ, scarabaeus solaris.

ἡλιόκαυστος, ον, (καίω) sole tostus, sole exustus.

ἡλιομανής, ές, (μαίνομαι) sole gaudens, Epith. cicadae.

ἡλιόμορφος, ον, (μορφή) solis formam habens.

ἡλίοπος, όπη, οπον, (ὤψ) oculum soli similem habens.

ἡλιόπους, οδος, ὁ, heliotropium magnum.

ἥλιος, ου, ὁ, *poet.* ἠέλιος, (ἕλη) sol; dies. ἥλιοι, radii solis. 2) *nom. propr.* Sol, Deus solis.

ἡλιοσκόπιον, ου, τό, (σκοπέω) q. d. solem spectans, helioscopium, tithymali species, comas cum sole circumagens.

ἡλιοστερής, ές, (στερέω) sole privatus. 2) sole privans, inumbrans.

ἡλιοστιβής, ές, (στείβω) a sole tritus, per quem sol incedit aut meat, soli expositus.

ἡλιότευκτος, ον, (τεύχω) a sole ortus s. creatus. Dionys. Areop. p. 214.

ἡλιοτρόπιον, ου, τό, (τρέπω) herba solaris, heliotropion. 2) solarium, horologium.

ἡλιοφάνεια, ας, ἡ, solaris claritas. A seq.

ἡλιοφανής, ές, (φαίνω) solis splendorem habens. 2) sole illustratus.

ἡλιόχρυσος, ὁ, herba, quae et ἑλίχρυσος.

ἡλιόω, f. ώσω, (ἥλιος) insolo, in sole expono, ad solem expono. *Med.* ἡλιόομαι, sole illustror, sole uror.

ἡλίσκος, ου, ὁ, (ἧλος) claviculus, parvus clavus.

ἤλιτε, 3 sing. aor. ab ἀλιταίνω, Il. 9, 375. Hes. sc. 80.

ἡλιτενής, (τείνω) altus, quasi ad solem usque pertinens, *Suid.*

ἠλιτήμερος, ον, (ἀλιταίνω, ἡμέρα) aberrans a die constituto, immaturus.

ἡλίτης, ου, ὁ, (ἧλος) clavaris. Hinc *Fem.* ἡλῖτις, ιδος, ἡ, squama aeris, quae e clavis decutitur. (---)

ἠλιτοεργός, όν, (ἀλιταίνω, ἔργον) cujus opera irrita sunt, qui frustra est, Antip. Sid. 63, 7.

ἠλιτόμηνος, ον, (ἀλιταίνω, μήν) aberrans a mensibus, ante justos menses natus, immaturus.

ἧλιψ, ῖπος, ὁ, calceus, Schol. Theocr.

ἡλιώδης, ες, solem referens, soli similis. 2) subcandidus.

ἡλίωσις, ἡ, (ἡλιόω) insolatio, apricatio.

ἡλιώτης, ου, ὁ, *fem.* ἡλιῶτις, ιδος, *poet.* ἠελ. (ἥλιος) ad solem pertinens, solaris.

ἤλκησε, 3 sing. aor. 1. ab ἑλκέω, Od. 11, 580.

ἡλοειδής, ές, (ἧλος, εἶδος) clavi formam habens.

ἡλοκόπος, ου, ὁ, (κόπτω) faber clavorum.

ἡλοπαγής, ές, (πήγνυμι) clavis firmatus.

ἧλος, ου, ὁ, clavus. 2) oleae morbus, qui et fungus. 3) tubercula callosa, potissimum in plantis et digitis pedum, etiam in albo oculorum.

ἠλός, ή, όν, (ἄλη) stolidus, demens: vanus.

ἠλοσύνη, ἡ, (ἠλός) stupiditas, stultitia.

ἡλότυπος, ον, (ἧλος, τύπτω) clavo percussus aut fixus. 2) clavo trajectus.

ἡλόω, f. ώσω, (ἧλος) clavo figo, configo.

ἤλπετο, impf. ab ἔλπομαι, Hom.

ἡλσάμην, aor. 1. med. ab εἴλω, unde aor. 2. ἡλσόμην, Simon. et Ibyc.

ἠλυγάζω, f. άσω. (ἤλυξ) obumbro, obtenebro. 2) occulto.

ἠλυγαῖος, α, ον, umbrosus, opacus.

ἠλύγη, ης, ἡ, (ἤλυξ) tenebrae, umbra.

ἠλυγίζω, f. ίσω, i. q. ἠλυγάζω. Unde

ἠλυγισμός, οῦ, ὁ, obumbratio. 2) obscuritas.

ἤλυθον, ες, ε, aor. ab ἔρχομαι, pro quo *in prosa* dicitur ἦλθον.

ἤλυξ, ῦγος, obscurus, tenebricosus, umbrosus. (A λύγη, vel ab α priv. et λύκη, *lux*, λευκός.)

ἤλυξα, ας, ε, aor. 1. ab ἀλύσκω, Hom.

ἠλυσία, ἡ, i. q. ἤλυσις.

ἠλύσιον, τό, scil. πεδίον, Elysius campus. 2) χωρία ἠλύσια et ἐνηλύσια dicebantur loca a fulmine icta, bidentalia. 3) *adj.* ἠλύσιος, α, ον, ad Elysium pertinens, ex Elysio veniens. (-⏑⏑⏑)

ἤλυσις, εως, ἡ, i. q. ἔλευσις, (ἔρχομαι) adventus, ingressus, itio.

ἦλφον, aor. 2. ab ἀλφαίνω, Il. 21, 79.

ἧλω, 3 sing. aor. *syncop.* ab ἁλίσκομαι.

ἠλώμην, impf. ab ἀλάομαι.

ἡλωτός, ή, όν, (ἡλόω) clavo fixus.

ἧμα, ατος, τό, (ἵημι) telum, missile, jaculum. 2) jactus.

ἧμαι, ἧσαι, ἧσται, 3 pl. ἧνται, inf. ἧσθαι, part. ἥμενος, imperat. ἧσο, ἧσθω, etc. plqpf. ἥμην, ἧσο, ἧστο, 3 pl. ἧντο. 3 plur. *Epice* εἵαται, εἵατο, vel ἕαται, ἕατο; *perfectum vi praesentis ab obsol.* ἕω, sedeo; commoror, quiesco, lateo: positus, collocatus, situs sum, etiam de inanimatis.

ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, (ἄμαθος) *Ion.* p. ἀμαθόεις, arenosus.

ἡμαιθος, ὁ, nummus exigui pretii, apud alios dimidio oboli, apud Cyzicenos duobus obolis aestimatus.

ἦμαρ, ἄτος, τό, dies *poet.* p. ἡμέρα.

ἡμαρτημένως, *adv.* (ἁμαρτάνω) perperam, *opp.* ὀρθῶς.

ἠμάτιος, ία, ιον, (ἦμαρ) diurnus. (-⏑⏑⏑)

ἤμβροτον, ες, ε, inf. ἀμβροτεῖν, aor. 1. *poet.* ab ἁμαρτάνω.

ἡμεδαπός, ή, όν, (ἡμεῖς) nostras: *oppon.* ἀλλοδαπός, cf. ὑμεδαπός. (δαπος) est mera terminatio, ut in ποδαπός, non ortum ex ἔδαφος, v. Ap. Dysc. de pron. p. 298 seq.

ἡμεῖς, *Aeol. Dor.* et *Ep.* ἄμμες, *gen.* ἡμῶν, *Ion.* ἡμέων, ap. Hom. etiam ἡμείων, *dat.* ἡμῖν, cujus loco versus gratia etiam scribitur ἧμιν, et *Attice* ἡμίν, *Aeol. Dor.* et *Ep.* ἄμμι, ἄμμιν, *acc.* ἡμᾶς, *Ion.* ἡμέας, ap. Hom. etiam ἥμας, Od. 16, 372. *Aeol. Dor.* et *Ep.* ἄμμε - nos, pluralis pronominis ἐγώ.

ἡμεκτέω, aegre fero, indignor, offendor v. περιημεκτέω.

ἠμελημένως, *adv.* (ἀμελέω) incuriose, negligenter.

ἤμελλον, ες, ε, impf. *Att.* a μέλλω.

ἠμέν -, ἠδέ -, (ἤ) *poet.* pro καί, et - et: sive - sive, vel - vel. Pro ἠδέ sequitur etiam καί, ut Il. 15, 664. 670. rarius δέ, Il. 12, 428.

ἦμεν, inf. *Dor.* ab εἰμί pro εἶναι, Thuc. 5, 77. 79

ἦμεν, 1 pl. impf. ab εἰμί.

ἡμέρα, ἡ, *Ion.* et *Ep.* ἡμέρη, dies: lux diei, vita, ap. poetas: *metaph.* salus, felicitas, opp. σκότος. ἅμ' ἡμέρᾳ, primo mane; idem est ἅμ' ἡμέρῃ διαφωσκούσῃ, Hdt. 3, 86. ἀφ' ἡμέρας πίνειν, de die potare. δι' ἡμέρας, per totam diem. ἐφ' ἡμέραν, in unum diem. καθ' ἡμέραν, quotidie. μεθ' ἡμέραν, interdiu. πρὸς ἡμέραν, versus diem, sub lucem. πᾶσαν ἡμέραν, de die in diem, proximo quoque die, Hdt. 1, 111. 7, 203. ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, quotidie, Hdt. 7, 198. τριῶν ἡμερῶν, intra tres dies. ταύτας, (sc. πόλιας) ἐπ' ἡμέρης ἑκάστης αἱρέε, haec oppida singula singulis cepit diebus, Hdt. 5, 117. 2) *nom. pr.* cf. Hes. Th. 124.

ἡμερεύω, f. εύσω, diem transigo, in opere diem totum versor. A pr.

ἡμερήσιος, ία, ιον, vel ἡμερήσιος, ον, qui est unius diei, diurnus. *Subst.* τὸ ἡμερήσιον, sc. μίσθωμα, merces diurna. 2) diarium.

ἡμερία, ας, ἡ, *Dor.* ἁμερία, dies.

ἡμερίδης, ου, ὁ, (ἥμερος) mitis.

ἡμερίδιον, ου, τό, diecula. *Dimin.* ab ἡμέρα.

Ἰαωνίζω, Ionice loquor. A pr.

Ἰαωνιστί, Ionice. A pr.

ἴβδη, ης, ἡ, paxillus in imo navis solo, quo eduecto aqua collecta profluit: Eustath.

Ἴβηρ, ηρος, ὁ, Iberus, *gentile.* (ῑ)

Ἰβηρία, ας, ἡ, Iberia. Nomen regionis geminae, orientalis alterius, alterius occidentalis, quae et Hispania dicitur. Unde Ἰβηρικός, ἡ, όν, Hispanicus. Ἰβηρικῶς, *adv.* more Hispanico. (ῑ)

ἰβηρίς, ἡ, Iberis, herba.

ἶβις, ιδος, ἡ, Ibis, avis Aegyptia, serpentes devorans. Gen. Ion. ἴβιος. (-υ)

ἰβίσκος, ου, ὁ, hibiscus, species malvae silvestris.

ἴγδη, ης, ἡ, mortarium, pila. 2) genus saltationis.

ἰγδίζω, f. ίσω, agito pistillum. 2) torqueo, flecto lumbos huc illuc saltans.

ἰγδίον, ου, τό, mortariolum. *Dimin.* ab ἴγδις.

ἴγδις, ἡ, i. q. ἴγδη.

ἴγδισμα, ατος, τό, genus saltationis, in quo lumbi agitantur, ut pistillum.

ἶγμαι, perf. ab ἱκνέομαι.

ἴγνητες, οἱ, i. q. αὐθιγενεῖς, indigenae, vox Rhodia.

ἰγνύα, ας, ἡ, *Ion.* et *Ep.* ἰγνύη, (γόνυ) posterior genu pars, poples. (---)

ἰγνύς, ύος, ἡ, idem ab eod. (-υ)

Ἴδα, ης, ἡ, *Ion.* Ἴδη, Ida, mons Phrygiae, item Cretae, it. quivis locus editus et silvosus. (--)

Ἰδαία, ας, ἡ, Idaea, herba, quae et laurus Alexandrina dicitur.

Ἰδαῖος, αία, αῖον, Idaeus.

ἰδάλιμος, ον, aestuosus, sudorem ciens, ab ἴδος. (-υυυ) 2) speciosus, formosus, i. q. εἰδάλιμος. (υυυυ)

ἰδανικός, ή, όν, (ἰδεῖν) idealis, mundus intelligibilis. ap. Timaeum de An. mund. (υυυυ)

ἰδανός, ον, (ἰδεῖν) speciosus, pulcer, Call. (υυυ)

ἰδέ, Conjunct. Ion. et Ep. p. ἠδέ, et Hom. Occurrit etiam apud Tragicos. (υυ)

ἴδε, imperat. aoristi εἶδον. (υυ)

ἰδέα, ἡ, *Ion.* ἰδέη, (ἰδεῖν) species: modus et ratio: genus et forma. 2) idea, notio rei, sensu philosophico.

ἰδεῖν, inf. aor. εἶδον, *Jon.* ἰδέειν. *Dor.* ἰδέμεν. (ῐ)

ἴδεσκον, ες, ε, aor. Ion. et Ep. pro εἶδον, Il. 3, 212. (ῐ)

ἰδέω, Ep. p. εἰδῶ, conj. ab. οἶδα. (ῐ)

ἴδη, ης, ἡ, *Ion.* ap. Herodot. silva, materia.

ἴδηαι, 2. conj. aor. med. εἰδόμην, *Ep.* p. ἴδῃ. (ῐ)

Ἴδηθεν, adv. (Ἴδη, Ἴδα) ab Ida. (---υ)

ἰδησῶ, fut. Dor. ab εἶδον, Theocr. 3, 37. (ῐ)

ἰδίᾳ, adv. privatim, privato consilio, sine auctoritate publica. 2) seorsum, separatim. 3) clam. Dativus adverbiascens ab ἴδιος.

ἰδιάζω, f. άσω, (ἴδιος) seorsum sum ab aliis, in secessu dego, solus sum. 2) proprium mihi facio, mihi vindico, ἰδιάζων, proprius, singularis, peculiaris. it. solitarius. (υυ--)

ἰδιαζόντως, adv. (ἰδιάζων) privatim, peculiari modo.

ἰδιαίτατα, adv. maxime peculiariter, seorsum ac proprie. A seq.

ἰδιαίτατος, άτη, αίτατον, maxime peculiaris vel proprius, *Superl.* ab ἴδιος.

ἰδιαίτερον, adv. magis peculiariter. 2) secretius, magis seorsum, *Compar.* ab ἴδιος.

ἰδιασμός, ὁ, (ἰδιάζω) singularis agendi ratio.

ἰδιαστής, οῦ, ὁ, (ἰδιάζω) vitam agens privatam.

ἰδικός, ἡ, όν, (εἶδος) specialis, peculiaris. ἰδικῶς, adv. seorsum, speciatim.

ἰδιοβουλεύω, f. εύσω, (ἴδιος, βουλεύω) meo consilio utor, mei consilii et arbitrii sum.

ἰδιοβουλέω, f. ήσω, idem.

ἰδιογενής, ές, (γένος) proprium et privatum genus habens, sui generis.

ἰδιόγλωσσος, ον, (γλῶσσα) propriam et peculiarem linguam habens.

ἰδιογνωμονέω, f. ήσω, propriam ac peculiarem mihi sententiam habeo, vivo meo arbitratu. A seq.

ἰδιογνώμων, ον, (ἴδιος, γνώμη) qui propriam et peculiarem sibi sententiam habet, qui ex suo arbitrio statuit, qui suae sententiae est.

ἰδιογονία, ας, ἡ, (ἴδιος, γονή) generatio prolis e sui generis animali, ut equi ex equa. Vox Platonica, opp. κοινογονία.

ἰδιόγραφον, ου, τό, (γράφω) scriptum manu propria exaratum.

ἰδιοθανέω, (θανεῖν) singulari morte perire.

ἰδιοθηρευτικός, ή, όν, sibi venans, sui quaestus caussa venans.

ἰδιοθηρία, ας, ἡ, (θήρα) venatio, cujus quaestus ad nos redit.

ἰδιόκοτος, ον, contrarium ab ἀλλόκοτος, q. v.

ἰδιόκριτος, ον, qui suo judicio et arbitrio vivit.

ἰδιόκτητος, ον, (κτάομαι) peculiaris.

ἰδιολογέομαι, f. ήσομαι, (ἰδιόλογος) separatim, procul ab arbitris, item meo proprio more loquar.

ἰδιολογία, ας, ἡ, propria et peculiaris loquendi forma.

ἰδιόλογος, ον, (λέγω) qui suo arbitrio, privatim loquitur.

ἰδιομήκης, ες, (μῆκος) suam habens longitudinem.

ἰδιόμορφος, ον, (μορφή) qui propriae et peculiaris formae est.

ἰδιοξενία, ας, ἡ, necessitudo hospitalis cum aliquo privata, privatum hospitium. A seq.

ἰδιόξενος, ον, cui privatim est hospitium cum aliquo, privatus hospes.

ἰδιοπάθεια, ας, ἡ, propria et peculiaris adfectio. A seq.

ἰδιοπαθέω, propria quadam et peculiari ratione afficior.

ἰδιοπαθής, ές, (πάθος) aliquam peculiarem adfectionem habens.

ἰδιοποιέω, alteri proprium reddo, stabilem et firmam possessionem do. *Med.* proprium mihi facio, usurpo, vindico mihi: concilio mihi.

ἰδιοποίημα, ατος, τό, usurpatio. A pr.

ἰδιοποίησις, εως, ἡ, vindicatio. 2) ap. Scriptores Eccles. dicitur de naturis Christi alterius naturae praedicata assumentibus: item de assumtione humanae naturae.

ἰδιοπραγέω, f. ήσω, (ἴδιος, πρᾶγος) mea negotia curo, non aliena, non publica. 2) meo arbitrio ago.

ἰδιοπραγία, ας, ἡ, cura negotiorum suorum. 2) privata commoditas.

ἰδιοπραγμονέω, v. ἰδιοπραγέω. A seq.

ἰδιοπράγμων, ον, (ἴδιος, πρᾶγμα) sua tantum curans, suas res agens. 2) vitam privatam agens.

ἰδιοπραξία, ας, ἡ, (πρᾶξις) privata commoditas.

ἰδιοπροσωπέω, (πρόσωπον) singulari specie praeditus sum.

ἰδιόρρυθμος, ον, qui suo arbitrio vivit.

ἰδιορρυθμία, ας, ἡ, vita ex arbitrio suo, quum aliquis est sui juris. A pr.

ἴδιος, ία, ιον, peculiaris, sui generis. 2) suus. 3) privatus. 4) de morte spontanea, non per vim ab aliis illata, *Subst.* τὰ ἴδια, scil. χρήματα, domicilium, sedes, *Comp.* ἰδιαίτερος, *Superl.* ἰδιαίτατος.

ἰδιόστολος, ναῦς, navis, quam quis sibi suis sumtibus instruxit.

ἰδιοσυγκρισία, ας, ἡ, (σύγκρισις) propria et peculiaris quaedam concretio et constitutio, peculiare temperamentum.

ἰδιοσύγκριτος, ον, (συγκρίνω) peculiari ratione temperatus.

ἰδιοσύστατος, ον, (συνίσταμαι) qui habet propriam hypostasin, per se consistens.

ἰδιοσυστάτως, *adv.* e propria substantia.

ἰδιότης, ητος, ἡ, (ἴδιος) proprietas.

ἰδιότροπος, ον, proprius cuidam, peculiaris, moribus alicujus vel hominis vel populi receptus, ut τροφὴ ἰδιότροπος, de cibis Judaeorum, ap. Joseph. 2) qui ad alienos mores sese accommodare non potest, sed sui quodammodo moris tenax est, morosus. v. μονότροπος.

ἰδιοτρόπως, *adv.* modo proprio et peculiari. 2) peculiariter et privatim.

ἰδιότροφος, ον, (ἴδιος, τρέφω) qui peculiaribus et propriis nutrimentis utitur.

ἰδιότυπος, ον, (τύπος) proprium, peculiarem habens formam.

ἰδιοφεγγής, ές, (φέγγος) sua luce splendens.

ἰδιοφυής, ές, (φυή) peculiaris formae, generis.

ἰδιόχειρον, τό, (χείρ) propria manu scriptum, factumve.

ἰδιοχείρως, *adv.* manu propria. A pr.

ἰδιόω, (ἴδιος) proprium facio. *Med.* mihi vindico, mihi concilio.

ἴδισις, εως, ἡ, sudatio, sudor. (--υ) A seq.

ἰδίω, f. ίσω, (ἴδος) sudo. (---)

ἰδίωμα, ατος, τό, (ἴδιος) proprietas cujuscunque rei, naturae, linguae etc.

ἰδιωματικός, ή, όν, peculiaris.

ἰδίως, *adv.* (ἴδιος) proprie.

ἰδίωσις, εως, ἡ, (ἰδιόω) vindiciae.

ἰδιωτεία, ας, ἡ, vita privata. A seq.

ἰδιωτεύω, f. εύσω, privatam vitam ago, *oppon.* ei, qui honores in republica gerit. 2) obscurus, ignobilis sum, etiam de urbe. 3) imperitus sum, ignarus rei alicujus. A seq.

ἰδιώτης, ου, ὁ, (ἰδιόω) privatus, vitam privatam agens. 2) laicus, apud scriptores ecclesiasticos, sive qui munere in ecclesia non fungitur. 3) unus e vulgo, plebejus. 4) rei alicujus imperitus. 5) domesticus, inquilinus. 6) omnino teneant tirones, vim hujus vocis admodum variam esse, eamque singulis locis ex antitheto intelligendam esse.

ἰδιωτίζω, f. ίσω, ad vulgarem consuetudinem accommodo. A pr.

ἰδιωτικός, ή, όν, ad privatos seu vulgus pertinens, privatus. Ab eod.

ἰδιωτικῶς, *adv.* privatorum more, vulgi more. 2) sermone vulgi. *Compar.* ἰδιωτικωτέρως, vulgarius.

ἰδιῶτις, ιδος, ἡ, (ἰδιώτης) privata.
ἰδιωτισμός, οῦ, ὁ, (ἰδιωτίζω) sermonis forma e vulgo sumta, plebeja dicendi ratio. 2) simplicitas, status vulgaris, consuetudo plebeja.
ἰδιωφελής, ές, (ὀφέλλω) sui lucri cupidus, *opp.* κοινωφελής.
ἴδμεν, *Jon.* et *Dor.* p. ἴσμεν, 1 pl. ab οἶδα. 2) *Ep.* p. εἰδέναι, inf. ab οἶδα. Saepius ἴδμεναι.
ἰδμοσύνη, ἡ, scientia. A seq.
ἴδμων, ον, (εἰδέναι) sciens, peritus.
ἰδνόω, f. ώσω, incurvo, inflecto, intorqueo. ἰδνώθη, incurvatus est, sese retorsit.
ἴδον, *Ep.* p. εἶδον, 1 sing. et 3 plur. aor. Hom.
ἴδος, εος, τό, sudor.
ἴδοσαν, *in dial. Alex. p.* εἶδον, LXX.
ἰδοῦ, imperat. aor. med. εἰδόμην.
ἰδού, *adv.* ecce, en.
ἰδρεία, ας, ἡ, (ἴδρις) peritia.
ἰδρία, ας, ἡ, idem et ab eod.
ἴδρις, *gen.* ἴδριος, *Att.* ἴδρεως, (οἶδα, ἴδμεν) peritus, sciens, providus. Ap. Hes. op. 780 est pro μύρμηξ.
ἱδρός, ὁ, *poet.* ἱδρώς, sudor, unde *dat.* ἱδρῷ, Il. 17, 385. (-⏑) Hinc
ἱδρόω, f. ώσω, (ἱδρώς) sudo. (-⏑-)
ἵδρυμα, ατος, τό, opus constructum. 2) firmamentum, fundamentum, stabilimentum. 3) delubrum, locus, in quo deorum simulacra collocantur, fanum, ara. 4) sedes.
ἵδρυμι, i. q. ἱδρύω, *dub.*
ἱδρύνω, idem, et utrumque ab ἱδρύω. (ῡ)
ἵδρυσις, εως, ἡ, collocatio, fundatio, exstructio inpr. templorum. 2) sedes. (Media *ap. seriores* corripitur.)
ἱδρυτέος, α, ον, statuendus, collocandus: εὐχῇ ἱδρυτέον, non quiescendum est, Soph. Aj. 809. v. ἱδρύω.
ἱδρυτός, ή, όν, fundatus, firmatus, stabilitus. A seq.
ἱδρύω, f. ύσω, aor. pass. ἱδρύνθην, *Att.* ἱδρύθην, (v. Lobeck. Phryn. p. 37.) sedere jubeo, statuo, colloco: *Pass.* statuor, collocor, sedeo, insideo, commoror. 2) statuo, pono, condo, consecro: it. statuam pono. Hinc sedes figo, castra metior. *perf. pass.* ἵδρυμαι, situs sum, sedeo, sto. Propter hanc significationem praesentis quidam finxerunt novum verbum ἵδρυμι, cujus tamen exempla vix reperiuntur. (Radix est ἵζω) (υ breve! ante σ producitur.)
ἵδρωα, vel ἱδρῶα, ων, τά, (ἱδρώς) morbi e sudore, pustulis ulceribusve se exserentes, pustulae ipsae.
ἱδρώδης, ες, cum sudore conjunctus. A seq.
ἱδρώς, ῶτος, ὁ, (ἴδος) sudor: etiam sudor arborum, gummi. 2) *metaph.* id quod sudore partum est, fructus laboris, Ar. - Pro *acc.* ἱδρῶτα ap. Hom. et Atticos reperitur etiam ἱδρῶ, et dat. ἱδρῷ pro ἱδρῶτι, cf. ἱδρός. (‾-)
ἵδρωσις, εως, ἡ, (ἱδρόω) sudatio, sudoris evocatio.
ἱδρωτήριον, ου, τό, sudatorium. Ab eodem.
ἱδρωτικός, ή, όν, sudare solitus, crebro sudans, sudatorius. Ab eod.
ἱδρωτικῶς, *adv.* propense in sudorem.
ἱδρώτιον, ου, τό, sudor. *Dimin.* ab ἱδρώς.
ἱδρωτοποιέω, f. ήσω, sudorem elicio, et *in Pass.* sudo.

ἱδρωτοποιία, ας, ἡ, sudoris evocatio, sudatio. A praec.
ἱδρωτοποιός, όν, (ἱδρώς, ποιέω) sudorem eliciens.
ἰδυῖα, ἡ, *Ep.* p. εἰδυῖα, part. *fem.* ab οἶδα. (ῑ)
ἴδω, conj. aor. εἶδον.
ἴδωμι, conj. aor. εἶδον, *Ep.* p. ἴδω.
ἰδών, ἰδοῦσα, ἰδόν, part. aor. εἶδον.
ἴε, ἴεν, 3 sing. impf. et aor. ab εἶμι. (⏑⏑)
ἴει, 3 sing. impf. Ion. et Att. p. ἵημι. (⏑-, rarius --)
ἱείη, 3 sing. opt. praes. ab εἶμι, *Ep.* p. ἴοι.
ἱείς, ἱεῖσα, ἱέν, part. praes. ab ἵημι. (ῑ)
ἱεῖσι, 3 pl. praes. ab ἵημι, Il.
ἵεμαι, praes. pass. et med. ab ἵημι.
ἵεμαι, ἱέμην, praes. et impf. med. ab εἶμι, curro, celeriter abeo. Reliqua temp. non sunt in usu.
ἱέμεν, inf. praes. ab ἵημι, *Ep.* p. ἱέναι. (-⏑⏑)
ἱέμεναι, *Ep.* p. ἱέναι, inf. praes. ab ἵημι. (-⏑⏑-)
ἱέμενος, η, ον, part. praes. pass. ab ἵημι. (ῑ)
ἴεν, v. ἴε.
ἴεν, *Aeol.* p. ἴεσαν, 3 pl. impf. ab ἵημι. (⏑⏑)
ἰέναι, inf. praes. ab εἶμι.
ἱέναι, inf. praes. ab ἵημι, forma recentior Attica.
ἱεράγγελος, ον, (ἱερός, ἀγγέλλω) qui sacras celebritates denunciat.
ἱεραγωγός, όν, (ἄγω) sacra s. res sacras ferens. *Subst.* ὁ, sacrorum interpres, mysta.
ἱερακιδεύς, ὁ, (ἱέραξ) pullus accipitris. (⏑⏑-⏑-)
ἱερακίζω, (ἱέραξ) accipitrum vocem imitor.
ἱεράκιον, ου, τό, hieracium, genus herbae; ab ἱέραξ, quoniam ejus succo oculorum hebetudini mederi credebantur accipitres. (ᾰ)
ἱερακίσκος, ὁ, *Dimin.* ab ἱέραξ, parvus accipiter.
ἱερακίτης, ου, ὁ, lapis quidam.
ἱερακοβόσκος, ον, (βόσκω) accipitres alens.
ἱερακόμορφος, ον, (μορφή) accipitris formam habens.
ἱερακώδης, ες, accipitri similis.
ἱέραξ, ακος, ἡ, Ion. ἱρηξ, ηκος, *contr.* ἴρηξ, accipiter. (⏑⏑‾)
ἱεράομαι, f. ἱεράσομαι, (ἱερός) sacerdos sum, sacerdotio fungor. ἱερώμενος, sacerdos, ἱερωμένη, femina sacerdos, ἱερασάμην, aor. 1. sacerdos factus sum. *Constr. c. gen.* vel *c. dat. dei.*
ἱεραπόλος, ὁ, (πολέω) summus sacerdos in civitatibus quibusdam graecis.
ἱεραρχέω, f. ήσω, sacris praesum, sacro imperio et magistratu fungor. Ab eod.
ἱεράρχης, ου, ὁ, (ἀρχή) qui sacris praeest, pontifex.
ἱεραρχία, ας, ἡ, gubernatio vel procuratio sacrorum. A pr.
ἱεραρχικός, ή, όν, ad eum pertinens, qui sacris praeest, vel etiam ad hierarchiam ipsam.
ἱεραρχικῶς, *adv.* more eorum, qui sacris praesunt, vel sacra regendo.
ἱερατεία, ας, ἡ, (ἱερατεύω) sacerdotium, munus sacerdotis.

ἱερατεῖον, τό, sacrarium.
ἱεράτευμα, ατος, τό, sacerdotium. 2) sacerdotum collegium, LXX. (⏑⏑--⏑)
ἱερατεύω, et ἱερατεύομαι, (ἱερός) sacerdotio fungor, sum sacerdos.
ἱερατικός, ή, όν, (ἱεράομαι) sacerdotalis. 2) sacris usibus destinatus.
ἱεραφορία, ἡ, munus portandi vasa sacra. A seq.
ἱεραφόρος, ον, (φέρω) sacra ferens, Plut.
ἱέρεα, ἡ, *Dor.* p. ἱέρεια, Pind. P. 4, 9. *si lectio vera.*
ἱέρεια, ας, ἡ, (ἱερεύς) sacerdos *femina.*
ἱερεία, ας, ἡ, (ἱερεύω) sacerdotium.
ἱερεῖον, ου, τό, victima, hostia. 2) carnes victimarum. ap. Xenoph. 3) animal quodlibet, quod mactatur edendi caussa.
ἱερείτης, ου, ὁ, sacerdos. Plat. *Fem.* ἱερεῖτις, ἡ, antistita: item pro ἱκέτις, Aeschyl.
ἱερεύς, έως, ὁ, (ἱερός) sacerdos.
ἱερεύσιμος, ον, ad sacrificium aptus.
ἱερεύω, f. εύσω, (ἱερός) sacrifico. 2) dico, consecro. 3) macto.
ἱέρη, ης, ἡ, sacerdos, antistita, Plut.
ἱερήϊον, τό, Ionice τό ἱερεῖον.
ἱερητεύω, Ion. p. ἱερατεύω.
ἱερία, ἡ, i. q. ἱέρεια, ap. poetas Atticos.
ἱερίζω, consecro; lustro; unde
ἱεριστής, οῦ, ὁ, lustrator.
ἱερίς, ίδος, ἡ, i. q. ἱέρεια, sacerdos, femina.
ἱεροβοτάνη, ἡ, verbena.
ἱερογλύπτης, ου, ὁ, peritus, sculpendi hieroglyphica.
ἱερογλυφικά, ῶν, τά, hieroglyphica, monumenta apud Aegyptios; non literis, sed variis figuris animalium, aliarumque rerum exarata. A seq.
ἱερογλύφος, ου, ὁ, idem quod ἱερογλύπτης. (ῡ)
ἱερόγλωσσος, ον, sacram linguam callens.
ἱερογραμματεύς, έως, ὁ, scriba rerum sacrarum et mysticarum, sacer scriba, seu sacerdotum.
ἱερόγραφα, ων, τά, (γράφω) divinarum rerum imagines seu adumbrationes.
ἱερογραφία, ας, ἡ, rerum divinarum adumbratio per signa quaedam.
ἱερογραφούμενα, ων, τά, idem quod ἱερόγραφα.
ἱερόδακρυς, υ, (δάκρυ) epith. thuris, quia in sacris adhibetur, et e frutice lacrimarum modo prorumpit.
ἱεροδιδάσκαλος, ον, qui sacra docet, sacrorum doctor, qui ad sacra initiat.
ἱερόδοχος, ον, (δέχομαι) sacer, epith. victimarum, aliorumque donorum, quae diis dantur. At ἱεροδόχος, epith. templi, cistae mysticae etc. ut θεοδόχος.
ἱερόδουλος, ον, sacris serviens, aedituus. 2) deo sacratus. Corinthi et aliis in civitatibus ἱερόδουλοι vocabantur servi et servae ad templorum ministeria destinati.
ἱεροθετέω, f. ήσω, sacros ritus instituo. A seq.
ἱεροθέτης, ου, ὁ, (τίθημι) sacrorum ritum institutor.
ἱεροθήκη, ης, ἡ, sacrarium.
ἱεροθυτέω, sacrifico, sacris faciendis praesto sum. A seq.
ἱεροθύτης, ου, ὁ, sacerdos. 2) summus sacerdos quibusdam locis, a quo annus nomen accepit. (ῡ)
ἱερόθυτος, ον, (θύω) sacrificatus, im-

molatus. Hinc *Subst.* τὰ ἱερόθυτα, hostia.

ἱεροκαυτόω, f. ώσω, (καίω) adoleo, immolo, *Pass.* immolor.

ἱεροκῆρυξ, ῦκος, ὁ, sacer praeco, qui in sacris aliquid edicit.

ἱεροκόμος, ον, (κομέω) qui sacrorum curam gerit, aedituus.

ἱερολογέω, f. ήσω, (ἱερολόγος) de sacris rebus loquor, sacra verba pronuncio.

ἱερολογία, ας, ἡ, sermo de rebus sacris. A seq.

ἱερολόγος, ον, (λέγω) de sacris rebus loquens.

ἱερομανία, ας, ἡ, orgia Bacchi: in quibus e Baccho furebant.

ἱερομαντία, ἡ, (μάντις) i. q. ἱεροσκοπία.

ἱερομηνία, ἡ, vel τὰ ἱερομήνια, (μήν) dies festi, supplicationes, proprie menstruae: festivi ludi: calendae, novilunium.

ἱερομνημονέω, f. ήσω, fungor munere ἱερομνήμονος. A seq.

ἱερομνήμων, ον, sacrarum rerum, seu sacrorum rituum memoriae praefectus, sacrorum praesul. 2) sacer scriba, qui est a commentariis rerum sacrarum. 3) apud Graecos sacerdos annuus qui cum Pylagoris mittebatur ad concilium Amphictyonum, superior Pylagoris. 4) summus sacerdos, v. c. apud Byzantinos, a quo annus nomen accepit. 5) pontifex, apud Romanos.

ἱερόμυρτος, ἡ, i. q. ὀξυμυρσίνη, myrtus acuta, myrtus silvestris.

ἱερομύστης, ου, ὁ, qui sacris mysteriis initiat, qui sacros ritus tradit, sacrorum antistes.

ἱερόν, οῦ, τό, sacrificium. 2) hostia, victima, in *plur.* exta. v. ἱεροσκοπέω. 3) sacellum, fanum, delubrum, templum. 4) quicquid est aedificiorum, ad aedem pertinentium, v. c. porticus, etsi in iis sacra non fiunt, ut Hierosolymis, ἱερόν, a quo distinguitur ναός, aedes, in qua sacra fiunt.

ἱερονίκης, ου, ὁ, (νίκη) victor in sacris Graecorum certaminibus. (penult. longa.)

ἱερόνομος, ου, ὁ, (νέμω) sacrae disciplinae magister et exactor, sive idem qui ἱεροδιδάσκαλος.

ἱερονουμηνία, ας, ἡ, (νουμηνία) sacrum novilunium, sacra novilunii.

ἱερόπλαστα, ων, τά, rerum divinarum imagines seu adumbrationes.

ἱεροπλαστία, ας, ἡ, (πλάσσω) rerum divinarum adumbratio per signa.

ἱεροποιέω, f. ήσω, sacra facio. 2) dedico, consecro.

ἱεροποιία, ας, ἡ, sacrificatio, sacrificium. A praec.

ἱεροποιός, οῦ, ὁ, sacrificulus, sacrorum antistes. 2) Athenis ἱεροποιοί decem sunt inspectores haruspicum, quum exta inspiciunt, ne fraus intercedat.

ἱερόπολις, εως, ἡ, urbs sacra, sancta civitas.

ἱερόπομπος, ὁ, (πέμπω) qui sacra tributa mittit.

ἱεροπρεπής, ές, (πρέπει) sanctos decens. 2) sanctimoniam prae se ferens, sanctus, augustus. Hinc *Subst.* τὸ ἱεροπρεπές, sanctimonia.

ἱεροπρεπῶς, *adv.* ut decet sanctum, ut convenit rei sacrae, religiose. A praec.

ἱερόπτης, ου, ὁ, (ὄψομαι) haruspex.

ἱερός, ά, όν, *Ion.* et *Ep.* ἱρός, ή, όν, sacer, sacrosanctus, augustus. 2) magnus, ingens, excellens. *Subst.* τὸ ἱερόν. v. supra. (ι breve est; sed producitur ab Homero versus gratia.)

ἱεροσαλπιγκτής, οῦ, ὁ, tubicen in sacris, siticen.

ἱεροσκοπέω, f. ήσω, exta inspicio, haruspicis munere fungor.

ἱεροσκοπία, ας, ἡ, haruspicina. A seq.

ἱεροσκόπος, ου, ὁ, haruspex, extispex.

ἱερόστεπτος, ον, (στέφω) velatus sacris insignibus, ut infulis, verbenis, coronis etc.

ἱερόστολος, ὁ, vel ἱεροστολίστης, (στέλλω, στολίζω) sacerdos quidam ap. Aegyptios.

ἱεροσυλέω, f. ήσω, sacrilegium committo, fanum spolio.

ἱεροσύλημα, ατος, τό, sacrilegium. (ῡ)

ἱεροσύλησις, εως, ἡ, sacrilegium. (ῡ)

ἱεροσυλία, ας, ἡ, idem. A seq.

ἱερόσῡλος, ον, (συλάω) sacrilegus.

ἱεροτελεστής, οῦ, ὁ, qui sacris initiat, sacerdos.

ἱεροτελεστία, ας, ἡ, initiatio, inauguratio, consecratio etc. A praec.

ἱερότροχος, ον, (τρέχω) sacer, epith. carpenti.

ἱερότυπος, ον, cui sacra figura impressa est, Eccl.

ἱερουργέω, f. ήσω, (ἱερουργός) operor sacris, sacra obeo, sacrifico, immolo.

ἱερουργία, ας, ἡ, rei divinae peractio, seu operatio, sacrificium. A seq.

ἱερουργός, όν, (ἔργον) divina peragens, divina operans, sacrificus, immolator.

ἱεροφαντέω, f. ήσω, sacrorum antistes sum. A seq.

ἱεροφάντης, ου, ὁ, (φαίνω) qui sacra et caerimonias docet, sacrorum antistes, rerum sacrarum custodiae praefectus.

ἱεροφαντία, ας, ἡ, antistitis sacrorum dignitas. 2) sacrorum caerimonia. A pr.

ἱεροφαντικός, ή, όν, sacerdotalis. A pr.

ἱεροφαντικῶς, *adv.* more sacerdotum.

ἱεροφάντις, ἡ, (ἱεροφάντης) antistita sacrorum.

ἱεροφόρος, ον, (φέρω) qui sacra fert.

ἱεροφυλάκιον, τό, locus, ubi sacra custodiuntur, sacrarium. A seq.

ἱεροφύλαξ, ᾰκος, ὁ, sacrorum custos, aedituus. it. idem cum ἱεροδιδάσκαλος. (υ breve)

ἱερόφωνος, ον, (φωνή) in sacris canens, sonans.

ἱερόχθων, ὁ, ἡ, (χθών) ex sacra terra constans.

ἱεροψάλτης, ου, ὁ, (ψάλλω) qui sacra canit. 2) psaltes in sacris.

ἱερόψῡχος, ον, (ψυχή) divinum animum habens.

ἱερόω, f. ώσω, sacro, dedico, initio, inauguro. ἱεροῦσθαι, interdum reperitur pro ἱερᾶσθαι, ἱερῶσθαι, perf. pass. sacratum, sacrum esse. Part. ἱερωμένος θεῷ, deo sacratus, sacer.

ἱέρωμα, τό, quod consecratum est, sacrum. A praec.

ἱερώνυμος, ον, (ὄνομα) cui sacrum est nomen

ἱερῶς, *adv.* sancte. 2) excellenter.

ἱερωστί, *adv.* sacro more.

ἱερώσυνα, ων, τά, quae consecrantur, sacra. 2) excellentia quaedam, quae sacerdotibus dabantur.

ἱερωσύνη, ης, ἡ, (ἱερόω) sacerdotium.

ἰεῦ, *interj.* hui! irridentis.

ἰζάνη, ἡ, vestis e caprarum pellibus, qua utebantur actores satyrici. Pollux.

ἰζάνω, (ἵζω) sedeo, consido: pessum eo. 2) sedere jubeo.

ἴζημα, τό, sedile. 2) locus depressus, vallis. A seq.

ἵζω, impf. ἶζον, f. ἱζήσω. *Att.* ἰῶ, subsido, sedeo. Ita etiam in *Medio*, ἵζεσθαι εἴς τι, sessum ire aliquo. 2) *trans.* sedere jubeo, colloco.

ἰή, *io!* vox lactantis vel dolentis: ἰὴ Παιάν, io Paean. cf. ἰήϊος. (⏑-vel --)

ἰή, ἡ, *Ion.* p. ἰά, vox.

ἴη, *Ion.* p. ἴα, i. e. μία.

ἰηθών, όνος, ἡ, (ἰαίνω) laetitia, Hesych.

ἰήϊος, α, ον, vel -ος, ον, (ἰή) epitheton Apollinis, ab ἰή, quod ei Pythonem interficienti acclamabatur. 2) lugubris, miser, ἰήϊοι κάματοι, miseri dolores, Soph. O. R. 174. (-⏑⏑)

ἰήκοπος, ον, (ἰή, κόπτω) dolores ciens, Ar. Ran. 1265. (alii explicant doloribus mordens, quasi ab ἰάομαι et κόπος, sed male.)

ἴηλα, inf. ἰῆλαι, aor. ab ἰάλλω, Hom.

ἰήλεμος, ὁ, ἰηλεμίζω, ἰηλεμίστρια, ἡ, *Ion.* p. ἰαλεμ. q. v.

ἴημα, τό, *Ion.* pro ἴαμα.

ἵημι, f. ἥσω, aor. 1. ἧκα, *Ep.* ἕηκα, aor. 2. plur. ἧμεν, ἧτε, ἧσαν, vel c. augm. εἷμεν, εἷτε, εἷσαν, (*sing. inusitatus.*) inf. εἶναι, part. εἵς, conj. ὧ, opt. εἵην, imperat. ἕς. Perf. εἷκα. Aor. 1. pass. ἕθην vel εἵθην. aor. 1. med. ἡκάμην, aor. 2. med. ἕμην, c. augm. εἵμην. Perf. pass. εἷμαι, — mitto, emitto: jacio: effundo. φωνὴν ἱέναι, vocem emittere. *Med.* moveor, feror: cupio, vel *absolute* vel *c. inf.* Part. ἱέμενος, cupidus, *c. gen.* — ἕντο, 3 pl. aor. 2. med. occurrit in formula Homerica, ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, quum cupidinem potus, et cibi emisissent ex sese i. e. satiassent. (ι primae syllabae ab Homero reliquisque *Epicis* corripitur, ab *Atticis* producitur: sed jam Homerus illud iota producit versus necessitate coactus in ἵει, ἱεῖσαι, ἱέμεν, ἱέμεναι et in praes. et impf. med. et pass. In melicis locis *Tragici* ι interdum breve usurpant.

ἴηνα, aor. act. ab ἰαίνω, Hom.

Ἰηπαιήων, ονος, ὁ, Apollinis cognomen ab acclamatione, ἰὴ Παιάν. (ι breve)

ἰηπαιωνίζω, clamo ἰὴ Παιάν, Ar.

ἰήσασθαι, inf. aor. *Ion.* ab ἰάομαι, Il.

ἵησι, *Ep.* p. ἵῃ, 3. sing. conj. praes. ab εἶμι, Il. 9, 701.

ἰήσιμος, ον, sanabilis, *Ion.* pro ἰάσιμος.

ἴησις, ἡ, pro ἴασις, Ion.

Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, Jesus, nomen Servatoris nostri origine Ebraeum et idem notans, quod Graecum Σωτήρ, *Servator*, seu quod scriptoribus Ecclesiasticis magis usitatum est *Salvator.*

ἰητήρ, ῆρος, ὁ, medicus, Ion. pro ἰατήρ.

ἰητορίη, ἡ, Ion. p. ἰατορία.

ἰητρεῖον, τό, officina medici, pro ἰατρεῖον.

ἰητρός, οῦ, ὁ, medicus, Ion. pro ἰατρός.

ἰήτωρ, ορος, ὁ, Ion. p. ἰάτωρ.

ἰθαγενής, ές, *poet.* ἰθαιγενής, (ἰθύς, γίνος) recte natus, genuinus, verus: nobilis. 2) sponte natus, non arte factus. 3. i q. αὐτόχθων, indigena. cf. Lobeck. Phryn. p. 648. (ῐ)

ἰθαίνω, i. q. ἰαίνω, Hesych. Hinc

ἰθαρός, ά, όν, liquidus. (⏑⏑⏑)

ἰθέα, ἡ, fem. Ion. ab ἰθύς pro ἰθεῖα. (-◡◡)

ἰθεῖαν, v. ἰθύς.

ἰθέως, *adv.* (ἰθύς) recte. 2) confestim, statim. (-◡-)

ἴθι, imperat. ab εἶμι, i, veni, Hom. 2) ut ἄγε, *adv.* age, agedum. (◡◡)

ἶθμα, ατος, τό, (εἶμι) gressus, passus.

ἶθρις, ὁ, spado, eunuchus, v. Jacobs A. P. p. 175.

ἰθύ, *neutr.* ab ἰθύς, q. v. (-◡)

ἰθύβολος, ον, (βάλλω) qui recta jacitur, seu projicitur: directus: aptus. ἰθυβόλος, recta feriens. (-◡◡◡)

ἰθυδίκης, ου, ὁ, ἡ, (δίκη) cujus judicia recta sunt. (-◡◡-)

ἰθύδικος, ον, i. q. praec.

ἰθυδρόμος, ον, recta currens, rectam viam in currendo tenens.

ἰθύθριξ, τρῖχος, (θρίξ) qui crinibus est simplicibus, non crispis. (-?-)

ἰθυκέλευθος, ον, recta via ambulans.

ἰθυκυφής, ές, et ἰθύκυφος, ον, (ἰθύ, κύπτω) e recto obliquus, gibbosus.

ἰθύλορδος, ον, e recto incurvus, sc. ad interiores partes flexus, repandus.

ἰθυμαχέω, aperto Marte pugno, τινί, adversus aliquem. (*α br.*) A seq.

ἰθυμαχία, ἡ, (μάχη) pugna legitima aperto Marte.

ἴθυμβοι, ων, οἱ, saltatores ridicularii, vel saltationes sive cantiones ridiculae ad Bacchum pertinentes. Poll. Hesych.

ἰθύνοος, ον, (νόος) mentem simplicem habens. (-◡◡◡◡)

ἴθυνσις, εως, ἡ, (ἰθύνω) directio.

ἰθύντατα, *adv. superl.* ab ἰθύς, Il. 28. 508.

ἰθύντειρα, ας, ἡ, rectrix, moderatrix. (---◡) A seq.

ἰθυντήρ, ῆρος, ὁ, (ἰθύνω) rector, moderator. (---)

ἰθυντήριος, ον, ad dirigendum, regendum aptus s. pertinens. (prima longa.)

ἰθυντής, οῦ, ὁ, idem quod ἰθυντήρ. (ῑ)

ἰθύντωρ, ορος, ὁ, idem et ab eod. (ῑ)

ἰθύνω, *Ion.* et *Ep.* p. εὐθύνω, rectum facio: dirigo, rego, guberno: corrigo, mulcto. (---)

ἰθυπορέω, f. ήσω, recta progredior. (ῑ) A seq.

ἰθυπόρος, ον, recta procedens. (ῑ)

ἰθύπορος, ον, rectos habens meatus, recta transeundus, directus. (ῑ)

ἰθυπτίων, ωνος, ὁ, ἡ, (πέτομαι) recta volans, Il. 21, 169.

ἰθύῤῥοπος, ον, (ῥοπή) qui recta inclinatur. (ῑ)

ἰθύς, ἰθεῖα, ἰθύ, *Ion.* et *Ep.* pro εὐθύς, rectus, directus, non obliquus. 2) justus, rectus, verus, apertus. *Comp.* et *superl.* ἰθύτερος, ἰθύτατος. ἰθεῖαν, sc. ὁδόν, *Adv.* recta. 2) ἰθύς, *Adv.* recta, *c. gen.* ἰθὺς Δαναῶν, recta versus Danaos, Hom. Sic etiam Hdt. 5, 64. ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίας. Idem vero frequentius ἰθύ habet eodem sensu, 1, 207. 4, 120. 4, 136. 6, 95. 8, 38. 9, 69. (-◡)

ἰθύς, ύος, ἡ, (ἰθύω) impetus. 2) impetus animi (--)

ἰθυσκόλιος, ον, e recto obliquus et incurvus, i. e. ἰθύκυφος, et ἰθύλορδος.

ἰθυτένεια, ας, ἡ, via recta, directa. (ῑ) A seq.

ἰθυτενής, ές, (τείνω) in rectum extensus. 2) rectus. (-◡◡-)

ἰθυτενῶς, *adv.* directa via. A praec. (-◡◡-)

ἰθύτης, ἡ, (ἰθύω) rectitudo.

ἰθυτμής, ῆτος, i. q. seq. (ῑ)

ἰθύτομος, ον, (τέμνω) in rectum sectus. (ῑ)

ἰθύτονος, ον, i. q. ἰθυτενής. (ῑ)

ἰθύτριχες, *plur.* ab ἰθύθριξ.

ἰθυφαλλικός, ή, όν, ithyphallicus.

ἰθυφάλλιον, ου, τό, carmen Priapeium. A seq.

ἰθύφαλλος, ου, ὁ, penis erectus. 2) carmen, quod in erectum penem cantabatur. 3) qui in sacris Bacchi phallum sequebatur, muliebri indutus veste, ac phallicum seu ithiphallicum carmen cum tripudio canebat.

ἰθυφάνεια, ἡ, (φαίνομαι) recti lucis radii.

ἰθύω, f. ύσω, (ἰθύς) recta feror, recta pergo. 2) impetu feror, ruo, prorumpo. 3) desiderio alicujus rei feror, agor, incensus sum. 4) conor, volo. (-◡-, in fut. et aor. υ quoque longum.)

ἱκανοδοσία, ας, ἡ, satisdatio. A seq.

ἱκανοδότης, ου, ὁ, (ἱκανός, δίδωμι) satisdator.

ἱκανός, ή, όν, idoneus, peritus, dexter, bonus, probus, dignus. 2) sufficiens. 3) satis magnus, satis multus, satis longus. 4) magnus. 5) sequente infinitivo dicitur is, qui aut potest et solet aliquid facere, aut aliquid facit. Subst. τὸ ἱκανόν, quod dari oportet, constituta multa, certum pretium, satisdatio, summa, qua satisdatur. Hinc ἐξ ἱκανοῦ scil. χρόνου, a multo tempore, ἐφ' ἱκανόν, diu. (omnes breves)

ἱκανότης, ητος, ἡ, sufficientia, facultas, habilitas. A praec.

ἱκανόω, f. ώσω, idoneum reddo: (◡◡◡-) Ab eod.

ἱκάνω, (ἵκω) convenio, adeo, adsequor, supplico. 2) tango, invado, opprimo ἱκάνομαι pro ἱκάνω, venio supplex.

ἱκανῶς, *adv.* abunde, satis, sufficienter. 2) valde, multum. Superl. ἱκανωτάτως, prorsus. (◡◡-)

ἴκελος, ἰλη, ἰλον, similis. pro εἴκελος. (◡◡◡)

ἰκελόω, adsimilo. (ι br.)

ἰκέλως, *adv.* similiter.

ἱκεσία, ας, ἡ, (ἱκέτης) supplicatio, preces supplices, deprecatio, preces. (-◡◡- Ep. ◡◡◡- Att.)

ἱκεσιάζω, i. q. ἱκετεύω. (-◡◡-- Ep. ◡◡◡-- Att.)

ἱκέσιος, α, ον, *ap. Trag.* etiam duarum termin. (ἱκέτης) supplicum praeses, epith. Jovis. 2) supplex. (-◡◡◡ Ep. ◡◡◡◡ Att.)

ἱκετάδοχος, ον, (ἱκέτης, δέχομαι) admittens supplicem, Aesch. (ι br.)

ἱκετεία, ας, ἡ, (ἱκετεύω) supplicatio: antiquior forma p. ἱκεσία. (ι br.)

ἱκέτευμα, ατος, τό, supplicatio. (ι br.)

ἱκετευτικός, ή, όν, supplicatorius, ad supplices pertinens. v. ἱκετήριος, (ι br.)

ἱκετευτικῶς, *adv.* suppliciter. (ι br.)

ἱκετεύω, f. εύσω, (ἱκέτης) supplico, supplex oro, τινά, vel εἴς τινα.

ἱκετηρία, ας, ἡ, supplicatio, deprecatio. 2) velamenta supplicum, i. e. oleae ramus lana velatus, qualem gestabant supplices, ubi ῥάβδος aut ἐλαία, subauditur.

ἱκετηριάζω, i. q. ἱκεσιάζω. (ι br.) A seq.

ἱκετήριος, ία, ιον, (ἱκέτης, inus. *i.* q. ἱκέτης) ad supplices pertinens, supplicibus conveniens, ad supplicationem idoneus. ἱκετηρία θυσία, supplicatio.

ἱκετηρίς, ίδος, ἡ, supplex v. c. femina, vox etc. (ι br.)

ἱκέτης, ου, ὁ, supplex, qui humiliter et more servili aliquem orat. 2) cui supplicatur.

ἱκετήσιος, ία, ιον, idem quod ἱκέσιος. (ι br.) A praec.

ἱκετικός, ή, όν, supplicatorius, ad supplices pertinens. v. ἱκετήριος. (ι br.) Ab eodem.

ἱκέτις, ιδος, ἡ, femina supplex. (◡◡◡) Ab eodem.

ἱκετοδόκος, vel ἱκετοδόχος, ον, (δέχομαι) supplicum receptor, supplici facilis. v. ἱκεταδόκος.

ἱκετώσυνα, ων, τά, (ἱκέτης) supplicationes (υ br.)

ἴκηαι, 2 sing. conj. aor. 2. ab ἱκνέομαι, Ep. p. ἵκῃ, Hom. (◡--)

ἰκμαδώδης, ες, (ἰκμάς) humidus.

ἰκμάζω, f. άσω, (ἰκμάς) humecto, humefacio.

ἰκμαίνω, f. ανῶ, idem. 2) emollio. Ab eodem.

ἰκμαῖος, Jupiter, q. d. humidus, pluvius. Ab eodem.

ἰκμάλιος, ία, ιον, humidus. A seq.

ἰκμάς, άδος, ἡ, humor. 2) vapor.

ἰκμασία, ας, ἡ, (ἰκμάζω) idem.

ἰκμάω, i. q. λικμάω.

ἴκμενος, vel ἵκμενος, humidus, vel secundus, conveniens, de vento. Il. 1, 479. Od. 2, 420. 11, 7. Ab ἰκμάς, humor, vel ab ἱκνοῦμαι, venio, pro ἱκόμενος.

ἴκμη, ἡ, (ἰκμάς) planta quaedam humida.

ἴκμιος, ον, humidus.

ἰκμόβωλον, τό, (βῶλος) gleba humecta, Diosc.

ἱκνέομαι, ἵξομαι, aor. ἱκόμην, perf. ἷγμαι, (ἵκω) venio, advenio, *c. acc. scopi*, *rarius c. praep.* εἰς et ἐπί *c. acc.* μὴ ὑγιαίσιν ἱκοίμην, ne salvus sim! 2) subeo, invado. 3) pertineo, tango. 4) supplico, obsecro. 5) congruo, convenio. (ι in aoristo breve est, praeterquam ubi per augmentum producitur.)

ἱκνουμένως, *adv.* congrue, convenienter, rite. A praec.

ἰκρίδιον, τό, *Dimin.* a seq.

ἴκριον, ου, τό, tabula, tabulatum, asser. 2) caudex. Idem significat plur. τὰ ἴκρια, quo solo utitur Hom., inpr. de tabulato navis, Od. 3. 353. 13, 74.

ἰκριοπηγός, όν, (πήγνυμι) qui tabulata conficit, seu coagmentat.

ἰκριόω, f. ώσω, e tabulis et levibus lignis exstruo, qualia fuere ab initio theatra et amphitheatra temporaria. Ab eodem.

ἰκταῖος, i. q. ἱκετήριος, Aesch. *dub.*

ἴκταρ, *adv.* (ἵκω) juxta, prope. 2) nuper, modo. 3) celerrime. 4) *Subst.* τό, pudendum muliebre, auctore Galeno.

ἰκτεράω, f. ἰκτεριάω, (ἴκτερος) ictero, morbo regio laboro.

ἰκτερικός, ή, όν, ictericus, arquatus. Ab eodem.

ἰκτεριώδης, ες, ictero laborans. Ab eod.

ἰκτερόεις, εσσα, εν, i. q. ἰκτερικός.

ἰκτερόομαι, f. ώσομαι, idem quod ἰκτεράω. A seq.

ἴκτερος, ὁ, icterus, morbus regius seu arquatus. 2) avis galbula.

ἰκτερώδης, ες, vide ἰκτεριώδης.

ἴκτης, ου, ὁ, i. q. ἱκέτης

ἰκτήρ, ῆρος, ὁ, idem quod ἱκέτης.

ἰκτήριος, ία, ιον, pro ἱκετήριος.

ἰκτίδεος, έα, εον, (ἴκτις) e mustelae pelle confectus. Subst. ἡ ἰκτιδέα, galea e pelle mustelae, ut κυνέη, e canina.

ἰκτῖν, ῖνος, ὁ, milvus, seu milvius. 2) lupi genus. (--)

ἰκτῖνος, ου, ὁ, idem.

ἴκτις, ἴδος, ἡ, mustela silvestris. 2) mustela domestica major, viverra. 3) animal aquaticum et piscivorum, castor. (-⏑)

ἶκτο, 3 sing. plqpf. ab ἱκνέομαι, Hes.

ἰκτορεύω, poet. p. ἱκετεύω, a seq.

ἴκτωρ, ορος, ὁ, i. q. ἰκτήρ, poet. p. ἱκέτης.

ἵκω, impf. ἶκον, aor. ἶξον, Ep. i q. ἱκνέομαι, venio, pervenio, assequor., c. acc. scopi, vel εἴς τι, rarius ἐπί, μετά, πρός, κατά, ὑπό τι, Hom. (ι plerumque producitur: de rariore correptione vid. Boeckh. varr. lect. ad Pind. Pyth. 2, 36.)

ἶλα, ἡ, Dor. p. ἴλη. (--)

ἰλαδόν, adv. (ἴλη) turmatim. 2) affatim, copiose (-⏑⏑)

ἵλαμαι, rarior forma verbi ἱλάσκομαι, Hom. h. 20, 5. cf. ἵλημι. (⏑⏑-)

ἱλάομαι, Ep. p. ἱλάσκομαι, Il. 2, 550. Att. ἱλέομαι. (⏑⏑⏑-)

ἵλαος, ον, Att. ἵλεως, ων, pacatus, propitius. 2) benignus, clemens, facilis. (ι longum: α nonnunquam producitur, ut Il. 1. 583. Hes. op. 342.)

ἱλάρια, ων, τά, hilaria, sacrum quoddam.

ἱλαρία, ἡ, (ἱλαρός) laetitia, hilaritas. (⏑⏑⏑-)

ἱλαρός, ά, όν, (ἵλαος) hilaris, laetus. (⏑⏑⏑)

ἱλαρότης, ητος, τό, hilaritas. A pr.

ἱλαροτραγῳδία, ἡ, tragoedia hilaris, qualem scripsit Rhintho.

ἱλαρόω, f. ώσω, (ἱλαρός) exhilaro. (⏑⏑⏑-)

ἱλαρύνω, idem. (⏑⏑--)

ἰλάρχης, ου, ὁ, (ἴλη, ἀρχή) praefectus turmae, seu agminis. 2) qui octo elephantis praefectus est. (ῖ)

ἰλαρχία, ἡ, praefectura turmae militum, seu equitum. A praec.

ἱλαρῳδεῖν, (ἱλαρός, ᾠδή) laeta carmina cantare, ut de amoribus rebusque jucundis ad theatra et convivia exhilaranda.

ἱλαρῳδία, ας, ἡ, decantatio carminum hilarium et festivorum in theatris et conviviis. A seq.

ἱλαρῳδός, οῦ, ὁ, carminum hilarium poeta et cantator. (⏑⏑-⏑)

ἱλάσιμος, ον, propitians, placans, (-⏑⏑⏑) A seq.

ἱλάσκομαι, f. ἱλάσομαι, (ᾰ) Ep. ἱλάσσομαι, (ἵλαος) propitio, placo, θεόν, saepe ap. Hom. 2) seriores etiam utuntur activo ἱλάσκω, propitius sum. cf. ἱλήκω. (Jota plerumque longum: breve Il. 1, 100. 147. 444.)

ἵλασμα, τό, propitiatio, placatio. (ῖ)

ἱλασμός, οῦ, ὁ, propitiatio, piaculum. (ῖ)

ἱλαστήριος, ία, ιον, (ἱλάσκομαι) habens vim propitiandi. Unde 2) τὸ ἱλαστήριον, Subst. a) piaculum, ἀνάθημα, et quicquid fit, datur, placandorum deorum caussa: unde et de victima. 2) in libris sacris aurea tabula s. lamina, quae tegebat arcam foederis. (Prima longa.)

ἱλέομαι, Att. p. ἱλάομαι. (ῖ)

ἱλεόομαι, Att. p. ἱλαομαι, ἱλάσκομαι (ῖ)

ἰλεός, οῦ, ὁ, volvulus, morbus intestinorum. 2) latibulum serpentis, vel ferae. cf. εἰλεός. (ῖ)

ἵλεος, ον, poet. pro ἵλαος, ἵλεως. (ῖ)

ἵλεως, ων, Att. pro ἵλαος. (-⏑-)

ἱλέως, adv. animo propitio et hilari, hilariter. (-⏑-)

ἴλη, ης, ἡ, (εἴλη) agmen, grex, multitudo congregata. 2) turma, ordo equitum. (--)

ἰληδόν, adv. i. q. ἰλαδόν. (ῖ)

ἵληθι, imperat. ab ἵλημι.

ἱλήκω, propitius sum. Hinc ἱλήκοις, Opt. sis propitius. ἱλήκοι, sit propitius, et in Subj. ἱλήκησι pro ἱλήκῃ, ap. Hom. (ῖ)

ἵλημι, propitius sum, ponitur propter ἵλαθι (-⏑⏑) et ἵληθι, (--⏑) imperat. esto propitius.

Ἰλιακός, ή, όν, (Ἴλιον) Iliacus, Trojanus. (-⏑⏑⏑)

Ἰλιάς, άδος, ἡ, Ilias, prius Homeri poema, quod de rebus agit Iliacis. 2) mulier Iliaca. 3) metaph. multitudo, κακῶν Ἰλιάς, Dem. p. 387. (-⏑⏑)

ἰλιγγιάω, (ἴλιγξ, ιγγος) vertigine laboro. A seq.

ἴλιγγος, ου, ὁ, (ἴλλω, εἴλω) vertigo oculorum. 2) haesitatio hominis, quo se vertat, nescii. 3) vortex. (--⏑)

ἴλιγξ, ιγγος, ἡ, vortex. (--)

Ἰλιόθεν, adv. ab Ilio. (-⏑⏑⏑)

Ἰλιόθι, adv. Ἰλιόθι πρό, ante Ilium, Hom. A seq.

Ἴλιον, ου, τό, Ilium, urbs Troja. (-⏑⏑)

Ἰλιοραίστης, ου, ὁ, (ῥαίω) Ilii populator.

Ἴλιος, ου, ἡ, Ilium, Troja. (-⏑⏑)

ἰλλαίνω, f. ανῶ, (ἴλλος) oculos distorqueo, torve adspicio.

ἰλλάς, άδος, ἡ, (ἴλλω) vinculum tortum, funis. 2) laqueus. 3) turdi genus.

ἰλλίζω, (ἰλλός) oculos conniveo, innuo, cf. ἰλλωπέω.

ἰλλίς, ίδος, ἡ, lusciosa, fem. ab ἰλλός.

ἴλλος, ου, ὁ, oculus. Vox Ionica.

ἰλλός, οῦ, ὁ, strabo, strabus, lusciosus, oculis retortis. 2) caecus. A seq.

ἴλλω, volvo, contorqueo. 2) oculis conniveo: strabus sum. 3) vincio, constringo, contineo, concludo, (cf. εἴλω.)

ἰλλώδης, ες, (ἰλλός) qui oculis connivet, strabo.

ἰλλωπέω, f. ήσω, (ἰλλός, v. Lobeck. Phryn. p. 607.) strabus sum: conniveo; nicto: hallucinor.

ἰλλωπίζω, f. ίσω, idem.

ἰλλώπτω, idem. 2) limis oculis adspicio.

ἴλλωσις, εως, ἡ, (ἴλλω) disturtio, perversio, de oculis.

ἰλυόεις, όεσσα, όεν, (ἰλύς) limosus. 2) faeculentus. (-⏑⏑-)

ἰλυός, οῦ, ὁ, lustrum, it. ἰλεός. cf. εἰλεός. (--⏑)

ἰλύς, ύος, ἡ, limus, qualis in paludibus et fluviis. 2) lutum, coenum. 3) faex. (--, υ in casibus obliquis etiam longum est: a serioribus tamen corripitur, Leon. T. 39.)

ἰλυσπάομαι, ἰλύσπωμα, ἰλύσπασις, i. q. εἰλυσπ.

ἰλύω, f. ύσω, (ἰλύς) oblimo, limo obduco. 2) i. q. εἰλύω (-⏑-)

ἰλυώδης, ες, limosus. 2) faeculentus. (-⏑--)

ἱμαῖος, αία, αῖον, (ἱμάω) molaris, Epith. carminis, quod a molas versantibus, aut aquas e puteis extrahentibus canitur. 2) redundans, copiosus, uber. (⏑-⏑)

ἱμαλιά, ᾶς, ἡ, (ἱμάω) farinae auctarium, quod adjicitur mensurae, cumulus, Hesyc.

ἱμάλιος, ία, ιον, abundans, copiosus. Hesych. (?)

ἱμαλίς, ἡ, dea farinae. 2) cantilena molentium.

ἱμαντάριον, ου, τό, (ἱμάς) situla nautica. 2) instrumentum nauticum quodvis.

ἱμαντελικτεύς, ὁ, (ἱμάς, ἑλίσσω) qui lora torquet: metaph. qui sophismata torquet.

ἱμαντίδιον, ου, τό, lorum parvum. Dim. ab. ἱμάς.

ἱμάντινος, ίνη, ινον, (ἱμάς) loreus, e loris factus. (⏑-⏑⏑)

ἱμαντίον, τό, (ἱμάς) uva, *morbus*, uvulae in ore, extensio (⏑-⏑⏑)

ἱμαντόδεσμος, ου, ὁ, qui loris devincitur.

ἱμαντοπέδη, ης, ἡ, vinculum loreum. 2) cirri polypi.

ἱμαντόπους, ποδος, ὁ, nomen avis cujusdam.

ἱμαντώδης, ες, (ἱμάς) lori vicem praebens, lori modo flexilis.

ἱμάντωμα, τό, conjunctio loro facta.

ἱμάντωσις, εως, ἡ, loramentum, corrigiarum in calceamentis constrictio. 2) lignum, quod ad continendos parietes in medio structurae ponitur. 3) adfectus morbidus gurgulionis.

ἱμαοιδός, οῦ, ὁ, qui canit ἱμαῖον, i.e. cantilenam aquas haurientium.

ἱμάς, άντος, ὁ, lorum, corrigia, habena. 2) adfectus gurgulionis, quum longior aridiorque evadit. (⏑-. Primam Homerus quater produxit Il. 8, 544. 10, 475. 23. 363. Od. 21, 46.)

ἱμάσθλη, ης, ἡ, (ἱμάς) scutica, flagellum. (⏑--)

ἱμάσσω, f. ἱμάσω, (ᾰ) loris caedo, verbero, percutio. (⏑--)

ἱματηγός, όν, (ἱμάτιον, ἄγω) vestes vehens, ναῦς. (-⏑-⏑)

ἱματιδάριον, τό, idem quod seq. (-⏑⏑⏑⏑)

ἱματίδιον, ου, τό, vesticula, palliolum. *Dimin.* ab ἱμάτιον. (-⏑-⏑⏑)

ἱματίζω, f. ίσω, (ἵμα, i. q. εἷμα) vestio.

ἱματιοθήκη, ης, ἡ, vestiarium. (prima longa.)

ἱματιοκάπηλος, ου, ὁ, vestimentorum propola, vestiarius, scrutarius, cerdo. (prima longa.)

ἱματιοκλέπτης, ου, ὁ, vestium fur. (prima longa.)

ἱματιομίσθης, ου, ὁ, (ἱμάτιον, μισθός) qui choragis vestes mercede locat. (prima longa.)

ἱματιομισθώτης, ου, ὁ, idem. (prima longa.)

ἱμάτιον, ου, τό, vestimentum, velamen, toga, pallium, pro εἱμάτιον, ab εἷμα. 2) stragulum, quo equus insternitur (-⏑⏑⏑)

ἱματιοπώλης, ου, ὁ, vestium venditor, vestiarius, (-⏑⏑⏑--)

ἱματιόπωλις, ιδος, ἡ, vestiaria. Hinc ἀγορὰ ἱματιόπωλις, forum vestiarium, s. in quo vestes venduntur. A praec. (-⏑⏑-⏑)

ἱματιοφυλάκιον, ου, τό, arca vestiaria, vestiarium, locus, in quo vestes adservantur. A seq.

ἱματιοφυλακέω, vestes custodio, servo.

ἱματιοφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, (φύλαξ) vestium custos. (prima longa.)

ἱματισμός, ὁ, (ἱματίζω) vestimentum, vestitus: tegumentum. (-⏑-⏑)

ἱματουργικός, ή, όν, ad vestes conficiendas pertinens. Hinc *Subst.* ἡ ἱματουργική, sc. τέχνη, ars vestiaria. (Prima longa)

ἱματουργός, όν, (ἔργον) qui vestes conficit, vestiarius. (- ◡ - ◡)

ἱμάω, f. ήσω, (ἱμάς) loreo fune extraho, haurio. *Inf. Att.* ἱμῆν.

ἱμείρω vel ἱμείρομαι, aor. 1. ἱμέρθην, (ἵμερος) desidero, cupio, amo, *c. gen.* (ι longum.)

ἴμεν, inf. *Ep.* ab εἶμι p. ἰέναι, saepe ap. Hom. (◡ ◡)

ἴμεναι, inf. Ep. ab εἶμι p. ἰέναι, Hom. (◡ ◡ -)

ἱμερόεις, όεσσα, όεν, (ἵμερος) desiderabilis, amabilis. 2) suavis. (- ◡ ◡ -)

ἱμεροθαλής, ές, (θάλλω) *Dor.* p. ἱμεροθηλής, suaviter crescens. (- ◡ ◡ - -)

ἱμερόνους, ουν, amabilis animo. (- ◡ ◡ -)

ἱμερόομαι, i. q. ἱμείρομαι, τινός, Hipp.

ἵμερος, ου, ὁ, (ἵημι, ἵεμαι) desiderium, cupiditas, cupido: Cupido, deus amoris: desiderium amatorium. (- ◡ ◡)

· ἱμερόφωνος, ον, (φωνή) qui vocem habet suavem, suaviloquus.

ἱμερτός, ή, όν, (ἱμείρω) desiderabilis, optabilis, amabilis, formosus, suavis. (- - ◡)

ἱμιάω, i. q. ἱμάω, *dub.* (ἱμῆν, inf. *Att.* ab ἱμάω, q. v.)

ἱμητήριον, τό, (ἱμάω) funis, quo aqua extrahitur e puteo. (prima brevis.)

ἱμητός, ή, όν, (ἱμάω) loreo fune extractus, haustus.

ἴμμεναι, *poet.* p. ἴμεναι, Il. 20, 365.

ἱμονιά, ᾶς, ἡ, *Att.* ἱμονιά, (ἱμάς) funis loreus, seu e loris bubulis tortus, quo aqua e puteis extrahitur. (◡ ◡ ◡ -)

ἱμονιοστρόφος, ον, (στρέφω) qui funem loreum, quo aqua extrahitur, versat. (prima brevis.)

ἵν, *dat. pron. pers.* ἵ, q. v.

ἰν, *Cretice* pro ἰν.

ἵνα, *Conj.* ut. Jungitur cum *conjunctivo* post praesens et futurum, cum *optativo* post praeteritum. Sequitur tamen etiam praeteritum particula ἵνα *c. conj.*, si res praesens vel futura indicatur; et contra ἵνα cum *opt.* ponitur post praesens, si aliquid fieri posse, non vere fieri significatur. Jungitur etiam cum *indicativo* praeteritorum temporum, quum significatur aliquid, quod futurum fuisset, si quid aliud actum esset, sed nunc non factum est, *vel* ubi indicatur futurum fuisse aliquid, quod nunc non est, aut quod non erit futurum. vid. Herm. Vig. p. 850. seq. 2) ἵνα μή, ne, ut ne. Construitur eodem modo, quo ἵνα. 3) ἵνα μή pro ἐὰν μή accipiebat Herodianus Il. 7, 353. sed versus ille ἀθετεῖται. 4) ἵνα τί; scil. γένηται, quamobrem? quare? quomodo? in quem usum? - II) *Adv.* 1) *loci*, ubi, nonnunquam *c. gen.* ἵνα γῆς, ubi terrarum? quo, Od. 4, 821. 6, 55. 2) *temporis*, quando, Od. 6, 27. 3) quomodo, Od. 8, 313. (◡ ◡)

ἰνάω, idem quod ἰνέω. Hesych. ἰνᾶσθαι, ἐκκινοῦσθαι.

ἰνδάλλομαι, (εἶδος, εἰδάλλομαι) similis videor. 2) videor.

ἴνδαλμα, ατος, τό, simulacrum, species, spectrum. A praec.

ἰνδαλματίζω, formo, fingo, effingo. A praec,

ἰνδαλμός, οῦ, ὁ, i. q. ἴνδαλμα.

Ἰνδία, ἡ, India.

Ἰνδικόν, οῦ, τό, piper vel zingiber Indicum. 2) coloris et medicamenti genus.

Ἰνδικοπλεύστης, ου, ὁ, (πλέω) qui in Indiam navigat.

Ἰνδικός, ή, όν, Indicus.

Ἰνδολέτης, ου, ὁ, (Ἰνδός, ὄλλυμι) Indorum perditor, qui Indis cladem intulit. Bacchi epith.

Ἰνδός, ὁ, Indus. 2) *adj.* i. q. Ἰνδικός.

Ἰνδῷος, α, ον, i. q. Ἰνδικός.

ἰνέω, vacuo, inanio, purgo. (◡ ◡ - ?)

ἰνηθμός, οῦ, ὁ, purgatio, evacuatio. A praec.

ἰνίον, τό, (ἴς) occipitium, occiput a cerebri basi usque ad latos nervos, qui robur nostrum continere creduntur, posterior colli pars.

ἶνις, ιος, ὁ, ἡ, puer, filius, nepos: puella, filia, neptis, Trag.

ἴννος, ἶννος, ἰννός, ὁ, i. q. γίννος, q. v.

ἴννυμι, v. καθίννυμι. Simplex non est in usu.

ἰνοειδής, ές, (ἴς) fibrae similis, nervosus. (- ◡ - -)

ἰνώδης, ες, (ἴς) fibrosus, nervosus. (- - -)

ἴξ vel ἶξ, ὁ, *gen.* ἰκός, vermiculus vites arrodens, fortasse idem qui ἴψ. (ῑ)

ἰξαλῆ, ἡ, pellis caprina, Hipp. 2) vestis e pellibus, rheno. - Male scribitur ἰξάλη.

ἴξἄλος, ον, qui saltu progreditur, crebro saltans, impetuosus, salax, ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου, Il. 4, 105. Vox est composita ex ἰξύς, ἡ, lumbus, et ἄλλομαι. Alii exponunt: ὁ ἴξαλος, ὁ ὀχευτικὸς καὶ κήλων, ὁ περὶ τὰς τῶν θηλειῶν ἰξύας ἀλλόμενος. Seriores poetae hac voce usi esse dicuntur pro εὐνοῦχος.

ἰξευτήρ, ῆρος, ὁ, (ἰξεύω) auceps, qui arundine viscata capit aves. 2) *adj.* arundine viscata aves capiens, visco aves captans.

ἰξευτήριος, α, ον, ad aucipem et aucupium pertinens. Subst. ἡ ἰξευτηρία, (sc. τέχνη,) aucupium, ars aves capiendi arundine viscata. τὸ ἰξευτήριον, (sc. ἔργον,) aucupium.

ἰξευτής, οῦ, ὁ, i. q. ἰξευτήρ.

ἰξευτικός, ή, όν, aucupatorius, ad aucupium pertinens.

ἰξεύτρια, ας, ἡ, viscaria, *Fem.* ab ἰξευτήρ.

ἰξεύω, f. εύσω, (ἰξός) visco aves capio, aucupor.

ἰξία, ας, ἡ, viscum. 2) herba, Chamaeleon, albus. 3) varix.

ἰξίας, ὁ, ἡ, radix quaedam viscosa letalis.

ἰξῑβόρος, ον, i. q. ἰξοβόρος.

ἰξίνη, ης, ἡ, planta viscosa, mastichen ferens. (- - -)

ἰξῑόεις, όεσσα, όεν, (ἰξία, ἰξίας) viscosus, tenax. 2) letalis.

ἶξις, εως, ἡ, (ἵκω) adventus. *Ion.* ἶξις, ap. Hippocr. ductus, trames rectus.

ἰξιφάγος, ον, (φαγεῖν) visco victitans, viscum vorans.

ἰξοβολέω, auceps sum, aucupor.

ἰξοβόλος, ον, (βάλλω) qui arundine aucupatoria viscata aves captat, auceps.

ἰξοβόριος, ον, (βορά) visco vescens, viscum vorans. 2) Subst. turdi species.

ἰξοεργός, ὁ, (ἔργον) auceps, qui arundine viscata utitur.

ἵξομαι, fut. ab ἱκνέομαι.

ἶξον, ες, ε, aor. Ep. ab ἵκω.

ἰξός, οῦ, ὁ, viscum, viscus. 2) arundo aucupatoria. 3) varix. 4) *Adj.* tenax, parcus.

ἰξοφάγος, ον, idem quod ἰξιφάγος.

ἰξοφορεύς, ὁ, i. q. ἰξοφόρος.

ἰξοφόρος, ον, viscum ferens, ut ἰξοφόροι δρύες, visciferae quercus.

ἰξύοθεν, *adv.* inde a lumbo.

ἰξύς, ύος, ἡ, lumbus, coxa. (υ in nom. et acc. sing. producitur, in casibus vero trisyllabis corripitur.)

ἰξώδης, ες, (ἰξός) viscosus. 2) visci modo tenax et lentus: metaph. dicitur etiam de homine nimium parco.

Ἰοβάκχεια, τά, sacra Bacchi. Demosth. A seq.

Ἰόβακχος, ὁ, Bacchus. Hesych. A bacchantium voce. (ῐ)

ἰοβάπτης, ου, ὁ, (ἴον, βάπτω) violarius. (ῐ)

ἰοβᾱφής, ές, (ῐ)

ἰοβλέφᾰρος, ον, (ἴον, βλέφαρον) nigra, pulcra habens supercilia, epith. feminae pulcrae. (ῐ)

ἰοβολέω, f. ήσω, sagittas mitto. 2) veneno inficio. (ῐ) A seq.

ἰοβόλος, ον, (ἰός, βάλλω) qui sagitta jaculatur. 2) venenum ejaculans, venenatus.

ἰοβόρος, ον, (βορά) veneno vescens. (ῐ)

ἰοβόστρῡχος, ον, comam nigram habens.

ἰόγληνος, ον, (γλήνη) pupillas in modum violae nigricantes habens: etiam trium terminationum. (ῐ)

ἰόδετος, ον, (δέω) e violis nexus, epith. coronae. (ῐ)

ἰοδνεφής, ές, (ἴον, δνόφος) violaceus, purpureus. (ῐ)

ἰοδόκη, ης, ἡ, pharetra. (ῐ) A seq.

ἰοδόκος, ον, (ἰός, δέχομαι) sagittas recipiens. 2) venenum continens. (ῐ)

ἰοειδής, ές, (ἴον, εἶδος) niger, rubiginosus. 2) purpureus, violaceus, caeruleus: violis s. floribus cinctus. Proprie violarum in more nigricans. (ῐ)

ἰόεις, εσσα, εν, (ἴον) violaceus, violarum in morem nigricans, niger, σίδηρος, Il. 23, 850.

ἰόζωνος, ον, (ἴον, ζώνη) violaceo, seu purpureo cingulo circumdatus. (ῐ)

ἰοθαλλής, ές, (θάλλω) instar violae florens, pulcer: violis ornatus. (ῠ)

ἰόκολπος, ον, (κόλπος) i. q. ἰόζωνος. (ῠ)

ἰολόχευτος, ον, (ἰός, λοχεύω) e veneno procreatus. (ῐ)

ἴομεν, *Ep.* p. ἴωμεν, 1 pl. conj. ab εἶμι, eamus. Hom. (◡ ◡ ◡, in arsi ι etiam producitur.)

ἰομιγής, ές, (ἰός, μίγνυμι) veneno mixtus, venenatus.

ἰόμωρος, ον, Il. 4, 242. 14, 479. epith. Argivorum, incertae derivationis et significationis. Explicant vel sagittis pugnans, ab ἰός, ut ἐγχεσίμωρος, contra quantitatem, nam ι breve est, vel ex ἴον et μόρος, violae sortem habens, i. e. brevis aevi, aut nigra s. tristi sorte utens, miser; vel ex ἰέναι ἐπὶ τὸν μόρον, mortem appetens; vel ex ἰά et μωρός, insanus vociferator, stulte clamans. (◡ ◡ - ◡)

ἴον, ου, τό, viola, vaccinium. (◡ ◡)

ἰονθάς, άδος, ἡ, lanuginosa, villosa. 2) lentiginosa. (ῐ) A seq.

ἴονθος, ου, ὁ, lanugo, primi pili, villus. 2) faciei lentigo. (ῐ)

Ἰόνιος, α, ον, poet. p. Ἰώνιος, Pind.

(- ◡◡ ◡)

ἰόπεπλος, ον, peplum violaceum, purpureum gestans, item nigrum.

ἰοπλόκαμος, ον, violaceos vel nigros capillos habens. (ῑ)

ἰοπλόκος, ον, (πλέκω) e violis corollas nectens. (ῑ)

ἴορκοι, ων, οἱ, caprearum genus.

ἰός, οῦ, ὁ, (ἵημι) missile, sagitta, jaculum. 2) venenum. 3) rubigo metallorum praecipue rubigo aeris, aerugo. (-◡)

ἴος, ἴα, *Ep.* p. εἷς, μία, cf. ἴα. A masculino dativus tantum exstat ἰῷ p. ἑνί, Il. 6. 422. (ῑ)

ἰόστεπτος, ον, (στέφω) i. q. seq. (ῑ)

ἰοστέφανος, ον, coronam e violis gestans. (ῑ)

ἰότης, ητος, ἡ, consilium, voluntas. Ut ἰότητι θεῶν, voluntate deorum. Hom. (◡◡-)

ἰοτόκος, ον, (ἰός, τίκτω) venenum pariens, venenosus. (-◡◡◡)

ἰοτυπής, ές, (ἰός, τύπτω) jaculo percussus, sagitta ictus. (ῑ)

ἰού, Interjectio dolentis, heu, eheu, o 2) exsultantis, io! (◡-)

Ἰουδαΐζω, f. ίσω, (Ἰουδαῖος) Judaeorum opiniones, mores sequor vel imitor.

Ἰουδαϊκός, ή, όν, judaicus.

Ἰουδαϊκῶς, *adv.* judaice.

Ἰουδαϊσμός, οῦ, ὁ, (Ἰουδαΐζω) Judaismus, religio judaica et imitatio Judaeorum.

Ἰουδαῖος, ου, ὁ, Judaeus. 2) judaicus.

ἰουλίζω, f. ίσω, (ἴουλος) primam lanuginem emitto, pubesco. (◡---)

ἰουλίς, ίδος, ἡ, iulis, piscis saxatilis. (◡-◡)

ἰουλόπεζοι, (ἴουλος, 6. πέζα) naves (apud Lycophronem), quae multos habent remos. (ῑ)

ἴουλος, ου, ὁ, manipulorum collectorum fascis, merges. 2) cantilena lanam tractantium. 3) hymnus in Cererem. 4) prima lanugo e puberum genis efflorescens. 5) lanugo aliarum rerum. 6) bestiola quaedam multipes in parietibus repens. item scolopendra. (◡-◡)

Ἰουλώ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, (ἴουλος) Ceres.

ἰουλώδης, ες, (ἴουλος) iulo, vermi similis. (ῑ)

ἰοῦ, vox detestantis, Aesch. (◡◡)

ἰοχέαιρα, ἡ, (ἰός, χαίρω) sagittis gaudens, epith. Dianae: etiam *Subst.* Diana. 2) veneno gaudens, epith. serpentis ap. Nicandrum. (ῐ)

ἰόω, (ἰός) rubigine obduco. Med. rubigine inficior, rubigine corrumpor. (-◡-)

ἰπνεύω, f. εύσω, (ἰπνός) in furno uro.

ἴπνιος, ία, ιον, qui e furno est, furnaceus. Ab eod.

ἰπνίτης, ου, ὁ, ut ἄρτος; panis furnaceus. 2) testaceus. Ab eod.

ἰπνοκαής, ές, (καίω) in furno tostus, crematus. (α anceps.)

ἰπνολέβης, ητος, ὁ, (λέβης) miliarium, vas furno impositum. *Dimin.* ἰπνολεβήτιον, τό.

ἰπνοπλάθος, *ἰπνοπλάθης*, vel *ἰπνοπλάστης*, ου, ὁ, (πλάσσω) qui in furno aliquid fabricatur, figulus, v.l. Plat. Theaet. p. 147. A. cf. κοροπλάθος. (ᾰ)

ἰπνοποιός, όν, (ποιέω) qui furnos facit, vel fabricatur.

ἰπνός, οῦ, ὁ, furnus. 2) caminus. 3) culina. 4) lampas, lychnus, laterna. 5) sterquilinium.

ἰπνόω, f. ώσω, in furno uro, Aesch. Pr. 365.

ἰποκτόνος, ον, (ἴψ, κτείνω) qui vermiculos vites arrodentes occidit. (ῑ)

ἶπος, ου, ὁ, vel ἡ, muscipula. 2) pressura, onus, poena.

ἰπόω, f. ώσω, premo, proprie, more fullonum. 2) vexo, affligo. vid. ἴπτω. (-◡-) A praec.

ἱππαγρέται, ῶν, οἱ, (ἱππεύς, ἀγείρω) equos congregantes. Ita dicebantur tres viri apud Lacedaemonios ab Ephoris electi, qui equitatum congregarent, vel, qui ephebis praeessent: ephebi enim a Spartanis ἱππεῖς dicebantur. ap. Xenoph.

ἵππαγρος, ου, ὁ, equus silvester, et ferus.

ἱππαγωγός, όν, (ἄγω) equos vehens, ut πλοῖον, Thuc. 6, 43.

ἱππάετος, ου, ὁ, aquila magnitudine equum aequans. 2) animal ex aquila et equo. (ᾰ)

ἱππάζομαι, (ἵππος) equos rego, de auriga, Il. 23, 426. equito, equo vehor. Activum ἱππάζω raro occurrit; Pass. de equo ipso, quo quis vehitur, Plat. Io p. 450. D.

ἱππαιχμία, ας, ἡ, certamen equestre. A seq.

ἵππαιχμος, ον, (αἰχμή) qui hasta vel lancea ex equo pugnat.

ἱππάκη, ης, ἡ, f. ἱππάκης, ου, ὁ, (ἵππος) caseus equinus. 2) equi coagulum. (ᾰ?)

ἱππακοντισταί, οἱ, qui ex equo pugnant jaculis.

ἱππαλεκτρυών, όνος, ὁ, (ἀλεκτρυών) animal fictum, constans ex equo et gallo gallinaceo, Ar. Ran. 937.

ἱππάλιος, α, ον, poet. p. ἱππικός.

ἱππαλίδας, ου, ὁ, poet. p. ἱππεύς, Theocr. 24, 127. (-◡◡-)

ἱππάνθρωπος, ου, ὁ, centaurus.

ἱππαπαῖ, vox per jocum ab Aristoph. ficta.

ἱππάρδιον, τό, hippardium, animal equo simile. ap. Aristot.

ἱππάριον, ου, τό, equuleus, parvus equus. it. vilis equus. 2) avis nomen, similis vulpanseri. Dimin. ab ἵππος. (ᾰ)

ἱππαρμοστής, οῦ, ὁ, equitatui praefectus. Vocabulum Laconicum.

ἱππαρχέω, f. ήσω, (ἵππαρχος) sum magister equitum, praesum equitatui.

ἱππάρχης, ου, ὁ, idem quod ἵππαρχος.

ἱππαρχία, ας, ἡ, praefectura equitum.

ἱππαρχικός, ή, όν, ad magistratum equitum pertinens. 2) ducendi equitatus peritus.

ἵππαρχος, ου, ὁ, (ἄρχω) equitum magister, praefectus equitum.

ἱππάς, άδος, ἡ, equestris. 2) census equitum, apud Athenienses. 3) equitatus.

ἱππασία, ας, ἡ, (ἱππάζω) equitatio, gestatio in equo. 2) cursus equitum, meditatio equestris. 3) equitatus.

ἱππάσιμος, ον, trium term. ap. Hdt. (ἱππάζομαι) equitabilis. 2) equis idoneus. Subst. τὸ ἱππάσιμον, regio plana, in qua usui est equitatus. (ᾰ)

ἵππασμα, τό, equitatio.

ἱππαστήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ἱππαστής.

ἱππαστής, οῦ, ὁ, eques, equitator. 2) equus commentationi equestri idoneus. ap. Xenoph.

ἱππαστί, *adv.* equitantium modo, divaricatis pedibus.

ἱππάστρια, ἡ, fem. ab ἱππαστήρ, equitationi idoneus, Plut.

ἱππάφεσις, εως, ἡ, (ἄφεσις) carceres, locus, unde emittuntur equi, ad currendum in stadio. (ᾰ)

ἱππεία, ας, ἡ, (ἱππεύω) equitatio. 2) equos agendi peritia, munus aurigandi. 3) equitatus.

ἵππειος, εία, ειον, equester, equinus.

ἱππελάτειρα, ας, ἡ, (ἐλαύνω) quae equo vincit. 2) quae equum agitat, equo vehitur. (ᾰ)

ἱππελατήρ et *ἱππελάτης*, ὁ, (ἐλαύνω) equorum agitator, eques.

ἱππέλαφος, ου, ὁ, (ἔλαφος) equicervus, animal formam equi et cervi habens.

ἱππεραστής, οῦ, ὁ, equorum studiosus.

ἵππερος, ου, ὁ, equorum amor, equorum studium. Vox ficta ab Aristophane Nub. 75. cum allusione ad morbos, ut ἴκτερος, ὕδερος, ut ἵππερος τῶν χρημάτων sit insanus amor equorum, quo facultates exhauriuntur.

ἵππευμα, ατος, τό, (ἱππεύω) equitatio. 2) iter equestre, quod ab equite conficitur.

ἱππεύς, έως, ὁ, eques, et in Plur. ἱππεῖς, ordo equester. 2) idem quod ἔφηβος apud Spartanos. 3) genus cometae.

ἵππευσις, εως, ἡ, equitatio.

ἱππευτήρ, ῆρος, ὁ, idem quod seq. et ab eod.

ἱππευτής, οῦ, ὁ, equitandi peritus. A seq.

ἱππεύω, f. εύσω, et ἱππεύομαι, equito, vehor equo, mulo, asino. 2) rei aequestri studeo. 3) sum eques. 4) curro, equito; de equo ipso.

ἱππηγέτης, ου, ὁ, (ἄγω) equorum ductor. Epith. Neptuni.

ἱππηγός, όν, (ἄγω) i. q. ἱππαγωγός. ἱππηγοὶ νῆες, hippagines.

ἱππηδόν, *adv.* equorum vel equitantium modo.

ἱππηλασία, ας, ἡ, (ἐλαύνω) equorum agitatio.

ἱππηλάσιος, α, ον, (ἐλαύνω) ut ἱππηλασίη ὁδός, apud Homer. via equitabilis, per quam equi aguntur. (ᾰ)

ἱππηλάτα, ὁ, *Ep.* pro ἱππηλάτης, Hom. (--◡◡)

ἱππηλατέω, f. ήσω, equos agito, equos impello. 2) equito. A seq.

ἱππηλάτης, ου, ὁ, (ἐλάτης, ἐλαύνω) auriga, agitator equorum.

ἱππήλατος, ον, (ἐλαύνω) equitabilis, per quem equi agi possunt. 2) spatiosus, amplus, latus.

ἱππημολγία, ἡ, (ἀμέλγω) actio mulgendi equos.

ἱππημολγοί, οἱ, (ἀμέλγω) equimulgi, populus Scythiae, equino lacte victitans.

ἱππιάναξ, κτος, ὁ, dux equitum. (-◡◡-)

ἱππιατρία, vel -εία, ας, ἡ, mulomedicina, ars veterinaria, medicina equaria.

ἱππίατρος, ου, ὁ, medicus equarius, veterinarius, mulomedicus. (ῑ)

ἱππίδιον, ου, τό, equuleus, parvus equus. *Dimin.* ab ἵππος (-◡◡◡)

ἱππικός, ή, όν, (ἵππος) equester. 2) equestris artis peritus. Hinc Subst. ἡ ἱππική, ῆς, sc. τέχνη, ars equitandi, it. dignoscendi bonos et malos equos, et τὸ ἱππικόν, οῦ, scil. πλῆθος, equitatus. οἱ ἱππικοί, equites.

ἵππιος, ον, vel α, ον, equester. *Juno* ἱππία, curru vecta.

ἱπποχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) e juba equi-

να, sive setis equinis factus.

ἱππιοχάρμης, ου, ὁ, (*χάρμη*) qui equo bellatore in pugna utitur.

ἱππίσκος, ου, ὁ, equuleus. *Dimin.* ab ἵππος.

ἱπποβάμων, ον, (*βαίνω*) eques, equester. 2) grandis, qui quasi equo vehitur.

ἱπποβάτης, ου, ὁ, (*βαίνω*) eques.

ἱπποβήτης, ου, ὁ, idem.

ἱππόβινος, valde libidinosus. vox ficta ab Aristophane Ran. 429. qui Calliam Hipponici F. libidinosum hominem, vocat *Καλλίαν τὸν ἱπποβίνου*, ex ἵππος, quod in compositione significat magnitudinem, et *βινεῖν*, quod actum venereum significat.

ἱπποβοσκός, ή, όν, (*βόσκω*) equos pascens.

ἱπποβότης, ου, ὁ, (*βόσκω*) qui equos pascit, seu alit, ad certamina potissimum equestria. 2) qui opibus et gloria praecellit.

ἱππόβοτος, ον, (*βόσκω*) equis pascendis aptus, equos alens.

ἱπποβουκόλος, ὁ, equiso, equorum pastor seu educator.

ἱππόβρωτος, ον, (*βιβρώσκω*) ab equis devoratus.

ἱππογέρανοι, οἱ, qui magnis gruibus, ceu equis, vehuntur, ap. Lucian. in Vera Hist.

ἱππόγλωσσος, ον, linguam equinam habens, seu referens. Hinc *τὸ ἱππόγλωσσον*, ου, Hippoglossa, frutex, cujus folia linguae equinae similia sunt.

ἱππογνώμων, ον, (*γνώμη*) rei equinae peritus, qui v. c. equas gravidas ab aliis internoscit. 2) magnanimus.

ἱππόγυποι, οἱ, (*γύψ*) equites, qui vulturibus vehuntur, ap. Lucian. Ver. Hist.

ἱπποδαμαστής, οῦ, ὁ, i. q. *ἱππόδαμος*.

ἱππόδαμος, ον, (*δαμάω*) equorum domitor, fortis eques.

ἱππόδασυς, εια, υ, (*δασύς*) hirsutus e setis equinis, Epith. galeae, cristam equinam habentis.

ἱππόδεσμα, ων, τά, vincula equorum, habenae.

ἱπποδέτης, ου, ὁ, (*δέω*) ligans equum. *ἱπποδέτης ῥυτήρ*, lorum, quo equus ligatur.

ἱπποδιώκτης, ου, ὁ, equorum agitator, eques.

ἱπποδρομία, ας, ἡ, (*δρόμος*) cursus equester, certamen equestre.

ἱπποδρόμια, τά, equiria, ludi Circenses. A seq.

ἱπποδρόμιος, et *ἱπποδρόμιος μήν*, mensis, in quo equorum cursu certatur. A seq.

ἱππόδρομος, ου, ὁ, hippodromus, circus, in quo habentur certamina equestria seu curulia. 2) genus equitum Siculorum, Hdt. 7, 158.

ἱππόθεν, *adv.* (*ἵππος*) ex equo.

ἱπποθῆλαι, οἱ, equimulgi, pulli equarum lactantes, pulli equarum uberibus suppositi.

ἱππόθοος, ον, equo velox seu celer, auriga.

ἱπποθόρος, ου, ὁ, (*θόρνυμι*) in equas insiliens, admissarius. 2) cantio solita accini equabus coeuntibus ad eas magis exstimulandas.

ἱπποθυτέω, f. ήσω, (*θύω*) equum sacrifico.

ἱπποῖιν, *Dual. Ep.* ab ἵππος, pro ἵπποιν, Hom.

ἱππόκαμπη, ης, ἡ, (*κάμπτω*) hippocampus, animal marinum.

ἱππόκαμπος, ου, ὁ, idem.

ἱπποκάνθαρος, ὁ, cantharus, equi vicem praestans volaturo in coelum, ap. Comicum.

ἱπποκέλευθος, ον, iter equo faciens, equester, qui multum itineris conficit.

ἱπποκένταυρος, ου, ὁ, hippocentaurus.

ἱπποκομέω, equus curo.

ἱπποκόμος, ον, (*κομέω*) equiso, equorum curator, s. magister, qui stabulis atque equis curandis praeest.

ἱππόκομος, ον, (*κόμη*) e setis equinis confectus.

ἱπποκορυστής, οῦ, ὁ, eques, bellator equester.

ἱπποκρατέω, f. ήσω, equestribus copiis vinco, equestribus copiis praesto.

ἱπποκρατία, ας, ἡ, victoria pugnae equestris.

ἱππόκρημνος, ον, rupium modo grandis, valde asper sicut praecipitia. Vox ficta apud Aristophanem Ran. 929. ad asperitatem verborum Aeschyli exprimendam, *ἱππόκρημνα ῥήματα*, verba praerupta, alta, aspera.

ἱπποκροτέομαι, resono ab equis terram pedibus quatientibus.

ἱππόκροτος, ον, equis perstrepens.

ἱππολάπαθον, τό, hippolapathum, herba. (ᾰ)

ἱππολεχής, ές, (*λέχος*) equum partu enixa.

ἱππολοφία, ἡ, juba equina.

ἱππόλοφος, ον, (*λόφος*) juba equina ornatus, κόρυς, ep. adesp. 194.

ἱππόλυτος, ον, (*λύω*) equos solvens, i. e. equis habenas remittens.

ἱππομανές, ιος, τό, frutex quidam equis letalis. 2) equina cupido coitus. 3) amoris veneficium, quod equis innascitur; virus ex equarum naturalibus destillans. Proprie neutr. ab *ἱππομανής*.

ἱππομανέω, equorum insano amore ducor. 2) equio, de equa, quae ad rabiem coitus agitur. 3) libidinis furore, equarum more, exstimulor. A seq.

ἱππομανής, ές, (*μαίνομαι*) insano amore equorum flagrans. 2) qui equino more libidinis furiis exstimulatur. 3) valde insanus.

ἱππομανία, ας, ἡ, insanus equorum amor, insanum equorum curulium studium.

ἱππομάραθρον, ου, τό, foeniculum silvestre, sativo majus.

ἱππομαχέω, f. ήσω, (*ἱππόμαχος*) ex equo pugno.

ἱππομαχία, ας, ἡ, equestre praelium. A seq.

ἱππόμαχος, ον, (*μάχομαι*) ex equo pugnans.

ἱππόμητις, ὁ, ἡ, eques bonus, militiae equestris peritus.

ἱππομιγής, ές, qui mixtus seu compositus est ex equo et homine, vel qui admixtum quid ex equo habet.

ἱππομολγία, ἡ, i. q. *ἱππημολγία*.

ἱππομολγός, όν, i. q. *ἱππημολγός*.

ἱππόμορφος, ον, (*μορφή*) equo similis.

ἱππομύρμηκες, ων, οἱ, qui magnis formicis, velut equis, vehuntur. Apud Lucianum in Ver. Hist.

ἱππόνομα, τά, (*νέμω*) merces ex equis et mulis locatis. Hesych.

ἱππονομεύς, έως, ὁ, equarius, equi pastor. A seq.

ἱππονόμος, ον, (*νέμω*) equorum pastor.

ἱππονώμης, *Dorice* *ἱππονώμας*, ου, ὁ, (*νωμάω*) equos agitans. Epith. Solis.

ἱππόομαι, (*ἵππος*) in equum mutor.

ἱπποπέδη, ἡ, (*πέδη*) linea quaedam curva ap. Mathem. vet.

ἱπποπείρης, ου, ὁ, (*πεῖρα*) qui equi aut artis equestris periculum facit.

ἱπποπῆραι, αἱ, bulgae, sacculi, folliculi, sive perae, quibus equites necessaria itineri secum ferunt.

ἱπποπόλος, ον, (*πολέω*) equos curans, alens. 2) equester, bellicosus.

ἱππόπορνος, ου, ὁ, ἡ, equae equientis more, immane libidinosus.

Ἱπποποσειδῶν, ῶνος, ὁ, Neptunus equester.

ἱπποπόταμος, ου, ὁ, equus fluvialis.

ἱπποπώλης, ου, ὁ, equorum venditor.

ἵππος, ὁ, equus. ἡ, equa. *Feminino* frequentius utitur Homerus; apud eundem οἱ ἵπποι saepenumero indicant currum militarem cum equis. ἵπποι καὶ πεζοί, equites peditesque. 2) ἡ ἵππος, equitatus. χιλίη, μυρίη ἵππος, numerus mille vel decies mille equitum, Hdt. 7, 41. 42. 3) nomen piscis marini. 4) mulier libidinosa. 5) pudenda tam muliebria quam virilia. 6) oculorum quaedam affectio, quum assidue tremunt moventurque. 7) in compositione significationem auget et magnitudinem inprimis abnormem notat, v. g. *ἱππόπορνος*, *ἱπποσέλινον*.

ἱπποσέλινον, ου, τό, apium sativo majus.

ἱπποσόας, α, ὁ, (*σεύω*) equorum agitator: eques.

ἱπποσόος, α, ον, (*σεύω*) equos agitans, Pind. Ol. 3, 47.

ἱπποστάσία, ἡ, et *ἱπποστάσιον*, τό, i. q. seq.

ἱππόστασις, ἡ, (*στάσις*) equile, stabulum equorum, statio equorum. 2) tempus, quo equi in stabulo quiescunt, tempus vespertinum, Eur. Alc. 596.

ἱπποστράτηγος, ου, ὁ, dux equitum. (ᾱ)

ἱπποσύνη, ἡ, (*ἵππος*) peritia equos regendi: peritia equitandi. 2) equitatus. 3) locus equis agitandis aptus. (-◡◡-)

ἱπποσύνος, η, ον, i. q. *ἱππικός*, *poet.* equester.

ἱππότα, ὁ, *Ep.* p. *ἱππότης*. (-◡◡)

ἱπποτέκτων, ονος, ὁ, fabricator equi, scilicet Trojani.

ἱππότης, ου, ὁ, (*ἵππος*) eques.

ἱππότιγρις, ιδος, ὁ, tigris major.

ἱππότιλος, ου, ὁ, (*τιλάω*) morbus equorum.

ἱππότις, ιδος, ἡ, *fem.* ab *ἱππότης*.

ἱπποτοξότης, ου, ὁ, eques sagittarius s. levis armaturae.

ἱπποτραγέλαφος, ου, ὁ, (*τράγος*, *ἔλαφος*) bestia, ex equo, hirco et cervo.

ἱπποτροφεῖον, τό, stabulum equorum.

ἱπποτροφέω, f. ήσω, (*τρέφω*) equos alo.

ἱπποτροφία, ας, ἡ, equorum nutritio. 2) munus apud Athenienses, ut ditiores equos de suo alerent ad usus publicos.

ἱπποτροφικός, ή, όν, i. q. seq. et a seq.

ἱπποτρόφος, ον, (*τρέφω*) qui equos alit.

ἱπποτυφία, ας, ἡ, (*τῦφος*) equina, i. e. magna superbia, inanis gloria.

ἱππουκρήνη, ης, ἡ, Hippocrene i. e. equi fons, quem Pegasus in Helicone pedum pulsu elicuit.

ἱππούραιον, τό, i. q. *ἵππουρις*.

ἱππουρεύς, ὁ, piscis nomen. Plin. Hip

purus.

ἵππουρις, ιδος, ἡ, (ἵππος, οὐρά) galea cris aut e setis equinis habens, setis equinis comans. 2) cauda equina, herbae nomen. 3) morbus genitalium, ap. Hippocr.

ἵππουρος, ον, (οὐρά) caudam equinam habens. 2) piscis quidam. 3) sciurus, a magnitudine caudae. 4) genus muscae.

ἱππόφαις, οῦς, τό, vel ἱππόφαιστον, τό, vel ἱππόφεως, ω, ὁ, frutex quidam, carduus, quo fullones utuntur in concinnandis vestibus, spina fullonia.

ἱππόφοβας, άδος, ἡ, (φοβέω) equis terrorem incutiens, herba quaedam, quam equae in primis aversantur.

ἱπποφορβεύς, έως, ὁ, (φέρβω) equorum pastor.

ἱπποφορβία, ας, ἡ, equorum cura.

ἱπποφόρβιον, τό, locus pascendis equis. τὰ ἱπποφόρβια, greges equorum, qui aluntur. A seq.

ἱπποφορβός, όν, (φέρβω) equorum pastor.

ἱπποχάρμης, ου, ὁ, v. ἱππιοχάρμης.

ἱππόω, (ἵππος) in equum muto. *Med.* in equum mutor, equi formam induo.

ἱππώδης, ες, (ἵππος) equinus, equo similis. 2) valens ad formam equi commendandam.

ἱππών, ῶνος, ὁ, equile, equorum stabulum.

ἱππωνεία, v. ἱππωνία.

ἱππωνέω, f. ήσω, equos emo.

ἱππώνης, ου, ὁ, equorum emtor, qui equariam mercaturam exercet. A pr.

ἱππωνία, et —εία, ας, ἡ, equorum emtio. A pr.

ἵπταμαι, f. πτήσομαι, volo. 2) cito cursu vel impetu feror. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 325.

ἴπτομαι, f. ἴψομαι, premo, molestia afficio, laedo, noceo, affligo, punio. *Activo* ἴπτω *probati auctores* usi esse non videntur. (ι natura longum.)

ἰπύα, ἡ, i. q. σιπύα, Lobeck. ad Phryn. p. 301.

ἴπωσις, ἡ, (ἰπόω) pressio, pressura, compressio. (--⏑)

ἱρά, τά, *Ion.* et *Ep.* p. ἱερά, Hom. (-⏑)

ἱραί, ἷραι, vel ἶραι, αἱ, *vv. ll.* Il. 18, 531. p. εἷραι, conciones, loci, ubi habentur conciones, fora. v. εἴρη. (ῑ)

ἱράομαι, *Ion.* p. ἱεράομαι. (ῑ)

Ἱραφιώτης, ὁ, i. q. Εἰραφιώτης.

ἱρέα, ἡ, *Dor.* p. ἱέρεια, sacerdos femina, v. Boeckh. ad Pind. P. 4, 5. nisi rectius scribatur ἱρία, pro ἱερία. (-⏑-)

ἴρερος, ὁ, *v. l.* p. εἴρερος. (ῑ)

ἱρεύς, ὁ, *Ion.* et *Ep.* p. ἱερεύς, Hom. (ῑ)

ἰρήν, ένος, ὁ, i. q. εἴρην. (--)

ἴρηξ, ηκος, ὁ, *Ion.* et *Ep.* p. ἱέραξ (ῑ)

ἴριγγες, ων, αἱ, arteriae. Hippocr.

ἰρινομίκτος, unde ἰρινομίκτοις σμήγμασιν, apud Athenaeum, smegmatibus irino oleo s. unguento mixtis, aut etiam irina radice.

ἴρινος, η, ον, (ἶρις) ex iride factus. ἴρινον μύρον, unguentum irinum, oleum irinum. (-⏑⏑)

ἰριοειδής, ές, iridis speciem habens. (-⏑⏑--)

Ἶρις, ιδος, ἡ, *acc.* Ἶριν, *voc.* Ἶρι, Iris, nuncia Deorum.

ἶρις, ιδος, ἡ, iris, arcus coelestis. 2) circulus in oculo circa pupillam. 2) herba quaedam aromatica; qua significatione scribitur a nonnullis ἴρις, v. schol. Nic. Al. 406.—Acc. sing. ἶριν, ἴριδα. Dat. pl. Epice ἴρισσι, Il. 11, 27.

ἱρμοφύλαξ, ακος, ὁ, carceris praefectus.

ἱροδρόμος, ὁ, (δραμεῖν) *poet.* p. ἱεροδρ. cursu certans in ludis sacris. (ῑ)

ἱρουργίη, ἡ, *Ion.* p. ἱερουργία, Hdt. 5, 83. ubi alii scribunt ἱρουργίη.

Ἶρος, ου, ὁ, Irus, mendicus quidam apud Homerum. 2) pauper, mendicus quivis.

ἱρός, ή, όν, *Ion.* et *Ep.* p. ἱερός. (ῑ)

ἱρωστί, *adv.* *Ion.* p. ἱερωστί, sacro more.

ἴς, ἡ, *gen.* ἰνός, *acc.* ἶνα, *nom. pl.* ἶνες, *dat.* ἴνεσι, robur, vis. 2) inservit circumscriptioni nominum propriorum. ut βίη, μένος, σθένος, e. g. ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, Od. 3) nervus. 4) fibra. (ι longum.)

ἶσα, *neutr. pl.* ab ἴσος, *adv.* aequaliter, pariter.

ἰσάγγελλος, ον, similis angelis, angelicus.

ἰσάδελφος, ον, fratris animo praeditus, fratris loco amatus. (ᾰ)

ἰσάζω, f. άσω, (ἴσος) adaequo, eodem modo afficio plura. *Med.* me parem censeo alicui, τινί, Il. 24, 607. (ι longum.)

ἰσαῖος, α, ον, *poet.* p. ἴσος, Call. (--⏑)

ἰσαίω, *poet.* p. ἰσάζω, Nic. (⏑--)

ἰσάκις, *adv.* aequaliter, pariter, totidem modis seu vicibus.

ἴσαμι, *Dor.* p. ἴσημι, q. v.

ἰσάμιλλος, ον, (ἅμιλλα) in contentione par, aequalis in certamine (ᾰ)

ἴσαν, *ibant*, 3 pl. aor. *Ep.* ab εἶμι, Hom. (⏑⏑) 2) norant, 3 pl. plqpf. *Ep.* ab οἶδα. (⏑⏑)

ἴσανδρος, ον, (ἀνήρ) viro similis, virum aequans.

ἰσάνεμος, ον, velocissimus. (ᾰ)

ἰσάξιος, ον, aequivalens, aequipollens

ἰσαπόστολος, ον, par apostolis, Eccl.

ἰσάργυρος, ον, (ἄργυρος) argentum aequans.

ἰσάριθμος, ον, par numero. (ᾰ)

ἰσάρτητος, ον, (ἀρτάω) aequaliter suspensus.

ἴσασι, 3 pl. ab οἶδα, norunt. (ῐ-⏑)

ἰσάσκετο, 3 sing. impf. med. ab ἰσάζω, *Ep.* q. ἰσάζετο, Il. 24, 607. (--⏑⏑)

ἰσάστερος, ον, (ἀστήρ) stellis similis, pulcer, praeclarus.

ἰσάτις, ιδος, ἡ, glastum, herba: isatis tinctoria. (⏑⏑⏑?)

ἰσατώδης, ες, ut ἰσατώδης χολή, bilis, quae isatin seu glastum colore refert, i. e. fusca. A praec.

ἰσαυδής, ές, (αὐδή) aequaliter sonans, aequaliter loquens.

ἰσαχῶς, *adv.* (ἴσος) totidem modis, aequaliter. (⏑⏑-)

Ἴσειον, ου, τό, (Ἶσις) sacrarium Isidis τὰ Ἴσεια, festi Isidis dies. (ῑ)

ἰσηγορέω, et ἰσηγορέομαι, (ἀγορεύω) pari dicendi libertate utor, libere loquor.

ἰσηγορία, ας, ἡ, aequum loquendi jus in concione et suffragium ferendi. 2) aequa, item plena loquendi libertas. 3) loquacitas ebriorum, simul loquentium, ap. Xenoph. 4) juris aequabilitas, status reipublicae popularis. A pr.

ἰσήλικος, η, ον, i. q. ἰσῆλιξ.

ἰσῆλιξ, ικος, ὁ, ἡ, aetate par, ejusdem aetatis, aequalis.

ἰσημερία, ας, ἡ, (ἰσήμερος) aequinoctium.

ἰσημερινός, ή, όν, aequinoctialis. A seq.

ἰσήμερος, ον, ut ἰσήμερος πυρός, apud Theophr. triticum, quod aequinoctio verno feritur, Philox. ἰσήμερος, aequinoctialis.

ἴσημι, scio, novi. Exstant sequentes tantum formae: ἴσᾱμι, praes. *Dor.* ap. Pind. et Theocr., 2 sing. ἴσης, 3 sing. ἴσᾱτι, 1 pl. ἴσᾱμεν, Pind. N. 7, 21. part. ἴσας, Pind. P. 3, 52. (ῐ)

ἰσήμοιρος, ον, (μοῖρα) cui portio aequalis cum ceteris datur, qui parem portionem accipit.

ἰσήρετμος, ον, (ἐρετμός) totidem seu aequales remos habens. Eurip.

ἰσήρης, ες, (ἄρω) aequalis, par.

ἰσήριθμος, ον, i. q. ἰσάριθμος, *poet.* ἰσήριθμος, totidem.

ἴσθι, imperat. ab οἶδα. εὖ ἴσθ' ὅτι, profecto. 2) imperat. ab εἰμί, Eur. Or. 1327.

Ἰσθμιάζειν, Suidas ait dici ἐπὶ τῶν κακῶς βιούντων, de minus commode salubriterque viventibus. *Proprie*, Isthmiacum festum agitare, Isthmiacos ludos celebrare. A pr.

Ἰσθμιακός, ή, όν, Isthmiacus, ad Isthmia pertinens.

Ἰσθμιάς, άδος, ἡ, Isthmiaca.

Ἰσθμικός, ή, όν, Isthmicus.

ἴσθμιον, ου, τό, (ἰσθμός) quod circa fauces est. 2) ornamentum collare, monile; τὰ Ἴσθμια, scil. ἀγωνίσματα, ludi Isthmici, qui in Isthmo Corinthiaco in honorem Neptuni habebantur.

Ἰσθμιονίκης, ου, ὁ, victor in ludis Isthmicis. (-⏑⏑--)

ἴσθμιος, α, ον, (ἰσθμός) ad collum pertinens, qui est circa fauces. 2) ad Isthmum pertinens, Isthmicus. Etiam duarum termin.

Ἰσθμοειδής, ές, Isthmo similis.

Ἰσθμός, οῦ, ὁ, Isthmus, terra angusta inter duo maria. 2) Isthmus Peloponnesi. 3) aliquid Isthmo simile, collum. 4) collum clepsydrae. Ἰσθμόθι vel Ἰσθμοῖ, in Isthmo. Ἰσθμόθεν, ex Isthmo.

Ἰσθμώδης, ες, Isthmo similis, Isthmi formam habens, in modum Isthmi angustus. A praec.

ἴσι, 3 pl. ab εἶμι, *poet.* p. ἴασι, Theogn. 716.

Ἰσιακός, οῦ, ὁ, ἡ, (Ἶσις) indutus more eorum, qui Isidis templum visebant. 2) initiatus Isiacis sacris, sacerdos Isidis. (-⏑⏑⏑)

ἰσίκιον, ου, τό, et ἴσικος, ου, ὁ, lucanica, edulii genus, e carne intrita et minutissime incisa. Videtur latinum, quasi *insicium*, ab *insecando*. (-⏑⏑⏑, -⏑⏑)

Ἶσις, ιδος, ἡ, Isis, Dea Aegyptiorum.

ἴσχαι, αἱ, fungi arborum.

ἴσχλος, ὁ, i. q. ὕσχλος.

ἴσκω, simile facio, τί τινι, Hom. adsimilo, comparo. 2) existimo, puto. 3) dico; *poetae post Homerum.*

ἶσμα, ατος, τό, (ἵζω) structura, opus, ut sepulcrum, monumentum etc.

ἴσμεν, 1 pl. ab οἶδα.

ἰσοβαθής, ές, (βάθος) aeque profundus.

ἰσοβαρής, ές, (βάρος) aeque gravis, vel paris ponderis.

ἰσοβασιλεύς, έως, ὁ, ἡ, par, vel aequalis regi.

ἰσόβοιος, ον, (βοῦς) bovis pretium aequans.

ἰσόγαιος, ον, (γαῖα) terrae aequalis, par qua terram s. regionem, s. agros.

ἰσογενής, ές, (γένος) aequalis, ejusdem generis.

ἰσόγεως, ων, *Att.* p. ἰσόγαιος.

ἰσογονία, ας, ἡ, (γόνος) par genus, pares natales.

ἰσογώνιος, (γωνία) aequiangulus.

ἰσοδαίμων, ον, (δαίμων) deo par, Aesch. 2) qui aequali sorte fruitur, qui ejusdem sortis, fortunae est.

ἰσοδαίτης, ου, ὁ, (δαίω) aequis portionibus distribuens, epith. Bacchi vel Plutonis. 2) qui in coena aequaliter distribuit.

ἰσόδενδρος, ου, (δένδρον) arborem aequans: i. e. altus, longus.

ἰσοδίαιτος, ον, (δίαιτα) aequali seu pari victu cum alio utens.

ἰσόδομος, ον, (δέμω) aequaliter structus.

ἰσόδοξος, ον, (δόξα) aeque clarus.

ἰσοδρομέω, f. ήσω, cursu aequo, pariter curro et una feror. A seq.

ἰσοδρόμος, ον, (δραμεῖν) cursu aequans.

ἰσοδυναμέω, f. ήσω, (ἰσοδύναμος) aeque potens sum, aequipolleo.

ἰσοδυναμία, ας, ἡ, aequalis potestas.

ἰσοδύναμος, ον, (δύναμις) aeque potens, par.

ἰσοδυνάμως, *adv.* pari vi.

ἰσοελκής, ές, (ἕλκω) par pondere, aequilibris.

ἰσοεπής, ές, (ἔπος) eandem dicendi potestatem habens. 2) idem dicens. Cyrill. Al.

ἰσοέτηρος, ον, (ἔτος) aequalis annis.

ἰσοζυγέω, paris ponderis facio. A seq.

ἰσοζυγής, ές, vel ἰσόζυγος, ον, vel ἰσόζυξ, *gen.* υγος, (ζυγός) aequi jugis. 2) paris ponderis: par, aequalis.

ἰσοθεΐα, ας, ἡ, aequalitas cum deo, deitas. A seq.

ἰσόθεος, ον, deo par, deo aequiparandus.

ἴσοικος, ον, (οἶκος) aequalis generis, ejusdem familiae.

ἰσοκατάληκτος, ον, (καταλήγω) aequaliter desinens, similem exitum habens.

ἰσοκέφαλος, ον, (κεφαλή) par caput habens.

ἰσοκίνδυνος, ον, qui est in pari discrimine, qui pari periculo se exponit.

ἰσοκιννάμωμος, ον, (κιννάμωμος) cinnamomo par. *Subst.* τὸ ἰσοκ. casia. (ᾰ)

ἰσοκλεής, ές, (κλέος) gloria par.

ἰσόκληρος, ον, qui pari cum alio sorte est, cui par portio sorte obvenit.

ἰσοκλινής, ές, (κλίνω) aequaliter vergens et inclinans, de aequilibrio.

ἰσόκοιλος, ον, aeque concavus.

ἰσοκόρυφος, ον, (κορυφή) parem verticem habens, ejusdem altitudinis.

ἰσοκρᾱής, ές, (κεράννυμι) aequaliter mixtus, aequaliter temperatus.

ἰσοκράτεια, s. ἰσοκρατία, ας, ἡ, aequale imperium. (ᾰ) A seq.

ἰσοκρᾰτής, ές, (κράτος) aequali robore praeditus, aeque potens.

ἰσοκρᾰτία, ἡ, i. q. ἰσοκράτεια.

ἰσόκριθος, ον, (κριθή) hordeo par, mensura aut pretio.

ἰσόκτιτος, ον, (κτίζω) aequaliter factus.

ἰσοκωλία, ας, ἡ, membrorum aequalitas. A seq.

ἰσόκωλος, ον, (κῶλον) paria membra habens.

ἰσολογία, ας, ἡ, (λόγος) par et aequalis ratio. 2) honoris aequalitas. *item*, ἰσηγορία.

ἰσόλῠρος, ον, (λύρα) epith. cantus, ut ἀντίλυρος, ἰσόλυρος μούσαις, par cantui Musis.

ἰσόμᾰλος, ον, (ὁμαλός) valde similis, Xen. Ages. 2, 9.

ἰσόμᾰχος, ον, (μάχη) par in pugna.

ἰσομεγέθης, ες, (μέγεθος) aeque magnus, aequalis magnitudinis.

ἰσομερής, ές, (μέρος) aequaliter particeps.

ἰσομέτρητος, ον (μετρέω) aequam mensuram habens.

ἰσόμετρος, ον, (μέτρον) par mensura.

ἰσομέτρως, *adv.* pari mensura.

ἰσομέτωπος, ον, (μέτωπον) parem, s. aequalem frontem habens, de acie: ἰσομέτωποι, aequata cum reliquis fronte stantes in acie, non ulterius quam reliqui procurrentes.

ἰσομήκης, ες, (μῆκος) qui pari longitudine seu proceritate est.

ἰσομῑλήσιος, ον, (Μίλητος) epith. vestis, ad modum Milesiarium factae, mollis.

ἰσομοιρέω, f. ήσω, (ἰσόμοιρος) aequalem portionem capio. 2) tantundem juris habeo, aequo jure sum.

ἰσομοιρία, ας, ἡ, aequalis portio. 2) jus aequum.

ἰσόμοιρος, ον, (μοῖρα) cui portio par et aequalis datur. 2) qui idem juris habet.

ἰσόμορος, ον, (μόρος) aequaliter particeps.

ἰσομυθέω, (μῦθος) exquisite loquor. Hesych. ἰσομαθοῦντες, ἀκριβολογοῦντες. si sana est lectio. (sed videtur esse, ut latinis *aequa* et *vera* pari loco sunt, ita ἴσα sunt idem atque τὰ εἰκότα. praeterea ἴσος pro bonus ab Homero usurpatur in illis δαῖτα ἐΐσην, νῆας ἐΐσας. v. tamen ἰσχνομυθέω.)

ἰσόνειρος, ον, somnio similis, inanis, vanus.

ἰσόνεκυς, ὁ, ἡ, fato defunctus pari.

ἰσονομέομαι, (ἰσονόμος) in legum seu juris aequabilitate vivo.

ἰσονομία, ας, ἡ, aequabilitas legum et juris.

ἰσονομικός, ή, όν, aequabilitate juris utens.

ἰσονομικῶς, *adv.* aequabiliter.

ἰσόνομος, ον, (νέμω) aequabilitate legum, seu juris utens. 2) aequabiliter distributus.

ἰσόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, juvenilis, v. c. vis, qualis in juvenibus est.

ἰσοπάλαιστος, ον, (παλαιστή) aequans palmi latitudinem. (ᾰ)

ἰσοπᾰλέω, par sum in lucta s. pugna, viribus par sum.

ἰσοπᾰλής, ές, (πάλη) par in lucta seu pugna. 2) par viribus.

ἰσόπαλος, ον, idem.

ἰσοπᾰλῶς, *adv.* (ἰσοπαλής) aequalibus viribus in pugna, s. lucta.

ἰσοπᾰχής, ές, (πάχος) aeque crassus.

ἰσόπεδον, ου, τό, planities. A seq.

ἰσόπεδος, ον, (πέδον) planus.

ἰσοπέλεθρος, ον, (πέλεθρον) qui totidem jugerum est, aeque magnus.

ἰσοπενθής, ές, (πένθος) parem luctum, noxam afferens s. habens.

ἰσοπεριμέτρητος, ον, (περιμετρέω) eundem ambitum habens.

ἰσοπερίμετρος, ον, i. q. ἰσοπεριμέτρητος.

ἰσόπετρος, ον, durus, similis rupi, ad duritiem.

ἰσόπηχυς, υ, (πῆχυς) qui totidem cubitorum est.

ἰσοπλᾰτής, ές, (πλάτος) aequa latus. Hinc *Subst.* τὸ ἰσοπλατές, (sc. μέρος) par latitudo.

ἰσόπλᾰτυς, υ, i. q. ἰσοπλατής.

ἰσοπλάτων, ωνος, ὁ, Platoni par, comparandus.

ἰσόπλευρος, ον, (πλευρά) aequilaterus.

ἰσοπληθής, ές, (πλῆθος) aeque plenus, pari multitudine, numero par.

ἰσοπολῖται, ῶν, οἱ, cives pari jure utentes.

ἰσοπολῑτεία, ας, ἡ, par jus civitatis. 2) aequalitas in jure dando et accipiendo.

ἰσοπολῖτις, ιδος, ἡ, (πόλις) civitas, cujus cives pari cum civibus Romanis jure utuntur, municipium, App.

ἰσόπρεσβυς, υ, par aetate.

ἰσόπτερος, ον, (πτερόν) alis par, velocissimus.

ἰσορρεπής, ές, i. q. ἰσόρροπος.

ἰσορροπέω, f. ήσω, (ἰσόρροπος) aequilibrium facio, sum aequalis momenti, in neutram partem vergo. 2) aequalibus sum viribus aequalis sum, adaequo.

ἰσορροπία, ας, ἡ, aequilibrium. A sq.

ἰσόρροπος, ον, (ῥέπω) vergens ad aequilibrium. 2) qui ejusdem ponderis est. 3) par, aequivalens.

ἰσορρόπως, *adv.* pari vi, valore.

ἴσος, ἴση, ἴσον, *Attice* plerumque ἶσος, *Epice* ἐΐσος, aequalis, par, aequabilis. Hinc *Subst.* τὸ ἴσον, aequalitas, aequalis portio. ἴσα καί, aeque ac, perinde ac. ἴσοι, totidem. ἴσον et ἴσα, *adv.* aeque, aequaliter. (ι producitur ab Homero, corripitur ab *Atticis* et *Pindaro*, promiscue adhibetur ab *Alexandrinis serioribusque poetis.*) *Nota.* Ἴσος etiam de *feminino* invenitur, v. Bast. App. ad ep. crit. p. VI.

ἰσοσθένεια, et ἰσοσθενία, ας, ἡ, (ἰσοσθενής) aequalitas virium, aequipollentia.

ἰσοσθενέω, f. ήσω, aequipolleo, aequali polleo robore.

ἰσοσθενής, ές, (σθένος) pari robore praeditus, paribus pollens viribus.

ἰσοσκελής, ές, (σκέλος) aequalia habens crura. 2) aequalia habens latera duo, de triangulo. 3) par, de numero dixit Plato.

ἰσόσπριος, ον, (ὄσπρια) legumini similis.

ἰσοστάδην, *adv.* (ἵστημι) contra stando s. pugnando, pari vi. (ᾰ)

ἰσοσταθμέω, (ἰσόσταθμος) idem pondus habeo.

ἰσόσταθμος, ον, par pondere.

ἰσοστάσιος, ον, (στάσις) par pondere, aequiparandus, par. (ᾰ)

ἰσοστᾰτέω, i. q. ἰσοσταθμέω.

ἰσόστοιχος, ον, ex adverso respondens, oppositus, ut ἀντίστοιχος, ubi v.

ἰσόστροφος, ον, (στρέφω) i. q. ἀντίστροφος.

ἰσοσυλλᾰβέω, f. ήσω, (συλλαβή) totidem syllabas habeo.

ἰσοσυλλᾰβία, ἡ, par syllabarum numerus.

ἰσοσύλλᾰβος, ον, (συλλαβή) parem syllabarum numerum habens.

ἰσοσυλλάβως, adv. totidem syllabis.

ἰσοτάλαντος, ον, (τάλαντον) qui paris est ponderis, aequilibrium faciens: aequalis.

(Antepenult. brevis.)

ἰσοταχέω, aeque velox sum. A seq.

ἰσοταχής, ές, (τάχος) aeque velox.

ἰσοταχῶς, adv. pari celeritate.

ἰσοτέλεια, ας, ἡ, aequalitas in pendendo tributo cum civibus, aequalis pensio. 2) aequalis libertas.

ἰσοτέλεστος, ον, (τελέω) qui simul absolvitur, expletur.

ἰσοτελής, ές, (τέλος) qui idem cum aliquo tributum pendit. 2) peregrinus, qui iisdem legibus cum civibus vivit.

ἰσότης, ητος, ἡ, (ἴσος) aequalitas, par conditio, paritas: amicitia: aequitas.

ἰσοτιμία, ας, ἡ, par honor et dignitas: par conditio et jus. A seq.

ἰσότιμος, ον, (τιμή) qui civili aequitate gaudet, in honoribus gerendis aequabilis et ceteris par. 2) aeque pretiosus, ejusdem pretii.

ἰσοτίμως, adv. pari honore, conditione. (ῐ)

ἰσότοιχος, ον, pares parietes habens.

ἰσότονος, ον, (τόνος) qui est aequali tono, eodem accentu.

ἰσοτόνως, adv. equali tono, motu. 2) aeque, perinde.

ἰσοτράπεζος, ον, (τράπεζα) par mensae vel par alteri, quoad mensam, h. e. cui sunt dapes pares dapibus alterius.

ἰσοτριβής, ές, (τρίβω) qui pariter atque alii alicubi commoratur.

ἰσοτροπέω, f. ήσω, similibus moribus sum. Cyrill. Alex. p. 559. A seq.

ἰσότροπος, ον, qui similibus est moribus.

ἰσότυπος, ον, eandem habens formam.

ἰσοτύραννος, ον, tyrannis par et aequalis. (ῠ)

ἰσόϋλος, ον, (ὕλη) ejusdem materiei. (ῠ)

ἰσουργέω, f. ήσω, paria facio. A seq.

ἰσουργός, όν, (ἔργον) paria faciens.

ἰσοϋψής, ές, (ὕψος) aeque altus.

ἰσοφανής, ές, (φαίνομαι) aequaliter apparens.

ἰσοφαρίζω, (ἴσος, φέρω, quasi ἰσοφερίζω) me aequiparo s. comparo alicui, τινί. 2) aequalis sum alicui, aequo aliquem, τινί, Hom. 3) aequum facio, aequale reddo, Nic. (‿ ‿ ‿ – –) cf. ἀντιφερίζω.

ἰσόφθογγος, ον, (φθόγγος) aequaliter sonans.

ἰσοφόρος, ον, (φέρω) aequalem partem ferens. 2) aeque movens. 3) paris capacitatis aut mensurae, ut tantundem ferat, h. e. capiat et teneat v. c. vini, olei.

ἰσοφυής, ές, (φυή) aequalis naturae, essentiae. Nonnus.

ἰσοχειλής, ές, (χεῖλος) labra aequans, de mensura, plenus usque ad labra.

ἰσόχειλος, ον, i. q. ἰσοχειλής.

ἰσόχειρ, ὁ, ἡ, pari robore praeditus.

ἰσόχνοος, ον, (χνόος) aeque lanuginosus.

ἰσόχορδος, ον, (χορδή) totidem habens chordas.

ἰσοχρονέω, f. ήσω, (ἰσόχρονος) tempore eodem vivo.

ἰσοχρόνιος, ον, i. q. ἰσόχρονος.

ἰσόχρονος, ον, tempore seu aetate par.

ἰσόχροος, ον, contr. ἰσόχρους, ουν, (χρόα) simili colore praeditus.

ἰσόχρυσος, ον, in quo est aequa alteri parti portio auri. 2) auro par, qui auro rependitur, auro repensus.

ἰσοψηφία, ας, ἡ, par jus in suffragiis ferendis. 2) paria suffragia. A seq.

ἰσόψηφος, ον, qui par est in suffragiis ferendis. 2) parem auctoritatem habens. 3) ἰσόψηφα, verba vel carmina, quorum literae ratione valoris numeralis unum efficiunt eundemque numerum, cujusmodi reperiuntur inter Leon. Alex. epigrammata, sc. 11. 13. 14. 16. 18. 21. 40.

ἰσόψυχος, ον, (ψυχή) unanimus, amicissimus. 2) similis animo.

ἰσοψύχως, adv. pari animo.

ἰσόω, f. ώσω, (ἴσος) aequo, adaequo, aequiparo. 2) libro. Med. aequalis sum, par sum. (*Epice* – ‿ –)

ἱστάνω, rarior forma pro ἵστημι.

ἱστάριον, τό, *Dimin.* ab ἱστός.

ἴστε, 2 pl. ab οἶδα, nostis.

ἱστέον, neutr. adj. verb. ab οἶδα et ab ὁράω.

ἱστεών, ῶνος, ὁ, i. q. ἱστών.

ἵστημι, impf. ἵστην, 3 sing. Epice ἵστασκε, Od. 19, 574. Fut. στήσω. Aor. 1. ἔστησα, unde 3 pl. ἔστασαν Epice pro ἔστησαν Perf. ἕστηκα. Plqpf. ἑστήκειν, Attice εἱστήκειν. Praeterea in usu est perf. 2. sine singulari; dual. ἕστατον, plur. ἕσταμεν, ἕστατε, pro quo semel legitur ἕστητε, Il. 4, 243. 246. 3 plur. ἑστᾶσι, conj. ἑστῶ, opt. ἑσταίην, imperat. ἕσταθι, inf. ἑστάναι, Epice ἑστάμεν, ἑστάμεναι, (ᾰ) part. ἑστώς, ἑστῶσα, ἑστώς, gen. ἑστῶτος, Ion. ἑστεώς, ῶτος, Homerice ἑσταότος, ἑσταότα, ἑσταότες. Item plusqpf. 2. ἕστατον, ἑστάτην, plur. ἕσταμεν, ἕστατε, ἕστασαν. Seriores utuntur etiam perfecto ἕστακα. Aor. 2. ἔστην, Epice στάσκον, ες, ε. 3 plur. ἔστησαν. Epice ἔσταν, et omisso augmento στάν. (ᾰ) conj. στῶ, unde Homerice 2 et 3 sing. στήῃς, στήῃ. 1 pl. στέωμεν, στείομεν: inf. στήμεναι p. στῆναι. - Pass. ἵσταμαι, impf. ἱστάμην, fut. σταθήσομαι, aor. ἐστάθην, (ᾰ) pf. ἕσταμαι, plqpf. ἑστάμην. Fut. med. στήσομαι, aor. 1. ἐστησάμην, fut. 3. ἑστήξομαι, vel ἑστήξω.-Adj. verb. στατός, - Tempora hujus verbi divisa sunt inter significationem transitivam collocandi, statuendi, erigendi, et intransitivam standi et consistendi. Ad priorem pertinent praes., impf., fut. et aor. 1. activi, item aor. 1. medii nec non omnia passivi tempora *collocari*, *statui*: ad posteriorem perf. et plqpf. act. ἕστηκα et ἑστήκειν, vi praes. et impf. praedita, item aor. 2. act. et fut. 3. Medii praes., impf. et fut. modo intransitive significant *se statuere*, modo transitive *statuere*. A.) transitive 1) colloco, pono, statuo, e. g. στίχας ἔστησαν, ordines statuerunt, aciem instruxerunt, Il. 2, 525. χορόν, ἀγῶνα ἱστάναι, chorum, certamen instituere. 2) sisto, retineo, cohibeo, e. g. νέας, ἵππους, λαόν, Hom. Omittuntur etiam accusativi, ut Od. 7, 4. στῆσεν, sc. ἡμιόνους. cf. 19, 188. hi et similes loci induxerunt nonnullos ad credendum, aor. 1. quoque interdum intransitivam vim habere, quod falsum est. 3) erigo: ἱστὸν στῆσαι vel στήσασθαι, malum navis s. malum textorium erigere, Hom. κρητῆρας στήσασθαι, statuere crateres, i. e. convivium apparare, Hom. στήσασθαι τρόπαιον, χαλκοῦν τινα, tropaeum erigere, statuam aeream alicui statuere. 4) constituo, βασιλέα τινά, Hdt. 5) excito, suscito, κονίης ὀμίχλην, κῦμα, νεφέλας, Hom. 6) appendo, pondero, (quoniam erigi solent, quae appenduntur) Il. 19, 247. 22, 350. 23, 252. B.) intransitive. 1) sto, ἀντίοι s. ἐναντίοι ἔσταν, contra, ex adverso steterunt, Il. 2) sum, versor alicubi, ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, res ad extremum discrimen adducta est, Il. 10, 173. 3) sto, consisto, quiesco, non moveor. 4) erectus sum, ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν, steteruntque comae, Il. 24, 359. 5) surgo, tollor, κονίη ἵστατο, Il. 2, 151. incipio, ordior, φύλοπις, νεῖκος ἵσταται, Il. 13, 333. 18, 172. ita etiam in definiendo tempore, ἕβδομος ἑστήκει μείς, septimus incipiebat mensis, Il. 19, 117. τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, altero mense exeunte, altero incipiente, Od. 14, 162. 19, 307. cf. Hes. op. 782. item ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, vere recens incipiente, Od. 19, 519. Atticis μὴν ἱστάμενος dicitur prima mensis decas, μὴν μεσῶν secunda, μὴν φθίνων tertia. 6) cum adverbiis ὀρθῶς, εὐλαβῶς, ἀγεννῶς, ἀδίκως στῆναι s. ἵστασθαι, recte se habere, prudenter se gerere, ignobiliter, injuste agere, Att. 7) desisto, οὐ στήσεται πάντας ἀνθρώπους ἀδικῶν, non desistet ab injuria inferenda, Demosth.

ἱστιάτωρ, ορος, ὁ, Ion. p. ἑστιάτωρ, epulo, rex sacrorum.

ἱστίη, ἡ, Ion. p. ἑστία, scribitur et ἱστίη.

ἱστιητήριον, ου, τό, triclinium, locus epulationis, pro ἑστιατήριον, Ion.

ἱστιητόριον, τό, Ion. p. ἑστιατόριον, Hdt. 4, 35.

ἱστιοδρομέω, f. ήσω, (ἱστίον, δρόμος) solis velis feror, non remis.

ἱστίον, τό, (ἱστός) velum navis, textum, velum, velamen. (– ‿ ‿)

ἱστιοποιέω, f. ήσω, vela facio.

ἱστιοῤῥάφος, ον, (ῥάπτω) qui vela suit. 2) dolosus, astutus.

ἱστοβοεύς, έως, ὁ, *Ion.* ῆος, ὁ, (ἱστός, βοεύς) aratri temo.

ἱστοβόη, ἡ, i. q. ἱστοβοεύς.

ἱστοδόκη, ης, ἡ, (δέχομαι) est, in quod reclinatur malus navis.

ἱστοθήκη, ἡ, (τίθημι) i. q. ἱστοδόκη.

ἱστοκεραία, ας, ἡ, antenna.

ἱστοπέδη, ης, ἡ, lignum in media et ima navi, cui inserebatur malus, s. foramen in media navi, cui mali erecti pars inferior inserebatur.

ἱστοπόνος, ον, (πονέω) textor, textrix.

ἱστόπους, οδος, ὁ, pes textorii mali, seu ligni, e quo stamina suspensa sunt.

ἱστορέω, f. ήσω, (ἵστωρ) inquiro, sciscitor, exploro, contemplor (etiam spectaculi et curiositatis caussa). 2) sciscitando vel percontando audio, vel cognosco. 3) viso, lustro. ἱστόρησα, vidi ipse, videndo cognovi. 4) memoriae trado, literis prodo.

ἱστόρημα, τό, res gesta, et quaecunque, quae audiendo visendove cognoscitur. A pr.

ἱστορία, ας, ἡ, (ἵστωρ) cognoscendi studium. 2) lustratio locorum. 3) percontatio, inquisitio. 4) commentatio. 5) historia, rerum gestarum expositio. 6) scientia. 7) sensus scripturae historicus sive literalis, ap. Scriptt. Eccl.

ἱστορικός, ή, όν, ad historiam pertinens. 2) historicus, historiarum scriptor.

ἱστορικῶς, *adv.* historice, historicorum more. 2) sensu literali, ap. Scriptt. Eccl.

ἱστοριογράφος, ου, ὁ, (γράφω) historiarum scriptor.

ἱστόριον, τό, (ἵστωρ) argumentum, fides seu probatio rei alicujus, id, unde quid ἱστορεῖται, a scrutante et percontante intelligitur. ap. Hippocr.

ἱστοριοσυγγραφεύς, έως, ὁ, i. q. ἱστορι-

γράφος, historiarum scriptor.

ἱστορίς, ίδος, ἡ, historica traditio, fama, historia.

ἱστός, οῦ, ὁ, (ἵστημι) malus navis. 2) malus s. lignum, e quo stamina, seu tela suspenditur. 3) ipsa tela.

ἱστότονος, ον, (τείνω) ex malo textorio suspensus.

ἱστουργεῖον, ου, τό, textrina. A seq.

ἱστουργέω, f. ήσω, (ἱστουργός) telas tracto, telam texo.

ἱστουργία, ας, ἡ, textura, telae contextio.

ἱστουργικός, ή, όν, textorius. Hinc *Subst.* ἡ ἱστουργική, scil. τέχνη, ars textoria. A seq.

ἱστουργός, οῦ, ὁ, ἡ, (ἱστός, ἔργον) textor, textrix.

ἴστω, 3 sing. imperat. ab οἶδα, Hom. ἴστω Ζεύς, per Jovem.

ἱστών, ῶνος, ὁ, (ἱστός, 2) locus ubi malus textorius stat, textrina, it. ἱστεών.

ἵστωρ, ορος, ὁ, sciens, peritus. 2) testis, judex, arbiter, cognitor.

ἰσχάδιον, ου, τό, caricula. *Dimin.* ab ἰσχάς.

ἰσχαδοπώλης, ου, ὁ, (πωλέω) caricarum venditor.

ἰσχαδόπωλις, ιδος, ἡ, caricarum venditrix.

ἰσχαδώνης, ου, ὁ, (ὠνέομαι) caricarum emtor.

ἴσχαιμος, ον, (ἴσχω, αἷμα) sistens sanguinem, sistendi sanguinis vim habens.

ἰσχαίνω, *poet.* p. ἰσχάνω, contineo, comprimo, Eur. Or. 292. Sed Porsonus ad l. l. ἰσχάνω, propter sonum suaviorem dictum esse putat pro ἰσχαίνω, comprobante Schaefero.

ἰσχαλέος, έα, έον, *poet.* p. ἰσχνός, macer, tenuis, aridus.

ἰσχανάω, inhibeo, retineo. 2) cupio, appeto, desidero. *Forma Epica* pro ἴσχω.

ἰσχάνω, *poet.* p. ἴσχω, contineo, comprimo, inhibeo, retineo, τινός, ab aliqua re. (ᾰ)

ἰσχάς, άδος, ἡ, (ἰσχνός) carica, ficus arida. 2) ficus quaevis.

ἰσχιαδικός, ή, όν, (ἰσχίον) ad coxendicis dolores faciens. 2) coxarum dolores patiens.

ἰσχιακός, ή, όν, i. q. ἰσχιαδικός.

ἰσχιάς, άδος, ἡ, ut ἰσχιὰς νόσος, coxendicis dolor. A seq.

ἰσχίον, τό, coxa, coxendix, lumbus.

ἰσχιοῤῥωγικός, ή, όν, (ῥώξ) cui fractae sunt coxae, στίχοι ἰσχιοῤῥωγικοί metricis sunt versus jambici, qui in sedibus quoque paribus habent spondeum.

ἰσχναίνω, (ἰσχνός) emacio, macilentum reddo, attenuo, arefacio.

ἰσχναλέος, έα, έον, macilentus, gracilis.

ἴσχνανσις, ἡ, (ἰσχναίνω) attenuatio, macies.

ἰσχναντικός, ή, όν, extenuandi et emaciandi vim habens.

ἰσχνασία, ας, ἡ, macies.

ἰσχνοεπέω, (ἰσχνός, ἔπος) nimis tenuiter ac subtiliter loquor.

ἰσχνολέσχης, ου, ὁ, qui nimis subtiliter disputat.

ἰσχνολογέω, (ἰσχνολόγος) idem quod ἰσχνοεπέω.

ἰσχνολογία, ας, ἡ, nimis arguta disputatio. A seq.

ἰσχνολόγος, ον, subtiliter disputans.

ἰσχνομυθέω, (μῦθος) subtiliter loquor. Hesych. Suid. ἰσχνομυθοῦντες, ἀκριβολογοῦντες.

ἰσχνομυθία, ας, ἡ, leptologia, argutiae ineptae. Hesych. Suid.

ἰσχνός, ή, όν, (ἴσχω) macer, gracilis, tenuis, attenuatus, *proprie et metaphorice.*

ἰσχνοσκελής, ές, (σκέλος) tenuia habens crura.

ἰσχνότης, ητος, ἡ, (ἰσχνός) macies, gracilitas.

ἰσχνουργής, ές, (ἰσχνός, ἔργον) subtiliter factus, elaboratus.

ἰσχνοφωνία, ἡ, vocis exilitas, imbecillitas. 2) linguae haesitatio. A seq.

ἰσχνόφωνος, ον, (φωνή) qui gracili et tenui voce est. 2) cui vox supprimitur, et repente sistitur ac deficit inter loquendum, nisi hac in signif. rectius scribatur ἰσχόφωνος et ἰσχοφωνία.

ἰσχνόω, (ἰσχνός) emacio, macilentum reddo ἰσχνοῦται, extenuatur.

ἰσχνῶς, *adv.* tenuiter: *de oratione* subtiliter, perspicue, sine ambagibus, vide notas ad Lycurg. p. 213.

ἰσχομένως, *adv.* (ἴσχομαι) ita, ut cohibearis.

ἰσχουρία, ας, ἡ, (ἴσχω, οὖρον) obstructio vesicae, urinae in vesica repressio.

ἰσχοφωνία, ας, ἡ, linguae haesitatio.

ἰσχόφωνος, ον, (ἴσχω, φωνή) cui vox repente sistitur inter loquendum, lingua haesitans.

ἰσχυριείω, *Desiderat.* ab ἰσχυρίζομαι, asseverare, affirmare cupio.

ἰσχυρίζομαι, f. ίσομαι, et ἰσχυριοῦμαι, (ἰσχυρός) contendo viribus. 2) nitor, fiduciam colloco, pro defensione utor. 3) assevero, affirmo.

ἰσχυρικός, ή, όν, similis ἰσχυρῷ.

ἰσχυρίσκος, ὁ, *Dimin.* ab ἰσχυρός.

ἰσχυροβελής, ές, (βέλος) adversus sagittarum ictus validus. Epith. poet. ocrearum vel loricae.

ἰσχυρογνωμοσύνη, ης, ἡ, pertinacia, pervicacia in sententia tuenda, propositum tenax. A seq.

ἰσχυρογνώμων, ον, (γνώμη) obfirmatus in sententia, tenax propositi.

ἰσχυρόδετος, ον, (δέω) valide vinctus, s. ligatus.

ἰσχυροπαθέω, i. q. δεινοπαθέω.

ἰσχυροποιέω, f. ήσω, robustum, validum reddo, corroboro, confirmo, v. c. argumentis. ἰσχυροποιοῦμαι, corroboror.

ἰσχυροποιός, ον, (ποιέω) corroborans.

ἰσχυροπότης, ου, ὁ, avide, multum bibens.

ἰσχυροπράγμων, ον, (πρᾶγμα) gravia, fortia ausus.

ἰσχυρόῤῥιζος, ον, (ῥίζα) radicem validam habens, seu agens.

ἰσχυρός, ρά, ρόν, (ἰσχύω) robustus, validus, potens, fortis, vehemens, severus.

ἰσχυρόψυχος, ον, (ψυχή) fortis animi.

ἰσχυρόω, f. ώσω, corroboro, confirmo. 2) munio. A prace.

ἰσχυρῶς, *adv.* valde, vehementer, graviter, enixe, accuratissime, severissime.

ἰσχύς, ύος, ἡ, robur, vires, potentia. 2) exercitus. (υ breve: sed in casibus disyllabis producitur ab *Atticis.*)

ἰσχυτήριος, α, ον, idem quod ἰσχυρός. A seq.

ἰσχύω, f. ύσω, (ἰσχύς) robustus sum, valeo. 2) potens sum, polleo, possum. 3) opibus valeo. (ῡ)

ἴσχω, *alia forma* p. ἔχω, *occurrit tantum in praes. et impf.* habeo, teneo: occupo, occupatum possideo: cohibeo, coerceo, reprimo, impedio, repello: retineo: valeo, de pretio interno numi, ἴσχομαι, haereo, sisto gradum, desino.

ἰσωνία, ας, ἡ, (ἴσος, ὠνέομαι) pretium par.

ἰσώνυμος, ον, (ὄνομα) cognominis. *Subst.* ἰσωνυμία, ἡ.

ἴσως, *adv.* aequaliter, aeque, pariter. 2) fortasse, forsitan. 3) ut aequum est, merito.

ἴσωσις, εως, ἡ, (ἰσόω) aequatio, comparatio.

Ἰταλία, ἡ, Italia. (ῑ⏑⏑⏑) Unde

Ἰταλιάζω, in Italia dego.

Ἰταλιώτης, vel Ἰταλίδης, ου, ὁ, Italus, *poet.*

Ἰταλός, ὁ, Italus. 2) *adj.* Italicus. *Fem.* Ἰταλίς. (ῑ⏑⏑)

ἰταλός, ὁ, vitulus, unde Italiam appellatam esse dicunt, Varro r. r. 2, 1. 2, 5. Gell. 11, 1.

ἰταμεύομαι, temere ago, temerarium me gero. (⏑⏑–⏑–)

ἰτᾶμία, ας, ἡ, temeritas. LXX. (ῐ) A seq.

ἰτᾶμός, ή, όν, (ἴτης) temerarius, praeceps, protervus, trux, petulans, impudens, procax. (⏑⏑⏑)

ἰτᾶμότης, ἡ, temeritas, procacitas, impudentia. (ῐ) A prace.

ἰταμῶς, *adv.* proterve, impudenter. (⏑⏑)

ἰτέα, ἡ, *Ion.* ἰτέη, salix, Il. 21. 350. 2) scutum e viminibus salignis contextum. (–⏑–)

ἰτέϊνος, ΐνη, ΐνον, salignus, e salice, contextus e viminibus salignis. (–⏑⏑⏑) A prace.

ἰτέον, *neutrum adjectivi verb.* ab εἶμι, eundum est.

ἰτεών, ῶνος, ὁ, (ἰτέα) salicetum, salictum, locus consitus salicibus. (–⏑–)

ἴτην, 3 dual. impf. *Ep.* ab εἶμι, Hom. (⏑–)

ἴτης, ου, ὁ, temerarius, audax, praeceps, impudens. 2) magnanimus, animosus. Ab εἶμι, *eo*, quasi qui recta pervadit, et a nulla re se sisti aut inhiberi patitur. (⏑–)

ἰτητέον, i. q. ἰτέον, *Att.* (ῐ)

ἰτητικός, ή, όν, i. q. ἴτης, ἰταμός. (ῐ)

ἰτθίλη, ἡ, *Ion.* p. διφθέρα.

ἴτρια, τά, sumen, abdomen. 2) bellaria, dulciaria opera. Hinc.

ἰτριοπώλης, ου, ὁ, dulciariorum venditor.

ἴττω Ζεύς, *Boeot.* ἴστω Ζεύς.

ἴτυς, υος, ἡ, circumferentia et curvatura rotae, ora clypei, margo clypeum ambiens, omnis extremitas rei rotundae, umbo. (⏑⏑)

ἴτω, 3 sing. imperat. ab εἶμι, Hom. *Att.* interdum idem valet quod ἔστω, sit licet. (⏑–)

ἰυγή, ῆς, ἡ, (ἰύζω) clamor acutus. (––– *Ep.* ⏑–– *Att.*)

ἰυγμός, ὁ, (ἰύζω) clamor, stridor, strepitus. (––⏑)

ἴυγξ, υγγος, ἡ, (ἰύζω) motacilla, avicula veneficis in usu. 2) illecebrae amoris. 3) illecebrae quaevis. 4) desiderium, cupiditas.

ἰύζω, f. ξω, acutum clamo, strideo: fistula cano. (ι ap. Epicos et Pindarum longum; ap. *Atticos* breve, Soph. Tr. 787.)

ἰυκτά, ὁ, *poet.* p. ἰυκτής. (--⏑)
ἰυκτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ἰυκτής. (---)
ἰυκτής, οῦ, ὁ, (ἰύζω) acutum clamans, stridens, it. cantor. (---)
ἴφθιμος, ον, vel ἴφθιμος, ίμη, ιμον, robustus. 2) fortis, generosus, animosus. A seq.
ἶφι, *adv.* valide, fortiter, magno animo. (Proprie *dat. poet.* et *antiquus* ab ἴς.)
ἰφιγένητος, ον, (γίγνομαι, γένος) epith. ignis in fragm. Orphei, valide ortus, per vim natus. (-⏑⏑-⏑)
ἰφικρατίδες, ων, αἱ, genus calceorum, ab Iphicrate dictorum. (-⏑⏑⏑⏑)
ἴφιος, α, ον, (ἶφι) validus, pinguis, magnus, speciosus, ἴφια μῆλα, Hom. (-⏑⏑)
ἶφυον, τό, genus oleris. (-⏑⏑, Ar. Therm. 910.)
ἰχθύα, ας, *Ion.* ἰχθύη, ης, ἡ, (ἰχθύς) pellis arida marinae squatinae. 2) ferreus unguis, cujus usus est in detractione et sectione fetus. 3) limatura, scobs, caementum.
ἰχθυάζω, i. q. ἰχθυάω, Anth.
ἰχθυάριον, τό, *Dimin.* ab ἰχθύς. (ᾰ)
ἰχθυάω, (ἰχθύς) piscor. ἰχθυάασκον, impf. *Ep.* p. ἰχθύων, Od. 4, 368.
ἰχθυβολεύς, έως, ὁ, qui tridente pisces figit, piscator.
ἰχθυβολέω, pisces tridente figo, piscor. A seq.
ἰχθυβόλος, ον, (ἰχθύς, βάλλω) pisces tridente figens, piscator.
ἰχθυβόρος, ον, (βορά) piscivorus.
ἰχθύβοτος, ον, (βόσκω) a piscibus depastus.
ἰχθυγόνος, ον, (γόνος) pisces progignens.
ἰχθύδιον, ου, τό, pisciculus. *Dimin.* ab ἰχθύς. (-⏑⏑⏑)
ἰχθυδόκος, ον, (δέχομαι) pisces capiens, continens.
ἰχθύη, ης, ἡ, vide ἰχθύα.
ἰχθυήματα, ων, τά, (ἰχθύα) squamae piscium. 2) scobs, ramentum. 3) cortex.
ἰχθυηρός, ρά, ρόν, (ἰχθύς) pisculentus, piscarius. 2) aptus ad pisces.
ἰχθυΐα, ας, ἡ, (ἰχθύς) piscatura, piscatio.
ἰχθυΐδιον, τό, *Dimin. poet.* ab ἰχθύς.
ἰχθυϊκός, ή, όν, i. q. ἰχθυηρός, LXX. ἰχθυϊκὴ πύλη, porta piscaria.
ἰχθυϊνός, ή, όν, i. q. ἰχθυηρός.
ἰχθύκεντρον, ου, τό, fuscina, tridens.
ἰχθυμέδων, οντος, ὁ, (μέδων) rex piscium.
ἰχθυνόμος, ον, (νέμω) pisces regens, imperium exercens de piscibus.
ἰχθυοβολεύς, έως, ὁ, idem quod ἰχθυβολεύς.
ἰχθυοβολέω, idem quod ἰχθυβολέω.
ἰχθυοβόλος, ον, idem quod ἰχθυβόλος.
ἰχθυόβρωτος, ον, (βιβρώσκω) a piscibus depastus, aut depascendus.
ἰχθυοειδής, ές, (εἶδος) pisci similis. 2) abundans piscibus.
ἰχθυόεις, όεσσα, όεν, (ἰχθύς) piscosus.
ἰχθυοθήρας, ου, ὁ, (θήρα) piscator.
ἰχθυοθηρευτής, οῦ, ὁ, (θηρεύω) piscator.
ἰχθυοθηρευτική, ῆς, ἡ, (θηρεύω) ars piscatoria.
ἰχθυοθηρητήρ, ῆρος, ὁ, piscator.
ἰχθυοθηρητής, οῦ, ὁ, i. q. ἰχθυοθήρας, piscator.
ἰχθυοθηρικός, ή, όν, (ἰχθυοθήρας) piscatorius.
ἰχθυόθηρον, τό, vel χθυόθηρος, ὁ, rapum terrae.
ἰχθυοκένταυρος, ον, Tritonis Epith. apud Lycophr.
ἰχθυοκόλλα, ης, ἡ, ichthyocolla, piscis cui glutinosum est corium. 2) ipsum illud gluten.
ἰχθυοληϊστήρ, ὁ, (ληστής) raptor piscium, Leon. Tar. 91. ubi alii codd. habent ἰχθυσιληϊστήρ, quod placet Lobeckio ad Phryn. p. 687.
ἰχθυολκός, οῦ, ὁ, (ἕλκω) qui pisces reti e mari vel flumine extrahit, piscator.
ἰχθυολογέω, de piscibus dissero. A seq.
ἰχθυολόγος, ον, qui de piscibus disserit.
ἰχθυολύμης, ου, ὁ, (λύμη) pisces multos absumens. *Vox comica*, de Atheniensibus. (-⏑⏑--)
ἰχθυόμαντις, εως, ὁ, ex piscibus futura praedicens. Hinc ἰχθυομαντεία, ἡ, ars futura praedicendi e piscibus.
ἰχθυονόμος, ον, (νέμω) piscibus imperans, piscibus jus dicens. Appian.
ἰχθυοπώλαινα, ης, ἡ, (ἰχθυοπώλης) piscium venditrix.
ἰχθυοπωλεῖον et ἰχθυοπώλιον, ου, τό, taberna piscaria, forum piscarium. A seq.
ἰχθυοπώλης, ου, ὁ, piscium venditor.
ἰχθυοπωλία, ας, ἡ, negotiatio piscaria. A praec.
ἰχθυόῤῥοος, ον, (ῥέω) piscibus abundans.
ἰχθυοτροφεῖον, τό, piscium vivarium, cetarium, locus, ubi pisces aluntur.
ἰχθυοτροφικός, ή, όν, qui piscibus alendis delectatur. A seq.
ἰχθυοτρόφος, ον, (τρέφω) qui pisces alit, piscinarius.
ἰχθυουλκός, οῦ, ὁ, idem quod ἰχθυολκός.
ἰχθυοφαγέω, (ἰχθυοφάγος) piscibus victito
ἰχθυοφαγία, ας, ἡ, victus e piscibus. A seq.
ἰχθυοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui piscibus vivit, qui pisces comedit.
ἰχθυπαγής, ές, (πήγνυμι) piscem capiens et retinens, epith. hami, Anth.
ἰχθύπρῳρος, ον, (πρῷρα) proram pisci similem habens.
ἰχθύς, ύος, ὁ, piscis 2) οἱ ἰχθῦς, forum piscarium. - *Att.* ἰχθῦν *ap. seniores* ἰχθύα: *nom.* et *acc. pl.* ἰχθύες, ἰχθύας contrahitur in ἰχθῦς. (υ in *nom.* et *acc. sing.* longum; in casibus trisyllabis et in compositis et derivatis breve.)
ἰχθυσιληϊστήρ, ὁ, v. ἰχθυοληϊστήρ.
ἰχθυφάγος, ον, i. q. ἰχθυοφάγος. (ᾰ)
ἰχθυφόνος, ον, (φονεύω) pisces occidens.
ἰχθυώδης, ες, piscosus, pisculentus. 2) pisci similis. 3) piscium saporem referens.
ἰχθυωδῶς, *adv.* piscium modo. A pr.
ἴχμα, τό, i. q. ἶθμα, Hesych.
ἰχναῖος, α, ον, (ἴχνος) vestigium sequens, investigans, epith. Justitiae et Nemesis, Hom. h. Ap. 94. Lycophr. 129. Fuerunt tamen jam inter antiquos, qui hoc nomen derivarent ad Ichnis, Thessalia urbe, ubi templo colebatur Themis.
ἰχνάομαι, (ἴχνος) vestigo.
ἰχνεία, ας, ἡ, vestigatio, indagatio.
ἰχνελάτης, ου, ὁ, vestigiorum ductor, vestigator.
ἴχνευμα, τό, (ἰχνεύω) vestigatio.
ἰχνεύμων, ονος, ὁ, Ichneumon, quasi investigator, scil. Crocodili. 2) genus vespae. Ab eod.
ἴχνευσις, εως, ἡ, indagatio, vestigatio. Ab eod.
ἰχνευτήρ, ῆρος, ὁ, vel ἰχνευτής, οῦ, ὁ, vestigator, indagator. A seq.
ἰχνεύω, f. εύσω, (ἴχνος) vestigo, vestigiis consequor.
ἰχνηλασία, et ἰχνηλατία, ας, ἡ, (ἰχνηλάτης) investigatio.
ἰχνηλατέω, indago, investigo. A seq.
ἰχνηλάτης, ου, ὁ, (ἴχνος, ἐλαύνω) investigator, indagator, qui aliquid vestigando consequitur.
ἴχνιον, τό, vestigium. ἴχνια, τά, vestigia. *Dimin.* ab ἴχνος.
ἰχνοβάτης, ου, ὁ, (βαίνω) qui vestigiis insistit. (ᾰ)
ἰχνογραφία, ας, ἡ, (γράφω) descriptio operis futuri, forma, ichnographia.
ἰχνοπέδη, ης, ἡ, laqueus pedum, rete, cassis.
ἴχνος, εος, τό, vestigium, ima pars pedis. 2) vestigium, signum, quod pes solo vel alii rei molli imprimit.
ἰχνοσκοπέω, f. ήσω, (σκοπέω) vestigia lustro, investigo.
ἰχνοσκοπία, ας, ἡ, indagatio ferarum e vestigiis. A praec.
ἰχώρ, ῶρος, ὁ, sanies, tabum, pus. 2) humor serosus, vel cruor, proprie deorum, secundum Homerum. (--)
ἰχωροειδής, ές, (ἰχώρ, εἶδος) humoris serosi speciem habens, saniem referens. (ῐ)
ἰχωρώδης, ες, i. q. ἰχωροειδής. (ῐ)
ἰχωῤῥοέω, (ῥέω) sanie fluo. (ῐ)
ἴψ, ἰπός, ὁ, pl. ἶπες, (ἴπτω) vermis cornua arrodens. 2) vermis vites infestans. (ι longum.)
ἴψαο, 2 sing. aor. 1. ab ἴπτομαι, Il.
ἶψος, vel ἰψός, (ὁ?) suber arbor; *aliis* hedera.
ἰώ, vox laetantium, et lamentantium, (⏑-vel --)
ἴω, conj. praes. ab εἶμι.
ἰώ, ἰών, ἴωγα, ἴωνγα, *Boeot.* p. ἐγώ, ἐγών, ἔγωγε.
ἰωγή, ῆς, ἡ, tegmen, i. q. σκέπας, Βορέω ὑπ᾽ ἰωγῇ, sub tegmine adversus Boream, Od. 14, 533. cf. ἐπιωγαί. (⏑--)
ἰώδης, ες, (ἰός) rubiginosus, ferrugineus. 2) venenosus. (ῑ)
ἰώδης, εος, ὁ, ἡ, (ἴον) violaceus, violae similis. (ι)
ἰωή, ῆς, ἡ, (ἰά, ἰώ) vox, clamor: sonus a flatu, flatus. (⏑--)
ἰωκή, ῆς, ἡ, persecutio, impetus: clamor persequentium, bellantium: fuga. (quasi διωκὴ a διώκω, *persequor.*) in *accusat.* ἰῶκα, per *metaplasmum* pro ἰωκήν. v. ἰωχμός. (⏑--)
Ἴων, ωνος, ὁ, Ion, filius Xuthi, nepos Hellenis. 2) Ionicus (⏑-)
ἰών, ἰώνγα, *Boeot.* p. ἐγών, ἔγωγε.
Ἴωνες, Ἰώνων, οἱ, (Ἴων) Iones, populus Graecus. (⏑-⏑)
ἰωνιά, ἡ, vel ἰωνία, (ἴον) violetum, locus, ubi nascuntur violae. (ῑ)
Ἰωνία, ἡ, (Ἴων) Ionia, regio. (⏑-⏑-) Hinc.
Ἰωνίζω, Ionas imitor; Ionice vivo et loquor, molliter vivo. Reperitur etiam Ἰωνικίζω.
Ἰωνικός, ή, όν, qui Ionum est, Ionum proprius, Ionicus: mollis et delicatus.
Ἰωνικῶς, *adv.* Ionice, Ionum more: molliter et delicate.
Ἰώνιος, α, ον, Ionicus.
Ἰωνίς, ίδος, ἡ, i. q. Ἰωνική. Ἰωνίς, sc. γυνή, Ionica mulier: sc. γῆ, Ionia.

ἰωνίσκος, ὁ, piscis marinus, qui alias χρύσοφρυς dicitur.

Ἰωνιστί, *adv.* (Ἰωνίζω) Ionice, dialectu Ionica, ut Ἰαστί.

ἰώξ, ἡ, *nominativus inusitatus*, unde *acc. sing.* ἰῶκα, Il. 11, 601. vide ἰωκή.

ἴωξις, ἡ, i. q. ἰωκή. (υ-υ)

ἰῶτα, τό, iota, nomen literae graecae ἄκλιτον.

ἰωτακίζω, in pronunciatione iota supra modum extendo, ut quum quis dicit *Troiia, Maiia*, vide Spalding ad Quint. 1, 5, 32. Hinc ἰωτακισμός, οῦ, ὁ, vitium pronunciationis, quum iota supra modum extenditur.

ἰωτογραφέω, (γράφω) per iota scribo, cui opponitur, per δίφθογγον h. e. ει. *Vox Grammaticorum.*

ἰωχμός, οῦ, ὁ, i. q. ἰωκή, persecutio, hostilis infestatio: turba pugnantium, Il. 8, 89. 158. Hes. Th. 683. (--υ)

ἴωψ, ωπος, ὁ, inops, piscis incerti generis nomen. (υ-)

K

K, κ, litera decima alphabeti Graeci, quae vocatur κάππα. In numeris κ' est *viginti* et lineola supposita ͵κ *viginti millia.*

κᾶ, *Dor.* pro *Ionico* κε, i. q. ἄν.

καβάλλης, ου, ὁ, caballus, equus clitellarius.

καββαίνων, *poet.* p. καταβαίνων. Reperitur etiam κᾶβαίνων, Alcm. fr. 34.

κάββᾰλε, Ep. p. κατέβαλε, aor. 2. a καταβάλλω, Hom.

καββαλικός, ή, όν, (καταβάλλω) luctandi, vincendi, dejiciendi peritus, bonus luctator.

καββάς, *poet.* p. καταβάς, part. aor. 2. a καταβαίνω, Pind.

Κᾰβειριάζομαι, Cabirorum ritus imitor, perago.

Κᾰβειρικός, ή, όν, Corybantius, a Cabiris fieri, cani solitus. A seq.

Κάβειροι, οἱ, iidem qui Corybantes. *Fem.* Καβειρίδες.

κάβηξ, ηκος, ὁ, vide καύηξ. (ᾰ)

καβιόθυρα, τά, (*vox serior*, comp. ex Latino *cavea* et θύρα) catarracta.

κάβος, ου, ὁ, mensurae frumentaceae genus, i. q. χοῖνιξ.

κακουργία, ας, ἡ, improbitas, scelus, maleficium, idque fere tectum, occultum, astus, fraus, stellionatus. Ab eod.

κακοῦργος, ον, (ἔργον) maleficus, improbus, facinorosus, perniciosus. 2) fraudator, latro, insidiator.

κακούργως, *adv.* malefice, improbe, scelerste.

κακουχέω, f. ήσω, (ἔχω) male tracto, male aliquem habeo, vexo. v. sequ.

κακουχία, ας, ἡ, omnis generis incommoda et mala, quibus quis premitur: mala, dura tractatio, vexatio: cultus corporis neglectus: mala adfectio corporis e laboribus, fame etc. Ex iisd.

κακόφᾱτις, ιδος, ἡ, (φάτις) male sonans, male ominata.

κακόφᾰτον, ου, τό, (φημί) mala compositio syllabarum, junctura deformem sonum reddens: detorsio sermonis in obscenum, e nominibus male ominatis consistens. Al. κακέμφατον.

κακοφημία, ας, ἡ, famositas. 2) obtrectatio. A seq.

κακόφημος, ον, (φήμη) qui est mali ominis, inauspicatus. 2) famam laedens, infamiam adferens. 3) famosus.

κακόφθαρτος, ον, male perditus.

κακοφθορεύς, έως, ὁ, (φθορά) male, misere perdens. Nicand.

κακοφθόρος, ον, (φθείρω) male perdens.

κακόφλοιος, ον, (φλοιός) malum corticem habens. Nicand.

κακοφρᾰδής, ές, (φράζομαι) malum cogitans seu machinans.

κακοφρᾰδία, ας, ἡ, inscitia.

κακοφραδμοσύνη, ἡ, malum consilium, inscitia, stultitia.

κακοφράδμων, ον, male suadens seu consulens.

κακοφρονέω, f. ήσω, (κακόφρων) male cupio alieni.

κακοφροσύνη, ης, ἡ, malitiosa mens. mens malevola: stultitia: superbia, spiri-

tus elatio. A seq.

κακόφρων, ον, (φρήν) malae vel malitiosae mentis, malevolus: stultus.

κακοφυής, ές, (φυή) qui prava est natura, pravo ingenio seu animo praeditus. 2) male nascens, male proveniens.

κακοφυΐα, ας, ἡ, mala indoles, pravum ingenium, ingenii indolisque corruptio. A pr.

κακοφωνία, ας, ἡ, vox seu sonus asper. 2) insuavis pronunciatio. A seq.

κακόφωνος, ον, (φωνή) malam vocem seu asperam habens. 2) ingratam et insuavem pronunciationem habens.

κακοφώνως, *adv.* ingrata pronunciatione.

κακόχαρτος, ον, (χαίρω) alienis malis gaudens. 2) quo mali gaudent.

κακοχράσμων, ον, i. q. sequens.

κακοχρήμων, ον, (χρῆμα) indigus, inops, pauper.

κακοχροέω, f. ήσω, (κακόχροος) mali sum coloris.

κακόχροια, ας, ἡ, malus, teter color.

κακόχροος, ον, *contr.* κακόχρους, (χρόα) decolor, qui mali, tetri est coloris.

κακόχυλος, ον, (χυλός) qui mali est succi.

κακοχυμία, ας, ἡ, redundantia malorum humorum. A seq.

κακόχυμος, ον, (χυμός) malis et vitiosis humoribus plenus. 2) malos humores gignens.

κακόψογος, ον, (ψόγος) qui nequiter reprehendit, maledicus.

κακοψυχία, ας, ἡ, ignavia, demissio, turpitudo animi. A seq.

κακόψυχος, ον, (ψυχή) pusillanimis, qui animo est demisso, sive malo.

κακόω, f. ώσω, *proprie*, corrumpo, male affectum vel vitiosum reddo, ut aquam, turbulentam reddendo etc. 2) malo seu damno afficio, infesto, vasto, populor, vexo, affligo, male et inique tracto. κεκακωμένος, part. perf. pass. afflictus.

κακτάμεναι, inf. aor. *Ep.* a κατακτείνω pro κατακτάναι, Hes. sc. 453.

κάκτανε, imperat. aor. a κατακτείνω, *Ep.* p. κατάκτανε.

κάκτος, ου, ὁ, vel ἡ, cactus, spinosa quaedam planta, carduus.

κακύνω, (κακός) malum vel improbum reddo, depravo, vitio, corrumpo. κακύνομαι, depravor, degenero, improbus fio, improbe ago, officio desum, ignavus sum, ignaviter me gero. 2) convicior, infamo probris, appello κακόν.

καχχάζω, i. q. καγχάζω.

καχχεῦαι, inf. aor. 1. a καταχέω, Epice pro καταχεῦαι.

κακώδης, ες, (ὄζω) male olens.

κακωδία, ας, ἡ, malus odor. A pr.

κακώλεθρος, ον, (ὄλεθρος) perniciosus.

κακώνυμος, ον, (ὄνομα) mali nominis.

κακῶς, *adv.* male, improbe, perperam, misere, lamentabiliter, luctuose. κακῶς ποιεῖν τινά, male tractare aliquem, malo afficere aliquem. κακῶς ποιεῖν τι, corrumpere aliquid. κακῶς ποιεῖν seu κακῶς πάσχειν, male se habere.

κάκωσις, εως, ἡ, (κακόω) afflictio, vexatio, infestatio, corruptio, deturpatio, vitiatio. 2) clades, exitium.

κακωτικός, ή, όν, infestandi seu vexandi vim habens, noxius. Ab eod.

καλαβίς, s. καλλαβίς, ἡ, genus saltationis apud Lacedaemonios. Hinc καλαβόομαι, salto καλαβίδα, et καλαβίδια, τά, festum Dianae.

Καλαβρίζω, Calabros imitor. vide καλαβρ.

Καλαβρισμός, οῦ, ὁ, saltatio Calabrica. A pr.

κᾰλᾰβώτης, ου, ὁ, stellio.

καλαθηφόρος, ον, (κάλαθος, φέρω) calathos ferens. (ᾰ)

καλάθιον, ου, τό, *it.* καλαθίς, ίδος, ἡ, et καλαθίσκος, ὁ, parvus calathus, quasillus. *Dim.* a κάλαθος. (ᾰ)

καλαθισμός, οῦ, ὁ, saltationis genus, ut nonnulli opinantur, cum calathis. *dub.*

καλᾰθοειδής, ές, figuram calathi habens.

καλᾰθοειδῶς, *adv.* calathi forma. A pr.

καλαθοποιός, όν, (ποιέω) calathos faciens. (ᾰ)

κάλαθος, ὁ, calathus. 2) i. q. ψυκτήρ. 3) instrumentum ad liquefaciendum ferrum. 4) pars columnae. 5) poculum. (⏑⏑⏑)

καλάϊνος, ΐνη, ΐνον, e calai lapide factus, vel constans. 2) calaidis lapidis naturam vel colorem referens. A seq.

καλαΐς, ὁ, calais, lapis quidam. (ᾰ)

κᾰλᾰμάγρωστις, ἡ, arundineum gramen.

καλαμιαδίας, ου, ὁ, ἡ, (κάλαμος) arundinosus.

καλαμαῖος, αία, αῖον, culmarius, qui inter culmos seu stipulas est, versatur. 2) ἡ καλαμαία, genus cicadae vel locustae, mantis oratoria s. religiosa, Theocr.

καλαμάομαι, f. ήσομαι, (κάλαμος) stipulas lego, spicas colligo post messores. 2) racemo. 3) spolior post alium. v. ἐκκαλημάομαι. 4) summas olerum partes carpo et comedo.

καλαμάριον, ου, τό, calamarium, theca, in qua reconduntur calami. Ab eod.

καλαμαύλης, ου, ὁ, (αὐλέω) qui calamo canit.

καλαμαυλητής, οῦ, ὁ, idem.

καλαμεύς, ὁ, piscator, qui hamo capit pisces.

καλαμευτής, οῦ, ὁ, messor. 2) i. q. καλαμεύς. A seq.

καλαμεύω, f. εύσω, meto, culmos seco et colligo. 2) pisces hamo capio.

καλαμεών, ῶνος, ὁ, arundinetum. cf. καλαμών.

καλάμη, ης, ἡ, stipula, *it.* culmus. 2) frumenti spica. 3) spicilegium, reliquiae. 4) corpus senecta confectum et quasi arefactum. 5) cadaver hominis interemti. (⏑⏑–)

καλαμητομία, ας, ἡ, culmorum seu stipularum sectio. 2) messis. A seq.

καλαμητόμος, ον, (τέμνω) culmos secans.

καλαμήτρια, ας, ἡ, (καλαμάομαι) quae stipulas colligit. 2) quae spicas colligit.

καλαμητρίς, ίδος, ἡ, idem. Ab eod.

καλαμηφάγος, ον, culmos secans, de falce. (ᾰ)

καλαμηφορεῖν, culmos gestare. 2) tesseram frumentariam afferre.

καλαμηφόρος, ον, (καλάμη, φέρω) culmos gestans.

καλαμίζω, f. ίσω, (κάλαμος) calamo cano, calamo canentes imitor.

καλαμίνθη, ης, ἡ, calamintha, herba.

καλαμινθώδης, ες, e calamintha confectus. A pr.

καλάμινος, ίνη, ινον, arundineus. 2) arundinis speciem habens, arundinosus.

καλάμιον, ου, τό, calamulus, parvus calamus, parva arundo. 2) specillum, instrumentum medicum. 3) ornamentum parvum cincinnos ambiens. *Dimin.* a κάλαμος.

καλαμίς, ίδος, ἡ, arundo piscatoria. 2) calamarium, sive theca calamorum. 3) acus arundinea, qua mulieres in componendo capillo utebantur. 4) arundinetum. 5) calamus scriptorius.

καλαμίσκος, ου, ὁ, i. q. καλάμιον.

καλαμίτης, ου, ὁ, (καλάμη) culmus frumenti.

καλαμῖτις, ιδος, ἡ, spicis gaudens. A pr.

καλαμοβόας, ου, ὁ, (βοάω) calamo-strepus.

καλαμογλυφέω, f. ήσω, calamos, sive arundines sculpo. A seq.

καλαμογλύφος, ον, (κάλαμος, γλύφω) calamorum, sive arundinum sculptor.

καλαμογραφία, ἡ, (γράφω) scriptura.

καλαμοδύτης, ου, ὁ, (δύω) avis quaedam. (ῠ)

καλαμοειδής, ές, (εἶδος) calami speciem habens.

καλαμόεις, όεσσα, όεν, (κάλαμος) arundineus.

καλαμοκόπιον, το, (κόπτω) arundinetum.

κάλαμος, ου, ὁ, calamus, arundo. 2) culmus. 3) virga geometrica. 4) calamus scriptorius. 5) tibia, ap. Etym. M. sive potius testudinis μαγάδιον, (*der Steg*) quod in veterrima structura erat ex arundine. v. μαγάς. 6) stipula. 7) tessera frumentaria, quam qui afferebat, frumentum accipiebat. (⏑⏑⏑)

καλαμοστεφής, ές, (στέφω) culmis redimitus.

καλαμοτύπος, ου, ὁ, (τύπτω) auceps, quia scilicet viscato calamo figit avem. (ῠ)

καλαμοφθίγγης, ου, ὁ, (φθέγγομαι) calamo sonans, arundine canens.

καλαμόφθογγος, ον, idem.

καλαμοφόρος, ον, (φέρω) calamum seu arundinem gestans.

καλαμόφυλλος, ον, (φύλλον) arundinea folia habens.

καλαμόω, (κάλαμος) os fractum ferula munio. 2) *Med.* arundinem seu culmum gigno.

καλαμώδης, ες, arundineus, arundinosus. Hinc τὰ καλαμώδη, scil. ὕλη, arundineta.

καλαμών, ῶνος, ὁ, arundinetum. Dicitur etiam καλαμεών.

καλαμωτή, ῆς, ἡ, septum e calamis in navium oris, sive extremis.

Καλάνδαι, αἱ, Calendae, Dion. Hal. et Plut.

καλάνδρα, ἡ, vel κάλανδρος, ὁ, avis quaedam.

καλαπόδιον, ου, τό, forma caligaris. vid. seq.

καλάπους, οδος, ὁ, (κᾶλον, πούς) forma calcei cavi lignea, sculponea.

καλάσιρις, εως, ἡ, vestis linea, ad talos demissa, tunica lata.

καλαυρῖτις λιθάργυρος, apud Dioscoridem, spuma argenti e puro argento, dicta a Caluria insula.

καλαῦροψ, οπος, ἡ, pedum, proprie, quod in summo est repandum.

καλέεσκον, ες, ε, impf. Ion. a καλέω, Il. med. καλέσκετο, Il. 15, 338.

κάλεσις, ἡ, Dionysius Hal. κάλεσις s. κλήσεις nominat classes civium Romanorum, a καλέω.

καλεσίχορος, ον, poet. καλεσσίχορος, (καλέω, χορός) choros advocans, ad saltandum invitans.

καλέω, f. καλέσω, med. καλέσομαι, poet. καλέσσω, καλέσσομαι, Att. καλῶ, καλοῦμαι.

Aor. 1. ἐκάλεσα, poet. κάλεσσα, med. ἐκαλεσάμην, poet. καλεσσάμην. Perf. κέκληκα, pf. pass. κέκλημαι, opt. κεκλήμην. Aor. pass. ἐκλήθην. Fut. pass. κληθήσομαι. Fut. 3. κεκλήσομαι. Imperf. Ion. et Hom. καλέεσκον, voco, arcesso, invito, advoco: convoco, congrego: invoco v. c. deos: provoco, exhortor ad aliquid faciendum, c. inf.: καλέσασθαί τινα, advocare aliquem ad se, Hom.: ad coenam voco: in jus voco. 2) appello nomine, appello, nomino, καλεῖν τινὰ ἐπώνυμον, vel ἐπίκλησιν, cognomine aliquem dicere, Hom. καλεῖν τινά τι, appellare aliquem aliquo nomine, Hom. καλεῖν κατά τι, ἀπό τινος vel ἐπί τινος, nomen alicui imponere ex aliqua re. Pass. nominor, dicor, et apud poetas, sum. ὁ καλούμενος, qui dicitur. 3) postulo, desidero; de rebus inanimatis.

κάλη, ἡ, et καλήτης, ὁ, Dor. et Att. p. κήλη, κηλήτης.

κἄλήμεναι, inf. praes. act. a καλέω poet. p. καλεῖν, Il. 10, 125.

καλήμερος, ον, (καλός, ἡμέρα) cui felix est dies. 2) qui pulcram, jucundam habet diem.

κάλημι, Aeol. p. καλέω, Sappho. Minus bene scribitur κάλημμι.

κἄλήτωρ, ορος, ὁ, (καλέω) vocator. v. κλήτωρ.

καλιά, ἡ, Ion. καλιή, domus, proprie lignea, casa, tugurium. 2) horreum. 3) nidus: cavea. 4) sacellum. (⏑ – –)

καλιάς, άδος, ἡ, tugurium, domuncula. 2) sacellum. A pr.

καλίδιον, ου, τό, domuncula, tugurium, Dim. ab eod.

καλίκιοι, οἱ, caliculi, caligae, Polyb.

καλινδέω, i. q. κυλινδέω, volvo, voluto, verso. καλινδοῦμαι, volutor, ut in pulvere, ἔν τινι, assiduus sum in aliqua re.

κἄλινδήθρα, ἡ, i. q. κυλινδήθρα.

κἄλίνδησις, ἡ, i. q. κυλίνδησις.

κᾰλῖνός, ή, όν, (κᾶλον) ligneus.

καλιός, οῦ, ὁ, casa, tugurium, aedicula. v. καλιά. 2) carcer. Scribitur et κάλιος.

καλιστρέω, i. q. καλέω.

κάλλαια, τά, barba galli gallinacei, palea. Invenitur etiam κάλλεα, τά, contr. κάλλη.

καλλαΐνος, adj. purpureus. 2) venetus, caeruleus, hyacinthinus. cf. καλάϊνος. A pr.

κάλλαϊς, ὁ, i. q. κάλαϊς.

καλλαρίας, ου, ὁ, vel γαλλαρίας, piscis, asellus major s. morrhua, Opp. hal. 1, 105.

καλλείπω, Ep. p. καταλείπω, Hom.

καλλίας, ου, ὁ, simia, al. πίθηκος. inpr. simia domestica apud Athenienses. 2) nom. propr. virile.

καλλιβλέφαρος, ον, (βλέφαρον) pulcras palpebras habens s. faciens. τὸ καλλιβλέφαρον, sc. φάρμακον, medicamentum ad pulcritudinem palpebrarum faciens.

καλλιβόας, ου, ὁ, (βοάω) qui pulcram habet vocem.

καλλίβοτρυς, υ, pulcros racemos habens.

καλλίβωλος, ον, (βῶλος) fertilis, pinguis.

καλλιγάληνος, ον, (γαλήνη) serenus, pulcer.

καλλίγᾰμος, ον, (γάμος) felici matrimonio junctus.

καλλιγένεια, ας, ἡ, (γίγνομαι) Telluris, aut secundum alios, Cereris, epitheton. Alii nutricem, alii pedissequam Cereris volunt. Ar. Thesm. 305.

καλλιγένεθλος, ον, (γενέθλη) nobili genere ortus. 2) pulcra progignens.

καλλιγενής, ές, (γένος) qui est e nobili genere.

καλλιγέφῡρος, ον, (γέφυρα) pulcro ponte junctus.

καλλίγλουτος, ον, (γλουτός) nates formosas habens.

καλλίγονος, ον, (γόνος) pulcri generis.

καλλιγρᾰφέω, pulcre scribo vel pingo: eleganter scribo. Med. fuco me.

καλλιγραφία, ας, ἡ, elegans scriptura, scribendi pingendive elegantia. A sq.

καλλιγρᾰφος, ον, (γράφω) qui eleganter scribit aut pingit. 2) librarius.

καλλιγύναικα, acc. sing. quasi a καλλιγύναιξ, αικος, (γυνή) pulcris mulieribus abundans, epitheton Homericum Graeciae et Spartae. Reliqui casus non sunt in usu. (ῡ)

καλλίδενδρος, ον, (δένδρον) arboribus abundans, arborum copia pulcer, epith. regionis.

καλλιδίνης, ου, ὁ, (δίνη) pulcre fluens, liquidus, cui sunt vortices adspectu jucundi, epith. fluvii. (– ⏑ – –)

καλλίδιφρος, ον, pulcrum currum seu sellam, habens.

καλλιδόναξ, ᾶκος, arundinibus abundans, epith. fluminis.

καλλιέθειρα, ας, ἡ, quae pulcram habet comam.

καλλιέλαιος, ον, (ἔλαιον) oleo pulcro abundans.

καλλιέπεια, ας, ἡ, (καλλιεπής) elegantia et ornatus sermonis, sermo ornatus.

καλλιεπέω, f. ήσω, eleganter loquor, ornate et eleganter dico. κεκαλλιεπημένοι λόγοι, orationes elegantibus vocabulis contextae. Ab eod.

καλλιεπής, ές, (ἔπος) eleganti sermone s. cantu utens.

καλλιεργέω, f. ήσω, pulcre fabricor, adfabre facio. A seq.

καλλίεργος, ον, (ἔργον) pulcre fabricatus, adfabre factus.

καλλῐερέω, f. ήσω, (ἱερόν) lito, perlito, bona exta reperio.

καλλῐέρημα, ατος, τό, perlitatio. A pr.

καλλιζῠγής, ές, (ζεύγνυμι) pulcris equis junctus.

καλλίζωνος, ἡ, (ζώνη) pulcro cingulo ornata, pulcra.

καλλιθέμεθλος, ον, (θέμεθλον) pulcre fundatus.

καλλίθριξ, τρῐχος, (θρίξ) habens pulcros capillos.

καλλιθῠτέω, bonis auspiciis utor, rite sacrifico, pulcra et splendida sacrificia offero, c. acc. καρπόν, Phil. Th. et 47, 6. A seq.

καλλίθῠτος, ον, (θύω) bonis auspiciis aut rite sacrificatus. 2) in quo pulcra aut splendida sacrificia fiunt.

καλλικαρπέω, f. ήσω, (καλλίκαρπος) bonos vel pulcros, jucundos ad oculum et palatum fructus edo vel fero.

καλλικαρπία, ας, ἡ, pulcrorum fructuum ubertas. 2) fructuum pulcritudo et venustas. Ab eod.

καλλίκαρπος, ον, (καρπός) pulcros aut etiam bonos fructus ferens, fecundus.

καλλικέλᾰδος, ον, (κέλαδος) pulcrum sonum edens.

καλλίκερως, ωτος, ὁ, ἡ, (κέρας) pulcra cornua habens.

καλλίκοκκος, ον, (κόκκος) pulcra habens grana, cui pulcer est acinus.

καλλικολώνη, ης, ἡ, (κολωνός) collis pulcer, locus amoenus juxta Simoentem, fluvium Troadis.

καλλίκομος, ον, (κόμη) pulcram comam habens.

καλλικοττᾰβίω, (κότταβος) cottabo venuste ludo, scite cottabizo.

καλλίκρεας, ατος, τό, (κρέας) pulcra caro, caro candida et subpinguis esuque jucundissima.

καλλικρήδεμνος, ον, (κρήδεμνον) pulcram habens vittam.

καλλίκρηνος, ον, (κρήνη) pulcrum fontem habens.

καλλίκρουνος, ον, (κρουνός) i. q. καλλίκρηνος.

καλλίκτῠπος, ον, pulcre strepens s. sonans.

καλλιλαμπέτης, ου, ὁ, (λάμπω) qui pulcre splendet.

καλλιλεκτέω, (λέγω) pulcre loquor.

καλλιλεξία, ἡ, (λέξις) idem quod καλλιλογία.

καλλιλογέω, f. ήσω, (λόγος) scite et venuste loquor.

καλλιλογία, ας, ἡ, elegans venustaque dicendi facultas, vis bene dicendi.

καλλίμηρος, ον, pulcra femora habens.

καλλίμορφος, ον, (μορφή) formosus.

κάλλῐμος, ον, poet. p. καλός, pulcer, elegans.

καλλίνᾱος, ον, (νάω) pulcre fluens.

καλλίνῑκος, ον, (νίκη) qui pulcram et egregiam victoriam adeptus est, victor egregius, Pind. P. 1, 63. 11, 70. 2) pulcram s. praeclaram reddens victoriam, ὕμνος, Pind. N. 4, 26. τὸ καλλίνικον, celebratio victoriae, carmen victoriam celebrans.

καλλιοινία, ας, ἡ, (οἶνος) vini praestantia et bonitas. 2) largus vini proventus.

κάλλιον, neutr. a καλλίων, comp. a καλός, etiam adverbialiter, Hom.

Καλλιόπη, ἡ, (ὄψ) Calliope, novem Musarum praecipua, Hes. Th. 29. Epice Καλλιόπεια. Tropice est pulcra voce praedita.

καλλίουλος, ου, ὁ, (ἴουλος) hymnus in Cererem.

καλλιόω, f. ώσω, (κάλλιον) pulcrius reddo. καλλιόομαι, *Med.* pulcer sum. *dub*

καλλιπαιδία, ας, ἡ, pulcri liberi, copia liberorum bene natorum. A seq.

καλλίπαις, αιδος, (παῖς) cui pulcri et bene nati sunt liberi. 2) proles pulcra, proba.

καλλιπάρηος, ον, (παρειά) pulcras genas habens, pulcer. Hom. Apud *seriores* etiam καλλιπάρειος. (ᾰ)

καλλιπάρθενος, ον, pulcras virgines habens. 2) nitidus, pulcer.

κάλλῐπε, 3 sing. ind. aor. 2. a καταλείπω, *Ep.* pro κατέλιπε, Hom. inf. καλλιπέειν pro καλλιπεῖν, Od. 16, 296.

καλλιπέδιλος, ον, (πέδιλον) pulcros habens calceos.

καλλίπεπλος, ον, (πέπλον) pulcrum habens peplum.

καλλιπέτηλος, ον, (πέτηλον) pulcra folia habens.

καλλίπηχυς, υ, (πῆχυς) pulcra brachia habens, pulcer.

καλλιπλόκᾰμος, ον, pulcras comas vel comarum cincinnos habens.

καλλίπλουτος, ον, magnas opes habens.

καλλίπνοος, ον, *contr.* καλλίπνους, (πνέω) suaviter spirans.

καλλίπολις, εως, ἡ, egregia seu pulcra civitas. 2) *adj.* pulcras urbes habens, epith. regionis.

καλλίπονος, ον, (πόνος) pulcri laboris.

καλλιπότᾰμος, ον, (ποταμός) habens fluvios multos.

καλλιπρόβᾰτος, ον, (πρόβατον) pecore abundans.

καλλιπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) adspectu pulcer.

καλλίπρωρος, ον, (πρῶρα) pulcram habens proram. 2) pulcram habens faciem.

καλλίπῡγος, ον, (πυγή) pulcras habens nates, pulcros habens clunes.

καλλίπῡλος, ον, (πύλη) pulcram habens portam.

καλλίπυργος, ον, pulcre turritus, pulcre turribus munitus. 2) sublimis, celsus.

καλλιπύργωτος, ον, idem.

καλλίπωλος, ον, (πῶλος) pulcros equos habens.

καλλιρέεθρος, ον, (ῥέεθρον) liquidus, limpidus, copiosus. Epith. fontis.

καλλίροος, ον, *poet.* p. καλλίῤῥοος, Od. 5, 441. 17, 206. Fem, καλλιρόη.

καλλιῤῥημονέω, (καλλιῤῥήμων) pulcre et ornate dico.

καλλιῤῥημοσύνη, ης, ἡ, dictionis elegantia. A seq.

καλλιῤῥήμων, ον, (ῥῆμα) pulcris et elegantibus ornatus verbis.

καλλίῤῥοος, ον, i. q. καλλίροος.

καλλισθενής, ές, (σθένος) egregio robore praeditus, potens.

καλλιστάδιος, ον, (στάδιον) pulcrum habens stadium. (ᾰ)

καλλιστεῖον, ου, τό, (καλλιστεύω) praemium pulcritudinis eximiae. 2) praemium quodvis honestissimi optimique. 3) καλλιστεῖα, ων, τά, certamen in templo Junonis apud Lesbios de muliebris formae praestantia.

καλλίστευμα, ατος, τό, praestantia pulcritudinis, pulcritudo praecipua. A sq.

καλλιστεύω, f. εύσω, (κάλλιστος) pulcritudine excello, formosissimus sum.

καλλιστέφᾰνος, ον, pulcra redimitus corona.

κάλλιστος, η, ον, *superl.* a καλός.

καλλίσφῠρος, ον, (σφυρόν) Epith. feminae, pulcros habens pedes, pulcra.

καλλιτεκνία, ας, ἡ, fecunditas, liberorum bene natorum dives. A seq.

καλλίτεκνος, ον, (τέκνον) egregios habens liberos.

καλλιτεχνέω, f. ήσω, (καλλίτεχνος) eleganti artificio elaboro.

καλλιτέχνης, ου, ὁ, elegans artifex.

καλλιτεχνία, ας, ἡ, artis pulcritudo, artis elegantia.

καλλίτεχνος, ον, (τέχνη) pulcram artem factitans, pulcra artis opera edens.

καλλιτοκεία, ἡ, i. q. ἡ καλλιτόκος.

καλλιτόκος, ον, (τίκτω) pulcros edens partus.

καλλίτοξος, ον, (τόξον) pulcrum habens arcum, bonus sagittarius.

καλλιτράπεζος, ον, (τράπεζα) delicata mensa utens. (ᾰ)

καλλίτρῐχος, ον, (θρίξ) qui pulcro est capillo: pulcros capillos faciens.

καλλίφᾱρος, ον, (φᾶρος) pulcre vestitus, splendidus.

καλλιφεγγής, ές, (φέγγος) valde lucidus.

καλλίφθογγος, ον, (φθόγγος) suaviter sonans.

καλλίφλοξ, φλογός, (φλόξ) egregio splendore coruscans.

καλλιφυής, ές, (φύω) pulcre crescens, pulcre constitutus vel factus.

καλλίφυλλον, τό, est adianti genus; idem quod καλλίτριχον.

καλλίφυλλος, ον, (φύλλον) pulcris foliis praeditus. Epith. rosae.

καλλιφωνία, ας, ἡ, vox pulcra, sonus elegans, suavis. A seq.

καλλίφωνος, ον, (φωνή) pulcram vocem habens, eleganter sonans.

καλλίχειρ, χειρος, (χείρ) pulcras manus habens.

καλλιχέλωνος, ον, (χελώνη) testudine signatus, ὀβολός, pulcra testudinis figura insignitus.

κάλλιχθυς, ῠος, ὁ, piscis quidam.

καλλίχοιρος, ον, pulcros porcellos habens.

καλλίχορος, ον, in quo choreae commode duci possunt: pulcer, amabilis, amoenus. 2) pulcras choreas agitans, tripudiis se oblectans.

καλλίων, ον, *compar.* a καλός.

καλλιώνυμος, ον, (ὄνομα) pulcrum nomen habens.

καλλονή, ῆς, ἡ, pulcritudo, elegantia, decor. A seq.

κάλλος, τό, (καλός) pulcritudo, venustas, decor. (Il. 18, 192. non est unguentum Veneris) 2) *plur.* κάλλεα, κάλλη, res pulcrae, vestimenta decora, Aesch. Ag. 932. feminae formosae, Luc.

καλλοσύνη, ης, ἡ, *poet.* p. κάλλος.

καλλόσυνος, η, ον, *poet.* p. καλός, pulcer.

καλλυντήρ, ὁ, (καλλύνω) ornator: tonsor.

καλλυντήριος, ον, ad ornandum idoneus, ad ornamenta pertinens, elegans. τό καλλυντήριον, ornamentum. τά καλλυντήρια, dies festus apud Athenienses.

καλλυντής, οῦ, ὁ, i. q. καλλυντήρ.

κάλλυντρον, ου, τό, omne instrumentum comentium. 2) capitis ornamentum muliebre, *latine*, caliendrum. 3) instrumentum, quo verrimus, scopae. 4) spathula. A seq.

καλλύνω, (καλός) pulcrum reddo, orno. 2) verro, mundo *Med.* καλλύνομαι, ornor: nitide eleganterque me habeo: glorior, mihi ipse placeo, ἐπί τινι.

καλλωπίζω, f. ίσω, (ὤψ) decoro, formam fingo, faciem elegantem et venustam reddo, sed fere de curioso nimis studio ornandi. Et sic etiam *tropice.* 2) orno, como. Hinc *Med.* καλλωπίζομαι, orno me, glorior, mihi placeo, artem ostento, inepte me vendito, superbio.

καλλώπισμα, ατος, τό, species magnifica, ornamentum, cultus, inpr. cultus superfluus, exquisitior. A pr.

καλλωπισμός, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.

καλλωπιστής, οῦ, ὁ, cultus (in vestitu) nimium studiosus. Ab eod.

καλλωπιστικός, ή, όν, ad comendum vel ornandum aptus. A pr.

καλλωπίστρια, ας, ἡ, cultus in vestitu nimium studiosa. 2) ornatrix. Ab eod.

κᾱλόβαθρον, τό, (κᾶλον, βάθρον) gralla.

καλοβάμων, ον, (κᾶλον, βαίνω) grallator. (⏑⏑‒‒)

καλοβάτης, ου, ὁ, i. q. καλοβάμων. (‒⏑⏑‒)

κᾰλογνώμων, ον, (γνώμη) generosus, nobilis animi, ingenuus.

καλοηθής, ές, (ἦθος) commodis moribus praeditus, comis, mitis.

καλόθριξ, τριχός, bene comatus, *item* jubatus, de equo.

καλοιώνιστος, ον, (οἰωνίζομαι) bene ominatus, auspicatus.

καλοκἀγαθία, ας, ἡ, (καλοκἀγαθός) probitas, integritas et honestas.

καλοκἀγαθικός, ή, όν, bonus, honestus, probus, frugi. Ab eod.

καλοκἀγαθός, όν, i. e. καλός καὶ ἀγαθός, pulcer et bonus, virtutibus corporis et animi instructus, bonus, probus, honestus, frugi. Dicitur inprimis de eo, qui iis artibus est excultus, quae liberalem et ingenuum hominem decent. 2) καλοκἀγαθοί Athenis dicebantur *optimates*, nobiles. Saepenumero divisim dicitur καλός καὶ ἀγαθός, unde Lobeckio forma καλοκἀγαθός est *suspecta.*

κᾱλοκοπέω, f. ήσω, (κᾶλον, κόπτω) ligna caedo, findo.

καλολογία, ἡ, i. q. καλλιλογία, *dub.*

καλόμορφος, ον, (μορφή) pulcer.

κᾶλον, ου, τό, lignum.

κᾱλοπέδῑλα, τά, i. q. καλὰ πέδιλα, calcei pulcri, Theocr. 15, 105.

κᾱλοπόδιον, τό, *Dim.* a καλόπους.

καλοποιέω, f. ήσω, benefacio, bonum facio.

καλοποιός, όν, (ποιέω) beneficus, bonum faciens.

κᾱλόπους, οδος, ὁ, (κᾶλον, πούς) pes ligneus, forma calcei cavi, norma sutoris.

κᾰλόπους, οδος, (καλός, πούς) pulcros pedes habens.

καλοῤῥημοσύνη, ἡ, (ῥῆμα) facundia, elegantia orationis.

καλός, ή, όν, pulcer, formosus 2) decens, decorus, honestus, laudabilis, egregius. 3) probus, bonus, aequi bonique amans. 4) strenuus, fortis. 5) jucundus, suavis. *Hinc* τὸ καλόν, οῦ, decus, ornamentum, commodum, laus, praeclare factum; *it.* speciosum. τά καλά, virtutes, et *Comp.* καλλίων, pulcrior, *Superl.* κάλλιστος, pulcerrimus, et *adv.* καλῶς, κάλλιστα, pulcre, belle, pulcerrime. De comparativo καλλιώτερος Thuc. 4, 118. vide Lobeck. Phryn. p. 136. (α producitur ab Homero, Epicis, Iambographisque antiquioribus: bis breve occurrit apud Hesiod. op. 63. Th. 585. Pindarus et Attici α semper habent breve, Elegiaci, Epigrammatici et Bucolici modo breve, modo longum.)

κάλος, ου, ὁ, rudens, funis nauticus: usitatius *Attice* κάλως. 2) nervus quo tenditur arcus. (⏑⏑)

καλότης, ἡ, i. q. κάλλος, pulcritudo.

κᾱλοφόρος, ον, (κᾶλον, φέρω) lignum ferens.

καλόφρων, ον, (φρήν) i. q. καλογνώμων, benevolus: bona, honesta mente praeditus.

καλπάζω, (κάλπη) equum in gressum exsultantem urgeo. 2) summis pedibus et molliter incedo.

κάλπᾰσος, ἡ, v. κάρπασος.

κάλπη, ἡ, cursus quoddam genus, incessus tolutilis, Pausan. El. 5, 9. κήρυγμα ἐποιήσαντο μήτε κάλπης τοῦ λοιποῦ μήτε

ἀπήνης ἴσεσθαι δρόμον, ubi subjungit, equa vehi solitus in hoc certamine: ad extremum autem curriculum ex equa celeriter desilientem equitem, apprehenso equae freno, quasi cum ea cursu certasse. 2) i. q. κάλπις.

κάλπις, ιδος, ἡ, urna, situla, hydria, urceus. Ap. *seriores* etiam κάλπη, ἡ.

κάλπιον, ου, τό, genus poculi. *Dimin.* a κάλπις.

κάλτιος, ου, ὁ, calceamentum cavum et profundum. Vox Sicula, unde calceus.

καλύβη, ης, ἡ, (καλύπτω) casa, tugurium, gurgustium. 2) caverna. 3) cella.

καλύβιον, ου, τό, tuguriolum, casula: gurgustiolum. *Dimin.* a praec.

καλυβίτης, ου, ὁ, qui in tugurio habitat.

καλυβοποιέω, et καλυβοποιοῦμαι, gurgustia, seu casas facio, mihi paro.

κάλυβος, ὁ, i. q. καλύβη, Hesych.

καλυκίζω, f. ίσω, (κάλυξ) effloresco. Hesych.

καλύκιον, ου, τό, calyculus. *Dimin.* a κάλυξ.

καλυκοστέφανος, ον, (στέφανος) coronam e rosis recentibus gerens.

καλυκώδης, ες, (κάλυξ) calyce intectus.

καλυκῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) roseam, i. e. pulcram faciem habens.

κάλυμμα, ατος, τό, (καλύπτω) velamen, tegmen; velum, tegimentum. 2) palpebrae, quoniam sunt tegumenta oculorum. 3) genus retis piscatorii. 4) calva, cranium. 5) putamen, cortex. 6) sepulcrum.

καλυμμάτιον, ου, τό, parvum tegmen. *Dimin.* a pr.

κάλυξ, υκος, ἡ, calyx, flos rosae nondum apertus. 2) omnis folliculus, seu omne putamen, quo aliquid continetur. 3) ornamentum muliebre, ex auro aut argento; circuli aurei aut argentei, quibus coercentur capilli. Il. 18, 401. 4) nomen herbae. (⏑ –)

καλύπτειρα, ἡ, i. q. καλύπτρα, velum. *proprie fem.* a seq.

καλυπτήρ, ῆρος, ὁ, (καλύπτω) velum, tegmen, operculum: tegula, imbrex.

καλυπτήριον, τό, tegmen, tegumentum, operculum, tectum.

καλυπτός, ή, όν, opertus, tectus. 2) *act.* tegens, Soph. Ant. 1011.

καλύπτρα, ας, ἡ, *Ion.* καλύπτρη, tegmen capitis muliebre, flammeum. 2) tegumentum operculum quodvis. A seq.

καλύπτω, f. ψω, tego, circumdo, operio, velo, contego, occulo, Hom. *Metaph.* de moerore et luctu, πένθος, ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψέ νιν, Hom. Contr. τινά τινι vel τινί τι καλύπτειν, etiam *cum duplici acc.* τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν, Il. 4, 461. 503. 6, 11. al. *Med.* tego me, contegor, τινι vel ἔν τινι, Hom. 2) i. q. ἀμαυρόω, obscuro, obumbro: ignominia afficio, Soph. O. C. 283. ubi v. Musgr. et Doderlein. p. 294.

καλχαίνω, (κάλχη) purpureum colorem refero, purpureo colore tinctus sum. Hinc *metaph.* alta mente cogito, alta mente verso, metaphora a mari desumta, constr. ἀμφί τινι, Eur. Heracl. 40. vel *c. acc.* Soph. Ant. 20.

κάλχη, ης, ἡ, flos vel animal, quo purpura tingitur; flos purpureus.

καλῴδιον, ου, τό, funiculus nauticus. 2) quivis funiculus. *Dimin.* a κάλως.

καλωπός, ή, όν, (ὤψ) pulcer.

κάλως, *gen.* κάλω, ὁ, *Ion.* κάλος, rudens, funis nauticus. Nom. pl. κάλωες Ap. Rh. (⏑ –)

καλῶς, *adv.* (καλός) pulcre, bene, recte, jure, merito, honeste.

καλωστρόφος, ον, (στρέφω) qui funes conficit.

κάμ, *Epice* pro κατά ante μ, κὰμ μὲν, Od. 20, 2. Hes. op. 441. κὰμ μέσσον, Il. 11, 172.

καμάκινος, ον, (κάμαξ) qui e pertica est. καμάκινον δόρυ, pertica hastata.

κάμαξ, ακος, ἡ, vitis pedamentum, palus. 2) pertica, contus. 3) lignum hastae. v. καμάσσω. (⏑ –)

καμάρα, ας, ἡ, *lat.* camara, seu camera; proprie tectum arcuatum, deinde, quicquid tale tectum habet, ut carpentum, vehiculum, navis, pars auris juxta foramen. (⏑ ⏑ –)

καμαρεύω, in cameram confero.

καμάριον, ου, τό, cerebri pars supra communem meatum fornicis modo superinducta.

καμαροειδής, ές, camerae formam habens, fornicis habens figuram, cameratus.

κάμαρος, v. κάμμαρος.

καμαρόω, (καμάρα) fornico.

καμάρωμα, ατος, τό, (καμαρόω) fornicatio, fornix.

καμάρωσις, εως, ἡ, cameratio. Ab eod.

καμαρωτός, ή, όν, fornicis habens formam, fornicatus, concameratus, deinde currus cum tecto etc. Ab eod.

κᾰμᾰσῖνες, vel κᾰμᾰσῆνες, ων, οἱ, pisces quidam marini.

κᾰμάσσω, (κάμαξ) torqueo, vibro sc. hastam.

κᾰμᾰτηδόν, *adv.* (κάματος) laboriose.

κᾰμᾰτηρός, ά, όν, (κάματος) laboriosus. 2) defessus, defatigatus, miser. 3) fortis, robustus, laboribus tolerandis aptus.

κᾰμᾰτηρῶς, *adv.* laboriose, aegre, difficulter.

κάματος, ου, ὁ, (κάμνω) labor, fatigatio. 2) id, quod labore partum est. 3) morbus. (⏑ ⏑ ⏑)

κᾰματόω, f. ώσω, laboro, fatigor, fatisco. 2) delasso. A pr.

καματώδης, ώδης, laboriosus, molestus. 2) morbidus. Ab eod.

καμβαίνω, *poet.* p. καταβαίνω, Bion. 4, 9. si lectio vera.

κάμε, 3 sing. aor. 2. a κάμνω, *Epice* pro ἔκαμε.

καμεῖται, 3 fut. a κάμνω.

καμήλειος, εία, ειον, (κάμηλος) camelinus.

καμηλέμπορος, ου, ὁ, negotiator; qui camelis merces vehit.

καμηληλασία, ας, ἡ, (ἐλασία) camelorum agitatio.

καμηληλάτης, ου, ὁ, (ἐλάτης) cameli vel camelorum agitatio.

καμηλίζω, camelo similis sum, imitor camelum.

καμηλίτης, ου, ὁ, cameli agitator, vel curator.

καμηλοβόσκος, ον, (βόσκω) camelos nutriens.

καμηλοκόμος, ον, (κομέω) camelos curans.

καμηλοπάρδαλις, εως, ἡ, camelopardalis.

κάμηλος, ου, ὁ, ἡ. camelus, animal. 2) vide κάμιλος. (⏑ – ⏑)

καμηλοτροφέω, (τρέφω) camelos alo.

καμηλωτή, ῆς, ἡ, sc. δορά, (κάμηλος) pellis cameli.

κάμιλος, ου, ὁ, funis nauticus, quo nautae utuntur ad ancoras jaciendas. Suid. et Schol. Ar. Vesp. 1030. Haec vox invenitur in locis N. T. Matth. 19. 24. Luc. 18. 25. Marc. 10, 25.

καμῖναῖος, αία, αῖον, i. q. καμινιαῖος.

καμῖνεία, ας, ἡ, (καμινεύω) opera, quae navatur ad caminum.

καμῖνεύς, i. q. καμινευτής.

καμῖνευτής, οῦ, ὁ, (καμινεύω) ad fornacem, caminum laborans.

καμῖνευτήρ, ῆρος, ὁ, idem. Ab eod.

καμῖνεύτρια, ας, ἡ, quae ad caminum seu fornacem laborat. 2) quae in herae cubiculo opus facit, formula cubicularia. *Fem.* a καμινευτήρ.

καμῖνεύω, f. εύσω, (κάμινος) in camino excoquo, seu candefacio.

καμῖνία, ἡ, i. q. καμινεία.

καμῖνιαῖος, αία, ον, ad caminum pertinens.

καμίνιον, τό, *Dimin.* a κάμινος, parvus caminus, parva furnax. (⏑ – ⏑ ⏑)

καμῖνίτης, ου, ὁ, scil. ἄρτος, panis in camino coctus.

καμῖνόθεν, *adv.* e fornace.

καμῖνοκαύστης, ου, ὁ, (καίω) fornarius.

κάμινος, ου, ἡ, caminus, fornax, furnus. 2) apud scriptores eccles. ignis, flamma, aestus, ardor. (⏑ – ⏑)

κᾰμῖνώ, οῦς, ἡ, fuligine camini oppleta.

καμῖνώδης, ες, fuliginosus.

κάμμα, τό, edulium quoddam Laconicum.

κάμμαρος, ὁ, squillae marinae genus. Scribitur etiam κάμαρος vel κάμμορος, *Maced.* κομμάραι, vel κομάραι, *Latine cammarus, gammarus.*

καμματίδες, ων, αἱ, folia lauri admixta edulio, quod dicitur κάμμα.

καμμέν, deterior scriptura pro κὰμ μὲν, v. κάμ.

κάμμες, *Aeol.* et *Dor.* p. καὶ ἄμμες, i. e. καὶ ἡμεῖς.

καμμίξας, partic. *Ep.* a καταμίγνυμι pro καταμίξας, *v. l.* Il. 24, 529.

καμμονίη, ης, ἡ, victoria ap. Hom., quae opponitur fugae. A καταμονή, quasi permansio in arena Martis.

κάμμορος, ον, *Ep.* p. κακόμορος, miser, infelix, Od. 2, 351. 5, 160. 2) τὸ κάμμορον, medicamentum refrigerans, fortasse i. q. κώνειον, Hipp. 3) i. q. ἀκόνιτον, Nic. 4) ὁ, i. q. κάμμορος.

καμμύω, *Ep.* p. καταμύω, cf. Phryn. p. 339. Apud Xen. Cyr. 8, 3, 27. καμμύων, exstat pro *varia lectione*, quam defendit Schaeferus ad Bos. p. 368.

κάμνω, f. κᾰμοῦμαι, aor. ἔκᾰμον, inf. καμεῖν, conj. *Ep.* cum redupl. κεκάμω, κεκάμησι, κεκάμωσι, Hom. aor. med. ἐκᾰμόμην, pf. κέκμηκα, unde occurrit ap. Hom. partic. κεκμηώς, κεκμηῶτι, κεκμηῶτα, acc. pl. κεκμηότας. – 1) *intr.* fatigor, lassus sum, κάμνειν γυῖα, χεῖρας, ὦμον, defatigari membris, manu, humero, Hom. aegroto, morbo laboro, Xen. laboro, multum laborem exantlo aliquid faciendo; ita frequenter cum partic. οὐ δὴν ἔκαμον τανύων τόξον, non diu laborabam tendens arcum, Od. 21, 426. ἐπεὶ κάμε δακρυχέουσα, quum fessa erat flendo, Il. 24, 613 – καμόντες s. κεκμηκότες, *Ep.* κεκμηότες, mortui. 2) *trans.* cum la-

bore facio, elaboro, de artificibus, Hom. κάμε τεύχων, Il. 2, 101. 8, 195. labore paro, labore, acquiro; qua significatione Homerus frequenter usurpat aor. med. Il. 18, 341. Od. 9, 130. – Perfectum non nisi vi *intransitiva* occurrit.

καμπάλιος, έα, ίον, (κάμπη) inflexus, incurvus.

καμπεσίγουνος, ον, (κάμπω, γόνυ) incurvans genua.

καμπεσίγυιος, ον, (γυῖον) membra flectens. Epith. παιγνίου, *einer Marionette.*

καμπή, ἡ, (κάμπτω) inflexio, flexus, curvatio, curvatura, articulus. 2) flexus curriculi. καμπὴν ποιεῖσθαι, flexo curru per alteram curriculi partem redire. 3) flexio vocis in cantu.

κάμπη, ἡ, eruca, a κάμπτω, quoniam curvatur serpendo.

κάμπιμος, ίμη, ιμον, flexilis.

κάμπιος, ον, i. q. καμπαλέος.

κάμπος, εος, τό, balaena, cetus.

καμπτήρ, ῆρος, ὁ, (κάμπτω) flexus, curvatura. 2) meta circi, vel hippodromi.

καμπτός, ἡ, όν, flexilis. 2) flexus. Ab eod.

κάμπτρα, ἡ, v. κάμψα.

κάμπτω, f. ψω, flecto, inflecto, incurvo. Dicitur etiam sensu *neutrali.* 2) flecto, exoro, de sententia deduco, animum alicujus mollio. κεκαμμένος, inflexus, perf. pass. καμφθῆναι, flecti, exorari, aor. 1. pass.

καμπῦλαύχην, ενος, inflexum collum habens.

καμπύλη, ης, ἡ, sc. βακτηρία, baculus incurvus. *item* lituus, Philox. (ῡ)

καμπῦλίζω, et καμπύλλω, *Ion.* pro κάμπτω, flecto, incurvo.

καμπῦλόγραμμος, ον, (γραμμή) curvis lineis circumscriptus.

καμπῦλοειδής, ές, curvae speciei.

καμπῦλόεις, εσσα, εν, *poet.* pro καμπύλος, recurvus, inflexus.

καμπυλόπρυμνος, ον, (πρύμνα) obliquam puppim habens.

καμπῦλόρριν, ῖνος, ὁ, ἡ, (ῥίν) aduncum nasum habens.

καμπυλόρρινος, ον, idem.

καμπύλος, η, ον, (κάμπτω) curvus, inflexus, τόξα, Hom. 2) ἡ καμπύλη, sc. βακτηρία, lituus. (‑⏑⏑) Hinc

καμπυλότης, ητος, ἡ, curvitas.

κάμψα, ἡ, vel κάψα et κάμπτρα, capsa e lignis. (Ab *antiquo* κάπτω, *capio.*)

καμψάκης, ου, vel καψάκης, vas olearium, dolium. 2) mensura rerum liquidarum tenens quatuor sextarios sive 8 heminas sive 96 uncias.

καμψιδίαυλος, ον, (δίαυλος) in diaulo reciprocans, volubilis, cito percurrens aliquid.

καμψικίζω, i. q. βαρβαρίζω, barbare loquor.

καμψίον, ου, τό, i. q. κάμψα, *item* calcei feminei genus.

καμψίουρος, ον, (οὐρά) flectens caudam.

καμψίπους, ποδος, (πούς) pedem flectens, *epith. Furiae apud Aesch.* Sept. 776. *quod alii explicant*: pedes mobilis, celer, *alii*: scelerati pedem flectens s. incurvans i. e. prosternens eum.

κάμψις, εως, ἡ, (κάμπτω) inflexio, curvatio, curvatura, flexus; *item* anfractus, de via.

καμψόδῡνος, ον, (ὀδύνη) flectendo vel inflexu frequenti dolens. 2) incurvatus dolore.

καμψός, ἡ, όν, (κάμπτω) inflexus, curvus.

κάμων, ωνος, i. q. σκαμωνία, *poet.* (⏑‑)

κἄν, 1) i. q. καὶ ἄν. κἂν εἰ, etiamsi forte. 2) i. q. καὶ ἐάν, et si, etiamsi, κἄν--- κἄν, vel κἂν μὲν ---κἂν δέ, sive --- sive. 3) i. q. καὶ ἐν. (‑)

κάν, *poet.* p. κατά ante ν, κὰν νόμον, Pind. Ol. 8, 103.

κανάβευμα, τό, exemplar, designatio s. forma alicujus rei.

καναβῖνος, η, ον, ad κάναβον pertinens. κηρός, cera ad designandam formam artificii alicujus apta. σῶμα, corpus strigosum et macilentum.

κάναβος, ου, ὁ, lignum tenue, cui fictores ceram, gypsum, circumlinunt. Poll. 2) homo corpore emaciato, ut venae emineant. 3) κάναβοι, fontes multiplicibus rivulis sparsi. (⏑⏑⏑)

κᾰνάζω, f. ξω, turbo, cum strepitu exhaurio.

κάναθρον, ου, τό, (κάννη) currus vimineis cratibus contextus, vehiculum, ferculum, storea. *Proprie* crates ex salignis viminibus contexta, quae currui imponitur.

κάναστρον, ου, τό, (κάνης) canistrum. 2) patina testacea, vas testaceum.

κᾰνᾰχέω, f. ήσω, resono, strepitum, seu crepitum edo. Vox facta e sono.

κᾰνᾰχή, ῆς, ἡ, crepitus, sonitus. A pr.

κᾰνᾰχηδόν, et δά, *adv.* cum strepitu. A pr.

κᾰνᾰχήπους, ποδος, (πούς) sonipes.

κᾰνᾰχής, ές, strepens, sonans.

κᾰνᾰχίζω, (καναχή) resono, strepo.

κᾰνάχος, ἡ, όν, i. q. καναχής.

κάνδαυλος, ου, ὁ, edulii genus, ex amylo, lacte, caseo et melle cf. κάνδυλος et κανδύλη.

κανδύκη, ης, ἡ, (κάνδυς) vestis Persica.

κανδύλη, ἡ, i. q. κάνδαυλος. (ῡ)

κάνδυλος, ου, ὁ, i. q. κάνδαυλος.

κάνδυς, υος, ὁ, indumentum Medicum, quo etiam Persae usi.

κάνειον, τό, *Ion.* p. κάνεον, Od. 10, 355. 2) operculum vasculi, Hipp. (ᾰ)

κάνεον, τό, *raro* κάνειον, *Attice* κανοῦν, (κάνη) canistrum, canistellum: vasculum ad usus convivii e qualibet materia, aere, argento etc. (ᾰ)

κάνη, ἡ, *rarior* forma p. κάννα. (⏑‑)

κάνης, ητος, ἡ, canistrum, calathus. (⏑‑)

κᾰνήτιον, ου, τό, parvum canistrum. *Dimin.* a praec.

κᾰνηφορεῖν, canistrum ferre in sacris.

κᾰνηφορία, ἡ, gestatio canistri in sacris. A seq.

κᾰνηφόρος, ον, (κάνη, φέρω) canistrum ferens. Canephorae, virgines in solemnibus Cereris sacra portantes; qui honos erat in primariis.

κανθαρίζειν, tremere, ap. Ammon. sed vox corrupta videtur e τανθαρύζω, vel τανθαρίζω, pro quo etiam dicitur τανθαλύζω, et ταντᾰλίζω, cf. τονθορύζω.

κανθάριον, ου, τό, *Dimin.* a κάνθαρος.

κανθάριος, vel κανθάρεος, s. κανθαρέος, vitis genus. Ab eod.

κανθᾰρίς, ίδος, ἡ, scarabaeus frumentum erodens. 2) insectum alatum, virosum, causticum, e muscarum genere, vulgo musca Hispanica. Ab eod.

κανθαρίτης, sc. οἶνος, (κανθάριος) vinum cantharites.

κάνθαρος, ου, ὁ, scarabaeus. 2) cantharus, poculi genus. 3) piscis quidam litoralis. 4) nota in lingua Apidis. 5) navigii genus.

κανθήλια, ων, τά, sc. ἐπισάγματα, clitellae. A seq.

κανθήλιος, ου, ὁ, sc. ὄνος, (κάνθος) asinus magnus, vel clitellarius. 2) bardus, stolidus.

κανθίς, ίδος, ἡ, asella. Dimin. a seq.

κάνθος, ου, ὁ, asinus. Etym.

κανθός, οῦ, ὁ, oculi angulus, hirquus. 2) canthus, ferrum, quo rotae vinciuntur.

κάνθων, ωνος, ὁ, (κάνθος) asinus. 2) *comice* pro κάνθαρος, Ar. Pac. 82.

κανίας, ου, ὁ, (κάνη) canistrum, i. q. κάλαθος, Hesych.

κανίσκιον, τό, *Dimin.* a κανίας.

κάνιστρον, τό, *Dimin.* a κανίας, canistrum.

κάννα, vel κάννη, ης, ἡ, canna, storea.

κανναβῖνος, ίνη, ινον, ex cannabi factus, stuppeus. (‑⏑⏑⏑) A seq.

κανναβις, εως, ἡ, vel κάνναβος, (κάννα) cannabis. 2) stuppa. 3) vestis ex cannabi facta, Hdt. 4, 74. ubi hac in significatione legitur *accusat.* κανναβίδα.

κάνναθρον, τό, i. q. κάναθρον.

καννεύσας, Epice p. κατανεύσας, *v. l.* Od. 15, 463.

κάννη, ἡ, i. q. κάννα.

καννητοποιός, όν, (κάνης, ποιέω) storeas s. tegetes conficiens.

καννόμον, deterior scriptura p. κὰν νόμον, i. e. κατὰ νόμον, Pind.

καννωτός, ἡ, όν, (κάννα) vel κανωτός, e canna factus.

κανονάρχης, ου, ὁ, (κανών, ἄρχω) praefectus canonum, qui monachos ad canendos canones in vigiliis excitat.

κανονίας, ου, ὁ, et *pl.* κανονίαι, (κανών) apud Hippocr. quibus ventres velut ad canonem sive regulam exacti sunt, h. e. substricti, non lati, aut prominentes.

κανονίζω, f. ίσω, (κανών) ad regulam dirigo, ad normam exigo. 2) per certas regulas seu canones constituo aliquid, velati κανονίζεται, ap. Grammaticos dicitur, de regulari forma declinandi et conjugandi. 3) concinno, modulor. 4) in canonem scripturarum refero aliquid, Eccl.

κανονικός, ἡ, όν, (κανών) canonicus, regularis, regulae consentaneus. 2) in canonem scripturae relatus.

κανονικῶς, adv. regulariter, rite, secundum regulam et normam.

κανόνιον, ου, τό, lignum, cui in navibus cataphractis tabulae incumbunt. 2) libellus, seu quodvis tractatus seu operis genus. Dimin. a κανών.

κανονίς, ῖδος, ἡ, scriptorum instrumentum, regula, qua utuntur elegantius scripturi. 2) librorum seu chartarum volumen. Ab eodem.

κανόνισμα, ατος, τό, (κανονίζω) regula.

κανονισμός, ὁ, exstructio aedificii secundum regulam. 2) pars aedificii Maneth. 1, 299. 4, 151. 292.

κᾰνοῦν, τό, Attice p. κάνεον.

κάνυστρον, τό, Dimin. a κανίας, canistrum.

κᾰνεῖν, inf. aor. 2. a καίνω.

κᾰνῶ, fut. a καίνω.

Κάνωβος, ὁ, vel Κάνωπος, Canopus, civitas Aegypti-inferioris, cujus incolae erant luxuriosissimi.

κᾰνών, όνος, ὁ, proprie, examen in libra. 2) amussis, regula, norma; unde judices, quorum judicium in aliquo genere sequimur, item excellentes in aliquo genere, κανόνες dicti. 3) calamus, circa quem textores fila involvunt. 4) virgulae, quibus olim clypeos tenebant. 5) palus, seu lignum erectum, mensura saltus, omninoque mensura et portio certa alicui attributa. 6) tributum statum, formula tributi. 7) catalogus auctorum classicorum a grammaticis Alexandrinis confectus, cf. Ruhnk. hist. crit. orat. Graec. p. XCIV. Quintil. 10, 1, 54. 59. Hinc catalogus librorum divinorum, item hominum certo collegio adscriptorum, item clericorum, unde pro ordine clericorum reperitur. 8) decreta conciliorum ad mores pertinentia. 6) psalmus et cantus certis diebus ordinarie cantari solitus. 10) tubus ravus, recondendis prunis candentibus, unde balistarum ignitos globulos ejaculantium genus canones appellantur.

κανωπικόν, οῦ, τό, pityusa herba. A seq.

κάνωπον, ου, τό, sambuci flos.

κάνωπος, ὁ, v. κάνωβος.

κᾰνωτός, ή, όν, v. καννωτός.

κάξ, contr. ex καὶ ἐξ.

κάπ, poetice p. κατά ante π, κὰπ πεδίον, Il. 6, 201. 11, 167. et φ, κὰπ φάλαρα, Il. 16, 106.

καπᾶναξ, ᾶκος, ὁ, nomen partis in curru, ap. Poll. (◡ ◡ -) A seq.

καπάνη, ης, ἡ, (κάπη) praesepe. 2) rheda. 3) pars quaedam currus. 4) galea e pilis. (◡◡-)

κᾰπᾱνικός, ή, όν, ad currum pertinens, curulis: metaph. magnificus, magnus, ut ἁμαξιαῖος, Ar.

κᾄπειτα, contr. ex καὶ ἔπειτα.

καπέτις, ἡ, i. q. χοῖνιξ, Polyaen. cf. καπίθη.

κάπετος, ου, ἡ, (σκάπτω, pro σκάπετος) fossa, fovea, scrobs, sepulcrum. (ᾰ)

κάπη, ἡ, (κάπτω) praesepe et pabulum equis in praesepi appositum, Il. 8, 434. Od. 4, 40. κάπηθεν, adv. a praesepi, Lyc. (◡ -)

κᾰπηλεία, ας, ἡ, (καπηλεύω) cauponaria. 2) cauponatio, ipsa cauponandi actio.

κᾰπηλεῖον, ου, τό, caupona, popina, taberna.

κᾰπηλευτής, οῦ, ὁ, nundinator.

καπηλευτικός, ή, όν, ad nundinatorem, ad cauponariam, pertinens, Plat. de legg. 8. p. 842. c.

κᾰπηλεύω, (κάπηλος) cauponor, cauponariam exerceo, proprie de vini mercatoribus. 2) cauponor, nundinor, vendo, ut εἰρήνην χρυσίου, δίκας. Sic καπηλεύειν πάντα τὰ πράγματα, res omnes quaestui habere, Hdt. τὴν σοφίαν καπηλεύειν, philosophiam lucro prostituere, Philostr. καπηλεύειν τὴν μάχην, pugnam dolose vitare, quaerere qua arte quove dolo pugnae discrimen possis effugere, Aesch. Sept. 530. similiter Ennius ap. Cic. de off. 1, 12, cauponari bellum dixit. 3) adultero cauponum more: dicitur etiam de iis, qui alios sese simulant, alii sunt, ut Latinum vendito, cf. Valck. Eur. Hipp. 952.

κᾰπηλικός, ή, όν, cauponarius, ad cauponam pertinens. 2) fraudulentus. Hinc καπηλική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars cauponaria. Ab eod.

κᾰπηλικῶς, adv. cauponis modo. 2) fraudulenter, dolose.

κᾰπήλιον, ου, τό, (κάπηλος) taberna.

καπηλίς, ίδος, ἡ, vel κάπηλις, quae cauponariam exercet, copa. Ab eod. (◡-◡)

κᾰπηλοδύτης, ου, ὁ, (δύω) qui cauponam subinde ingreditur, ganeo, tabernarius, faex plebis, in cauponis totos dies latitans.

κάπηλος, ὁ, (κάπτω, κάπη) caupo, propola, institor, inpr. vini venditor. κάπηλοι dicuntur ii, qui in foro ad vendendum et emendum operam suam locant, et distinguuntur ab ἐμπόροις, mercatoribus, qui urbes commerciorum caussa pervagantur. 2) adulterator. 3) Adj. fraudulentus: adulteratus, κάπηλα τεχνήματα, Aesc. (◡-◡)

καπήρια, τά, placentae genus. Suid.

κᾰπητόν, τό, pabulum equorum, boum etc. quasi a καπέω, idem quod κάπτω, a κάπη.

κἀπί, contr. ex καὶ ἐπί.

καπίθη, ης, ἡ, mensura duarum choenicum Atticarum vel sex cotylarum. A κάπη, unde et Lat. capis. Hoc mensurae genus Persis fuit proprium, Xen. An. 1, 5, 6. Salmasius de usur. p. 411. dicit esse vocem Aegyptiacam.

καπνείω, poet. p. καπνίζω, fumigo, suffio.

καπνέλαιον, τό, resina sponte profluens. E καπνός et ἔλαιον, quia igni admota multum fumi edit.

κάπνη, ης, ἡ, (καπνός) caminus, fumarium.

καπνηλός, όν, (καπνός) fumidus, fumosus.

καπνία, ας, ἡ, (καπνός) fuligo. 2) vappa.

καπνίας, ου, ὁ, fumosus. 2) lapis ex jaspidum genere. 3) vinum vile, vappa. 4) vinum fumosum, quod in fumo suspensum fuit. A pr.

καπνιάω, fumigo, fumo. Ab eod.

καπνίζω, f. ίσω, (καπνός) fumum excito. 2) ignem accendo. 3) infumo, fumigo, fumo inficio. 4) fumo. 5) ignem accendo convivii gratia. καπνίζομαι, in fumum evanesco.

καπνίον, ου, τό, parvus fumus. Dimin. a καπνός.

κάπνιος, ἡ, sc. ἄμπελος, capnia vitis, quae nomen accepit ex eo, quod τὸ χρῶμα τῶν βοτρύων οὔτε μέλαν οὔτε λευκὸν ἔχει, ἀλλὰ καπνῶδες, Theophr. de c. pl. 5, 3. cf. hist. pl. 2, 4.

κάπνῐσις, εως, ἡ, idem quod sequens.

κάπνισμα, ατος, τό, (καπνίζω) fumatio. 2) thus, incensum.

καπνιστός, ή, όν, fumigatus, infumatus. Ab eod.

καπνοδόκη, ἡ, i. q. καπνοδόχη, Ion. et Att.

καπνοδοχεῖον, ου, τό, i. q. καπνοδόχη.

καπνοδόχη, ἡ, (δέχομαι) fumarium.

καπνοδόχος, ον, (δέχομαι) fumum excipiens.

καπνοποιός, όν, (ποιέω) fumum edens.

καπνός, οῦ, ὁ, fumus. 2) ignis.

καπνοσφράντης, ου, ὁ, (ὀσφραίνομαι) fumi olfactor, homo sordidae parsimoniae.

καπνοῦχος, ου, ὁ, (ἔχω) tubulus, per quem fumus exit. dub.

καπνόω, (καπνός) fumigo, suffio, in fumum muto, comburo. Med. fumum edo.

καπνώδης, ες, (καπνός) fumosus, fumidus 2) nebulosus. 3) facculentus.

κάπος, ὁ, Aeol. κάπυς, spiritus, flatus, ap. Gramm. cf. κάπω.

κάππα, τό, nomen literae graecae v. κ.

Καππᾰδόκης, ὁ, vel Καππάδοξ, οκος, ὁ, Cappadox. Unde Καππαδοκίζω, Cappadocum more me gero, i. e. ignavus et lucri cupidus sum. Med. Cappadocum mores induo.

καππάριον, ου, τό, parva capparis, frutex et fructus. Dimin. a seq.

κάππᾰρις, εως, ἡ, capparis, frutex spinosus.

κάππεσον, ες, ε, Epice p. κατέπεσον, aor. 2. a καταπίπτω, Hom.

καππαφόρος, ον, (κάππα, φέρω) Kappa ferens inustum vel quocumque modo impressum, epith. equi ap. Lucianum. Litera illa significari existimant Corinthum, ubi praeclari equi alebantur. v. κοππατίας.

καππῡρίζω, i. q. καταπυρίζω, ignem concipio, conflagro, Theocr. 2, 24.

καππώτας, ου, ὁ, v. λεύς.

κάπραινα, ἡ, (κάπρος) sus fera. 2) mulier libinosa.

καπράω, subo, velut sus aprum appetens, prurio libidine. Ab eod.

καπρία, ἡ, vel καπριά, ἡ, virus e genitalibus scrofarum: carnes in genitali cameli prominentes, ἃς τέμνουσιν ὁπόταν εἰς πόλεμον ἐξίωσιν, οὐκέτι γὰρ συνουσιάζουσι, Suid.

κάπρειος, α, ον, (κάπρος) aprinus.

καπριάω, subo, prurio. Ab eod.

καπρίζω, idem. Ab eod.

κάπριος, ὁ, poet. p. κάπρος, Il. 11. 414. 12, 42. σῦς κάπριος, Il. 11, 293. 17, 282.

κάπριος, ον, i. q. κάπρειος, aprinus, aprugnus, apro similis, ut καπρίους πρώρας, aprorum instar rostratas proras, Hdt. 3, 59.

καπρίσκος, ου, ὁ, Dimin. a κάπρος, piscis quidam. A seq.

κάπρος, ου, ὁ, aper, verres. 2) virilia.

καπροφόνος, ον, (φονεύω) apri confector.

καπρώζω, i. q. καπράω.

κάπτω, f. κάψω, repetitis identidem et interpellatis morsibus appeto, vellicatim carpta demitto; hinc edo, comedo, avide edo, mordeo; item pro κάπω, quae vox est radix.

καπύρια, et καπυρίδια, τά, (καπυρός) crustula, placentae genus.

κᾰπῡρίζω, f. ίσω, clare et sonore rideo, cachinnor. 2) gulae indulgeo et ventri servio.

καπυριστής, οῦ, ὁ, ganeo.

κᾰπῡρός, ρά, ρόν, torridus, adustus. 2) auram magno cum fragore efflans, exspirans. καπυρὸν γελάσας, magno cum cachinno veluti efflans risum, Epigr. καπυρὸν στόμα, os sonorum, clare sonans, Theocr. 7, 37. cf. Mosch. 3, 94. (Radix est κάπω, καπύω.)

καπυρόω, calidum, fervidum reddo. A pr.

καπύω, (κάπω) flo, exspiro, ut hinc sit aor. 1. ἐκάπυσσε, efflavit, Il. 22, 467. (υ breve)

καπφάλαρα, deterior scriptura p. κὰπ φάλαρα, Il. 16, 106. i. e. κατὰ φ.

κάπω, aperio os ad captandum aerem, spiro cum aliquo nisu et respiro, adspiro, appeto, capio. Ab hoc themate obsoleto in usu est part. perf. κεκαφηώς: κεκαφηότα θυμόν, vehementer spirantem, aerem captan-

tem, i. e. male agentem animam, Il, 5, 698. Od. 5, 468. A κάπω, derivantur κάπος, κάπυς, καπύω, κάπτω, καπνός, et Lat. capio.

κάπων, ωνος, ὁ, capo, gallus castratus.

κὰρ, poet. p. κατὰ ante ῥ, κὰρ ῥόον, Il. 12, 33. κὰρ ῥα, Il. 20. 421.

κάρ, vetus forma p. κάρη, κάρα, caput. Hinc. Il. 16, 392. ἐπὶ κάρ, in praeceps, in caput, Il. 16, 392. ἀνὰ κάρ, sursum versus, in superiorem partem, in acclive.'

κάρ, antiquum vocabulum significans i. q. θρίξ, capillus, ejusdem radicis cum κάρα. Hinc Il. 9, 378. τίω, δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, nihili eum facio, proprie capillo parem. Ita cum Passovio hic locus intelligendus videtur; alii καρός, *Dorice* dictum putabant pro κηρός, morti parem, alii scribebant Καρός, Cari i. e. vili homini parem, utrumque repugnante metro. Vocabulum κάρ derivandum esse videtur a κείρω, tondeo, sicuti ἀκαρές, quod vide, ita ut proprie sit capillus detonsus, res vilissima.

Κάρ, (ᾰ) ὁ, *gen.* Καρός, Car; *fem.* Κάειρα, (α. br.) Cares, utpote qui mercenarios milites aliis sese praebebant, in maximum apud Graecos abierant contemtum: hinc proverbium ἐν Καρὶ κινδυνεύειν, in re vili et contemta periculum facere. cf. Valck. Hdt. 5, 68. Hemsth. ad Ar. Pl. arg. p. 6. sqq. (*seriores* tantum α corripiunt, v. Jacobs A. P. p. 441.)

κάρᾱ, τό, *Ion.* κάρη, *gen.* κάρητος, καρήατος, *ap. seriores* κάρης, κάρη, κάρην, caput. ἐμῷ κάρᾳ, Soph. O. C. 564. Ant. 1272. κάρᾱ, nom. pl. Hom. h. Cer. 12. (⏑-)

καράβιον, ου, τό, parvus carabus. 2) navicula. *Dimin.* a κάραβος. (-⏑⏑⏑)

καραβίς, ίδος, ἡ, i. q. κάραβος, 1.

κᾰραβοειδής, ές, (εἶδος) carabi speciem habens.

κᾱρᾱβοπρόσωπος, ον, carabi os, caput habens.

κάραβος, ου, ὁ, carabus, animal marinum e cancrorum genere, cauda a ceteris cancris distans. *Plin.* 2) insectum de genere scarabaeorum, scarabaeus taurus, vel lucanus. 3) navigii genus. (-⏑⏑)

κᾱρᾱβώδης, ες, e caraborum genere.

κᾰρᾱδοκέω, f. ήσω, (κάρα, δοκέω) specto, capite quasi ad videndum exserto, s. elato, s. conversu: studiose attendo: exspecto.

κᾰρᾱδοκία, ας, ἡ, spes, exspectatio. A pr.

καραιβαρέω, gravitate capitis laboro. *dub.* v. καρηβαρέω.

καρακάλλιον, ου, τό, cucullа, caracalla: etiam καράκαλλον. (Est vox aut latina, aut barbara.)

καράμβιος, ὁ, i. q. κάραβος, 2.

καρᾱνιστής, οῦ, ὁ, (κάρα) capitalis.

καρᾱνιστήρ, ῆρος, ὁ, (κάρα) caput resecans, interficiens amputando capite.

κάρᾱνον, τό, *Dor.* et *Att.* p. κάρηνον, Aesch. Choë. 392.

κάρανος, ου, ὁ, dominus, qui summo cum imperio praeest, caput reliquorum, rex, princeps. Vocabulum Persicum. Xen. h. gr. 1, 4, 1. (⏑-⏑)

καρανόω, i. q. κεφαλαιόω, summatim dico, narro: absolvo, perficio, Aesh. Choë. 524. 701.

καρᾱτομέω, f. ήσω, (καρατόμος) caput amputo, decollo, τινά.

καρᾱτομία, ας, ἡ, capitis amputatio. A seq.

καρᾱτόμος, ον, (κάρα, τέμνω) qui caput amputat, carnifex. καράτομος, ον, cui caput amputatum est.

Καρβανίζειν, et Καρβάζειν, et Καρβαΐζειν, Carice ac barbare loqui. Hesych.

κάρβᾰνος, η, ον, i. q. βάρβαρος, Aesch. Sup. 124.

κάρβᾱσα, τά, carbasa, vela lintea.

καρβατίνη, ης, ἡ, vile et rusticum calceamentum. (-⏑⏑-) v. καρβάτινος.

καρβάτινος, η, ον, coriaceus, unde οἰκίαι καρβάτιναι, Mathem. vett. p. 101. Hinc etiam καρβατίνη, sive καρπατίνη, quod vide (-⏑⏑⏑)

καρδαμάλη, ἡ, vel παρδαμάλη, panis nasturtio conditus, v. κάρδαμον. Vox persica.

καρδαμίζω, (κάρδαμον) cardamum imitor. 2) aspero vultu sum, aspere intueor.

καρδαμίνη, ης, ἡ, herba nasturtio similis, cardamina. Ab eod.

καρδαμίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

λόχος, ὁ, (λέγω) locus insidiis aptus, insidiae: λόχονδε ἰέναι, in insidias ire, Il. 1, 227. λόχον εἷσαι, in insidiis collocare, Hom. it. λόχον εἷσαι τινα, in insidiis collocare aliquem, Hes. Th. 174. *b*) insidiandi actio, insidiae, Il. 24, 779. Od. 4, 441. insidiandi modus, Od. 4, 395. *c*) milites in insidiis collocati, Il. 8, 522. *d*) quaeque manus militum, et quidem peditum, Il. 20, 49. Hinc Attici λόχος usurpant de certo quodam numero militum: centuria, numerus centum militum. *e*) quaevis manus, concio. - 2) partus. - 3) mensis Macedonicus, idem qui Atticorum Μαιμακτηριών.

λοχώ, οῦ, ἡ, i. q. λεχώ, puerpera.

λόω, vide λούω.

λύα, ἡ, (λύω) seditio, dissidium, pugna, i. q. στάσις, Pind. N. 9, 34. (⏑-) Hinc

λυάζω, i. q. στασιάζω, Hesych.

Λυαῖος, ὁ, (λύω) solutor, epith. Bacchi.

λυγάζω, i. q. ἠλυγάζω, valde dub. Ruhnk. Tim. p. 119.

λυγαῖος, αία, αῖον, (λύγη) tenebrosus, obscurus, niger, it. ἠλυγαῖος.

λυγαίως, adv. obscure, latenter.

λυγγαίνω, it. λυγγάνω, (λύζω, λύγξ, ἡ) singultio.

λυγγώδης, ες, (λύγξ) continenter et assidue singultiens.

λύγδην, adv. (λύζω) singultim.

λυγδίνεος, έα, εον, i. q. λύγδινος. (ῐ)

λύγδινος, ίνη, ινον, lygdinus, candidus. 2) e lygdo confectus. A seq.

λύγδος, ου, ὁ, lygdus, lapis candidissimus, marmor Parium.

λύγη, ης, ἡ, tenebrae, obscuritas. (--) cf. ἠλύγη.

λυγηρός, ά, όν, (λύγος) flexilis.

λυγίζω, f. ίσω, (λύγος) flecto, torqueo, vico. Med. in omnes partes me flecto, elabi conor.

λύγινος, ίνη, ινον, (λύγος) vimineus. (ῠ)

λύγισμα, ατος, τό, (λυγίζω) flexus. 2) cantus mollis, fractus, flexus vocis in cantu. (ῠ)

λυγισμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

λυγιστής, οῦ, ὁ, (λύγος, λυγίζω) victor.

λυγιστικός, ή, όν, (λυγίζω) agilis in flectendo se. 2) qui flecti potest.

λυγιστός, ή, όν, (λυγίζω) flexilis.

λύγκειος, α, ον, (λύγξ) lynceus. 2) acerrimo visu praeditus.

Λυγκεύς, έως, ὁ, Lynceus quidam, insigni visus acie, unde proverb.

λυγκικός, ή, όν, lynceus.

λυγκίον, τό, Dim. a λύγξ.

λυγκούριον, τό, it. λιγκούριον et λιγγούριον, electrum, ita dictum a λύγξ et οὖρον, quod e lyncis urina concrescere credebatur.

λυγμός, οῦ, ὁ, (λύζω) singultus.

λυγμώδης, ες, i. q. λυγγώδης

λύγξ, ὁ, *gen.* λυγκός, lynx, Hom. h. 18, 24. Seriores etiam gen. λυγγός usurpasse videntur, v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 91.

λύγξ, ἡ, gen. λυγγός, (λύζω) singultus.

λυγόδεσμος, ον, (λύγος, δεσμός) vitice vinctus.

λυγοπλόκος, ον, (πλέκω) e viminibus plectens.

λύγος, ὁ, usitatius ἡ, vimen, vitex: virga, bacillum: inpr. vitex agnus castus, qui et ἄγνος. 2) i. q. στρεβλή, prelum in quod conjiciuntur ea quae glutinantur et committuntur, prelum glutinatorium. (⏑⏑)

λυγοτευχής, ές, (λύγος, τεύχω) vimineus, ut λυγοτευχὴς κύρτος, de cavea psittaci.

λυγόφως, τό, (λύγη, φῶς) i. q. λυκόφως, q. v. Schol. Ap. Rh. 2, 671.

λυγόω, f. ώσω, (λύγος) flecto, inflecto, vincio, ligo.

λυγρός, ρά, ρόν, gravis, difficilis, funestus, tristis, exitiosus, miserabilis, misero conveniens. it. ignavus, de milite, Il. 13, 119. 237. Od. 18, 107.

λυγρῶς, adv. graviter, exitiose, miserabiliter.

λυγώδης, ες, (λύγος) vitici similis, lentus, flexilis.

Λύδειος, ον, i. q. Λύδιος, Lydius. (--⏑)

Λυδή, ἡ, Fem. a Λυδός, femina ex Lydia oriunda.

Λυδία, ας, ἡ, Lydia, regio Asiae min.

Λυδιάζω, Lydos imitor. 2) cum Lydis facio. 3) intemperanter lascivio. v. λυδοπαθής.

Λυδιακός, ή, όν, Lydius.

Λυδίζω, i. q. Λυδιάζω.

Λύδιος, ία, ιον, Lydius. Λυδία λίθος, ἡ, lapis Lydius, βάσανος. (-⏑⏑)

Λυδιστί, Ad. (Λυδίζω) Lydorum imitatione, Lydio more. (--⏑)

λυδίων, ωνος, ὁ, ludio, ludius, vox Lat.

λυδοπαθής, ές, (πάθος) obnoxius iis πάθεσι, quibus Lydi, voluptarius, mollis.

Λυδός, οῦ, ὁ, Lydus, e Lydia oriundus. 2) i. q. λυδίων.

λύζω, f. ξω, singultio, singulto.

λύη, ἡ, Ion. p. λύα. (⏑-)

λύθεν, 3 pl. aor. 1. pass. a λύω, Aeol. p. ἐλύθησαν. (⏑⏑)

λύθρον, ου, τό, cruor, sanguis pulvere mixtus, sanies, tabum. Hom.

λυθρόω, f. ώσω, cruento, sanguine cum pulvere permisto foedo. A pr.

λυθρώδης, ες, cruentus. Ab eod.

λυκαβαντίδες Ὧραι, αἱ, anni tempora, Anth. A sq.

λυκάβας, αντος, ὁ, annus, Od. 14, 161. 19, 306. acc. λυκάβαν, epigr. adesp. 194, 8. (ex obsoleto λύκη i. e. lux et βαίνω, proprie meatus lucis s. solis.) (⏑⏑-)

λυκάγχη, ἡ, (λύκος, ἄγχω) i. q. κυνάγχη.

Λύκαια, τά, v. Λυκαῖος, 2. (ῠ)

λύκαινα, ης, ἡ, Fem. a λύκος, lupa. (ῠ)

λυκαινίς, ίδος, ἡ, parva lupa. Dimin. a praec.

λυκαινόμορφος, ον, (μορφή) lupae formam habens.

Λυκαῖον, τό, vel Λυκαῖος, ὁ, Lycaeus, mons Arcadiae.

Λυκαῖος, αία, αῖον, Lycaeus, Arcadicus: epith. Jovis et Panis. 2) τὰ Λύκαια, sc. ἱερά, sacra Jovis Lycaei: it. Lupercalia Romanorum, a λύκος, lupus.

λυκανθρωπία, ας, ἡ, morbus melancholicus, quo qui laborant, noctu luporum more egrediuntur, et in primis circa mortuorum corpora, donec illucescat, versantur. A seq.

λυκάνθρωπος, ὁ et ἡ, (λύκος) qui vel quae lycanthropiae morbo laborat. 2) λυκάνθρωπος, ἡ, sc. νόσος, i. q. λυκανθρωπία.

λυκαυγής, ές, (λύκη, αὐγή) unde τὸ λυκαυγές, diluculum.

λύκαψος, ἡ, it. λύκοψος, ἡ, et λυκοψίς, ἡ, herba quaedam anchusae similis. (⏑-⏑)

λυκέη, contr. λυκῆ, ῆς, ἡ, sc. δορά, (λύκος) pellis lupina. 2) galea, tegmen capitis e pelle lupina.

λυκεία, ἡ, i. q. λυκέη.

Λύκειον, τό, Lyceum, gymnasium Athenis, ab Apollinis Λυκείου templo dictum. Propr. neutr. a seq. (ῠ)

λύκειος, εία, ειον, vel λύκειος, ον, (λύκος) lupinus. 2) Est etiam Apollinis epitheton, i. q. λυκοκτόνος. Secundum alios idem valet atque Λυκηγενής, q. v. (⏑-⏑)

λυκεργής, ές, i. q. λυκοεργής, v. l. ap. Hdt. 7, 76.

λυκῆ, ἡ, Att. contr. p. λυκέη, q. v.

λύκη, ἡ, vox obsol. Macrob. Saturn. 1, 12. lux, lux prima praecedens solis ortum. Hinc derivantur λυκόφως, ἀμφιλύκη, λύκος, λύχνος, λύγδος, λεύσσω, λευκός, item Lat. luceo, lux. (⏑-)

Λυκηγενής, ές, (Λυκία, γένος) e Lycia oriundus, epith. Apollinis, Il. 4, 101. 119.

λυκηδόν, *adv.* (λύκος) luporum more.

λυκηθμός, οῦ, ὁ, luporum ululatus.

λυκήλατος, ου, ὁ, anguilla.

λυκιδεύς, έως, ὁ, (λύκος) lupi catulus.

Λυκιεργής, ές, i. q. Λυκιοεργής.

Λυκίηθεν, adv. e Lycia.

Λυκίηνδε, adv. in Lyciam.

Λυκιοεργής, ές, contr. Λυκιουργής, ές, (Λυκία, ἔργον) in Lycia factus, operis Lycii.

λύκιον, ου, τό, lycium, arbor spinosa. 2) succus e lycio arbore s. frutice extractus. (⏑ breve.)

Λύκιος, ία, ιον, Lycius. οἱ Λύκιοι, Lycii. Λυκία, ἡ, Lycia, regio. (ῠ)

Λυκιουργής, ές, i. q. Λυκιοεργής.

λυκίς, ίδος, ἡ, (λύκος) lupa parva.

λυκίσκος, ου, ὁ, trochlea, sucula carens, solum foramen habens. Hesych.

λυκοβάτας, ου, ὁ, (λύκος, βαίνω) ut λυκοβάτας δρυμός, nemus, saltus, ubi lupi versantur.

λυκόβρωτος, ον, (βιβρώσκω) a lupo mansus, laceratus.

λυκόδοντες, (ὀδούς) canini dentes, qui bini, al. κυνόδοντες.

λυκοειδής, ές, (λύκος, εἶδος) lupo similis. τὸ λυκοειδές, έος, dolor fauces infestans.

λυκοεργής, ές, (λύκος, ἔργον) lupos conficiens.

λυκοθαρσής, ές, (θάρσος) lupi more audax, magnanimus.

λυκοθήρας, ου, (θήρα) luparius, Gl. Vet. i. e. qui lupos venatur.

λυκοκτονέω, f. ήσω, lupum, lupos occido. A seq.

λυκοκτόνος, ον, (κτείνω) luporum interfector. τὸ λυκοκτόνον, ου, aconitum, cujus esus lupos enecat. λυκόκτονος, ον, a lupis occisus.

λυκόμορφος, ον, (μορφή) lupo similis.

λυκοπάνθηρ, ηρος, ὁ, animal, quod ex parte lupus, ex parte panthera est.

λυκόποδες, ων, οἱ, satellites tyrannorum: vel quod pedes pellibus lupinis contectos haberent, vel potius quod luporum more rapaces essent, vel etiam lupi insigne in clypeis gestarent.

λυκοῤῥαίστης, ου, ὁ, luporum laniator, λυκοῤῥαῖσται κύνες in Epigr.

λύκος, ου, ὁ, lupus. Proverb. λύκον ἰδεῖν, obmutescere, Plat. de rep. I. p. 336. D. 2) piscis qui alio nomine καλλιώνυμος, Athen. 3) aranei genus, Hesych. 4) lupatum, freni genus asperrimum: it. i. q. μάνδαλος s. κόραξ. 5) λύκοι etiam dicebantur paederastae. 6) avis e monedularum genere, Aristot. 7) instrumentum quoddam coquinarium.

λῠκοσπάς, σπάδος, ὁ, ἡ, a lupo raptus, laceratus. λυκοσπάδες, οἱ, genus equorum a freni genere, quod λύκος, lupatum, Plut. Symp. Nicandri Scholiastae, vespae.

λυκόστομος, ον, (στόμα) qui ore lupino est.

λυκόφθαλμος, ον, lupinos oculos habens, gemmae nomen.

λῠκοφῐλία, ας, ἡ, lupina, suspecta et subdola amicitia.

λῠκοφίλιος, ον, subdolus, suspectus, lupina amicitia nixus. (ῐ)

λῠκοφῐλίως, adv. subdole.

λυκοφόρος, ον, (φέρω) lupum ferens: sc. ut insigne.

λυκόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) qui est lupini animi.

λῠκοφως, τό, (λύκη) tempus ante solis exortum, crepusculum, diluculum.

λῠκόχροος, ον, contr. λυκόχρους, (χρόα) lupi colorem habens.

λῠκοψία, ας, ἡ, (λύκη, ὄψις) nox sublustris, vel noctis obscuritas, crepusculum.

λυκοψίς, ἡ, et λύκοψος, ἡ, it. λύκαψος, quarta anchusae species, Diosc., Gal.

λυκόω, (λύκος) dilanio, dilacero lupi more. Pass. λυκοῦμαι, unde perf. part. λελυκωμένα, a lupo dilacerata.

λυκώδης, ες, lupinus, lupo similis, epith. coloris. Est autem medius inter album et nigrum.

λῦμα, τό, (λύω, λούω) purgamentum, sordes. 2) flagitium, piaculum. 3) homo flagitiosus s. piacularis. 4) i. q. λύμη, pernicies. 5) pignus.

λῡμαίνομαι, ignominiose aliquem tracto, ludibrio habeo, violo, c. acc. vel c. dat. 2) devasto, labefacto, populor, vitio, corrumpo, perdo. 3) purgo me, raro. (Activum λυμαίνω apud Libanium primo occurrit.)

λῡμαντήρ, ῆρος, ὁ, perditor, corruptor. A praec.

λῡμαντήριος, ία, ιον, perniciosus, exitialis. A praec.

λῡμαντής, οῦ, ὁ, idem quod λυμαντήρ, et ab eod.

λῡμαντικός, ή, όν, i. q. λυμαντήριος.

λῡμάντωρ, ορος, ὁ, i. q. λυμαντήρ, poet.

λῦμαρ, τό, poet. p. λῦμα, λύμη.

λύμασις, ἡ, i. q. λύμη, Aesch. (ῡ)

λῡμεών, ῶνος, ὁ, perditor, vastator, eversor, violator.

λῡμεωνεύομαι, i. q. λυμαίνομαι, Pol.

λύμη, ης, ἡ, lues, noxa, detrimentum, exitium. 2) contumelia. 3) sordes. 4) quicquid obest, nocet, perdit: ut latinorum pernicies, pestis.

λῡμήτης, ου, ὁ, poet. p. λυμαντήρ.

λῡμώδης, ες, (λύμη) perniciosus, contumeliosus.

λῡπαλγής, ές, (λύπη, ἄλγος) dolore tristis.

λυπέω, f. ήσω, dolore, molestia, adficio, contristo. 2) laedo, offendo, detrimento adficio, noceo, λυποῦμαι, Med. tristor, maereo. A seq.

λύπη, ης, ἡ, dolor, animi molestia et aegritudo, (‒ ‒)

λύπημα, ατος, τό, (λυπέω) idem. (‒ ‒ ⏑)

λῡπηρός, ρά, ρόν, molestus, molestiam et aegritudinem animi adferens, acerbus, tristis.

λῡπηρῶς, adv. cum molestia, moleste, cum dolore, dolenter.

λῡπησίλογος, ον, (λυπέω, λόγος) sermonibus molestus.

λῡπητικός, ή, όν, (λυπέω) qui tristitia adficit. 2) ad tristitiam pronus.

λυπρόβιος, ον, (λυπρός, βίος) qui duram degit vitam.

λυπρόγαιος, ον, (γαῖα, γῆ) Att. λυπρόγεως, ων, gracile et macilentum solum habens.

λυπρός, ά, όν, idem quod λυπηρός. 2) gracilis, macilentus, aridus, sterilis. 3) vilis, tenuis, opp. copioso et sufficienti. 4) asper; epith. numi recentis. 5) act. dolore afficiens.

λυπρότης, ητος, ἡ, ariditas, sterilitas, gracilitas, macies. A praec.

λυπρόχωρος, ον, (χώρα) idem quod λυπρόγαιος.

λυπρῶς, adv. (λυπρός) tenuiter, aspere etc.

λύρα, ας, ἡ, lyra, instrumentum musicum. 2) sidus caeleste. 3) piscis quidam. (⏑ ‒)

λῠρᾰοιδός, οῦ, ὁ, lyricen, qui lyra canit.

λῠρίζω, f. ίσω, (λύρα) lyra cano, lyra ludo.

λῠρικός, ή, όν, lyricus, melicus. 2) ὁ, Subst. poeta lyricus. Ab eod.

λύριον, ου, τό, parva lyra. Dim. a λύρα. (ῠ)

λῠρισμός, οῦ, ὁ, (λυρίζω) cantus lyrae.

λῠριστής, οῦ, ὁ, qui lyra canit, fidicen.

λῠρογηθής, ές, (γηθέω) lyra gaudens, Epith. Apoll. in Epigr.

λυρόεις, όεσσα, όεν, (λύρα) lyricus, cui lyrica modulatio inest.

λῠροεργός, οῦ, ὁ, ἡ, (ἔργον) qui lyras conficit.

λῠροθελγής, ές, (θέλγω) lyra seu lyrae cantu gaudens, vel demulcens.

λῠρόκτῐτος, ον, (κτίζω) lyra conditus, urbis Thebarum epitheton.

λῠροκτῠπίη, ης, ἡ, lyrae sonus, lyrae pulsus. A seq.

λῠροκτύπος, ον, (κτυπέω) lyram pulsans; sonitum ciens ut lyrae. (ῠ)

λῠροπηγός, οῦ, ὁ, ἡ, (πήγνυμι) i. q. λυροποιός.

λυροποιέω, f. ήσω, (λυροποιός) lyras facio.

λῠροποιητικός, ή, όν, lyras conficiendi peritus. A praec.

λῠροποιία, ας, ἡ, (λυροποιός) lyrarum compactio, lyrarum conficiendarum scientia.

λῠροποιϊκός, ή, όν, idem quod λυροποιητικός.

λῠροποιός, οῦ, ὁ, ἡ, (ποιέω) qui lyras conficit, compingit.

λύρτος, εος, τό, i. q. σκύφος, in dialecto Epirotarum.

λῠρώδης, ες, (εἶδος) i. q. λυρόεις.

λῠρῳδία, ας, ἡ, lyrae cantus. A seq.

λῠρῳδός, οῦ, ὁ, contr. p. λυραοιδός, lyricen.

λῠρῳδῶς, adv. more lyra canentium.

λῠρωνία, ἡ, (ὠνέομαι) emtio lyrae.

λῡσᾱνίας, ου, ὁ, (λύω, ἀνία) dolores solvens. 2) nom. propr. (‒ ⏑ ⏑ ‒)

λῡσέρως, ωτος, ὁ, (ἔρως) amorem solvens.

λῡσήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ἀνήρ) homines frangens, debilitans.

λυσίγᾰμος, ον, nuptias solvens.

Λῡσίας, ου, ὁ, Lysia, nom. propr.

λυσιγυία, ἡ, s. λῡσιγυΐα, membrorum solutio, luxatio.

λῡσίγυιος, ον, (γυῖον) membra solvens, dissolvens artus.

λῡσίδῐκος, ον, (δίκη) qui lites dirimit. 2) qui jura dissolvit.

λῡσιέθειρα, ας, ἡ, capillos solutos sive passos habens. v. λυσίκομος.

λῡσίζωνος, ον, it. fem. λυσιζώνη. (ζώνη) quae zonam solvit, quae virgininitatem amisit soluta zona virginali, devirginata. 2) discinctus, de militibus. 3) epith. Dianae et Ilithyiae, quod parientibus zonam solvant.

λῡσίθριξ, τρῐχος, (θρίξ) capillos solutos s. passos habens.

λῡσίκᾰκος, ον, (κακός) a malis liberans.

λῡσίκομος, ον, (κόμη) capillos solutos s. passos habens.

λῡσιμᾰχία, ας, ἡ, et λῡσιμάχιον, τό, Lysimachia, herba, cujus ea vis esse dicitur, ut jumentis discordantibus imposita, asperitatem cohibeat.

λῡσίμᾰχος, ον, it. λυσιμάχη, (μάχη) pugnam, rixam solvens s. componens. 2) nom. propr.

λῡσιμελής, ές, (μέλος) solvens membra, Epith. somni et mortis.

λυσιμέριμνος, ον, (μέριμνα) curas solvens. 2) curis solvendis idoneus.

λύσιμος, ον, (λύσις) solubilis. 3) qui refelli vel refutari potest. (⏑ ⏑ ⏑)

λῡσίνομος, ον, (νόμος) legem dissolvens, legem rumpens, Nonn.

λύσιος, ία, ιον, vel λύσιος, ον, (λύσις) solvendi s. liberandi vim habens. Epith.

Bacchi, quia solvit et liberat curis. At λύσιοι Θεοί, expiationum praesides dii. τὰ λύσια, sacra Bacchi. (ῡ)

λυσιπαίγμων, ονος, (παῖγμα) in jocos resolvens, jocos quasi vinculis liberans et emittens, Anacr. 39, 9. ubi prima correpta occurrit, v. Mehlhorn p. 169.

λυσιπήμων, ονος, (πῆμα) dolores solvens, dolore liberans, Orph. h. 2, 11. prima brevi.

λῦσίποθος, ον, (πόθος) desiderium s. amorem solvens, tollens.

λῦσίπονος, ον, laboribus et molestiis liberans, dolores eximens. Epith. Bacchi. 2) labore quasi solutus, i. e. fractus, λυσίπονοι θεράποντες, Pind.

λύσις, εως, ἡ, (λύω) solutio, dissolutio. 2) actio solvendi captivitate. 3) redemtio. 4) solutio quaestionis vel aenigmatis. 5) solutio pecuniae vel debiti. 6) expiatio. (⏑⏑)

λῦσισωματέω, soluto, languido corpore sum. A seq.

λῦσισώματος, ον, (σῶμα) soluti, languidi corporis.

λῦσιτέλεια, ας, ἡ, (λυσιτελής) utilitas, reditus, fructus.

λῦσιτελέω, utilis sum, prosum. A seq.

λῦσιτελής, ές, (λύω, τέλος) proprie factos in rem sumtus cum lucro refundens: hinc utilis, frugifer, commodus.

λῦσιτελούντως, adv. utiliter. A λυσιτελέων, quod est partic. praes. a λυσιτελέω.

λῦσιτελῶς, adv. (λυσιτελής) utiliter, commode.

λῦσιφλεβής, ές, (φλέψ) venas solvens s. aperiens.

λῦσίφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) mentem curis solvens s. liberans. Epith. Lyaci s. Bacchi.

λυσιῳδός, ὁ, ἡ, (ᾠδή) histrio vel pantomimus, dictus a Lyside, poeta carminum obscenorum, qui illud ludicri genus invenisse fertur.

λύσσα, Att. λύττα, ης, ἡ, rabies, furor, proprie canum. 2) vermiculus sub lingua canum, quo exemto nec rabidi fieri, nec fastidium sentire dicuntur. 3) amor insanus.

λυσσαίνω, idem quod λυσσάω. A praec.

λυσσαλέος, εα, έον, (λυσσάω) rabidus.

λυσσάς, άδος, ἡ, rabida, rabiosa.

λυσσάω, Att. λυττάω, (λύσσα) rabidus sum, in rabiem actus furo, de canibus et lupis, it. de homine.

λυσσηδόν, adv. (λύσσα) rabido more, furibunde.

λυσσήεις, εντος, ὁ, rabidus, furiosus.

λύσσημα, ατος, τό, (λυσσάω) rabies, furor.

λυσσήρης, ες, i. q. λυσσαλέος.

λυσσητήρ, ῆρος, ὁ, rabidus, rabiosus, κύων λ. Il. 8, 299.

λυσσητής, οῦ, ὁ, i. q. λυσσητήρ.

λυσσητικός, ή, όν, i. q. λυσσαλέος.

λυσσόδηκτος, ον, (λύσσα, δάκνω) a rabido cane morsus.

λυσσομανέω, rabie agor, furo. A seq.

λυσσομανής, ές, (μαίνομαι) in rabidum furorem actus, rabidus furore.

λυσσόω, in rabiem ago, rabidum facio. Med. furo.

λυσσώδης, ες, (λύσσα, εἶδος) rabidus, rabiosus.

λυσσῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) trux; torva visu.

λύτειρα, ἡ, fem. a λυτήρ. (⏑–⏑)

λυτήρ, ῆρος, ὁ, (λύω) qui solvit, solutor, liberator, expiator. 2) arbiter, Aesch.

λυτηριάς, άδος, ἡ, i. q. λύτειρα, λυτηρία, quae solvit, liberat.

λυτήριος, ια, ιον, plerumque duarum termin. solvens, solvendi s. liberandi vim habens: ad solvendum pertinens: expiatorius.

λυτικός, ή, όν, ad solvendum s. liberandum pertinens, aptus, solvendi vim habens.

λυτικῶς, adv. cum vi dissolvendi.

λυτός, ή, όν, (λύω) solubilis, qui solvi potest. 2) solutus.

λύτρον, ου, τό, redemtionis pretium.

λυτροχάρης, ές, (χαίρω) redemtionis pretio gaudens.

λυτρόω, (λύτρον) soluto redemtionis pretio liberum dimitto. Med. redimo. Hinc

λύτρωσις, ἡ, dimissio in libertatem. 2) redemptio: expiatio.

λύττα, ἡ, λυττάω, Att. p. λύσσα, λυσσάω.

λύτωρ, ορος, ὁ, *poet.* p. λυτήρ. (⏑–)

λυχναῖος, ου, ὁ, et λυχνεύς, έως, ὁ, (λύχνος) lapis pellucidus, genus pyropi, s. carbunculi.

λυχνάπτης, ου, ὁ, (ἅπτω) qui lychnum s. lumen accendit.

λυχναψία, ας, ἡ, luminis seu lychni accensio, lucernarum accensio. A praec.

λυχνεῖον, ου, τό, (λύχνος) candelabrum.

λυχνεύς, έως, ὁ, fax, lucerna. 2) i. q. ὁ λυχναῖος, λυχνίτης λίθος.

λυχνεύω, f. εύσω, praeluceo.

λυχνεών, ῶνος, ὁ, lucernarum repositorium.

λυχνία, ας, ἡ, candelabrum. 2) idem quod λυχνεών.

λυχναῖος, αία, αῖον, ut λυχναία φλόξ, lucernae flamma.

λυχνίας, ου, ὁ, sc. λίθος, i. q. λυχνίτης.

λυχνίδιον, ου, τό, lucernula. Dim. a λύχνος.

λυχνικόν, τό, hora lucernaris.

λυχνίον, vel λύχνιον, τό, lucernula. Dim. a λύχνος.

λυχνίς, ίδος, ἡ, flos quidam, rosa Graeca, item populia. 2) gemma quaedam splendens in tenebris.

λυχνίσκος, ου, ὁ, Dim. λύχνος, lucernula. 2) genus piscis, Lucian.

λυχνίτης, ου, ὁ, *fem.* λυχνῖτις, ιδος, ad lucernam pertinens, lucernae similis, lucernarius. *a*) λυχνίτης λίθος, lapis pellucidus et splendens, v. λυχναῖος, λυχνεύς, λυχνίας. diversa est gemma dicta λυχνίς. *b*) φλομὶς λυχνῖτις, herba lucernaria, cujus foliis utebantur pro ellychniis.

λυχνόβιος, ον, (βίος) noctu agenda interdiu agens, et interdiu peragenda, noctu agens, lucernarius.

λυχνοκαΐα, ας, ἡ, Ion. λυχνοκαΐη, ης, ἡ, (καίω) dies festus apud Aegyptios, quo lampades accendebantur, Hdt. 2, 62.

λυχνοκαυτέω, f. ήσω, candelis utor per noctem; candelis illumino. A seq.

λυχνοκαύτης, ου, ὁ, (καίω) qui candelas vel lampadas accendit.

λυχνοκαυτία, ας, ἡ, luminum, lucernarum seu lychnorum accensio.

λύχνον, τό, i. q. λύχνος.

λυχνοποιέω, f. ήσω, lucernas conficio.

λυχνοποιός, όν, (ποιέω) lucernas conficiens.

λυχνόπολις, εως, ἡ, urbs lucernarum, nomen fictum a Lucian. in Ver. Hist.

λυχνοπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) lucernarum venditor.

λύχνος, ου, ὁ, plur. heterogen. τὰ λύχνα, Hdt. 2, 62. lychnus, lucerna, candela, lampas. 2) oculus, trop. 3) piscis genus, a colore.

λυχνοῦχος, ου, ὁ, (ἔχω) lychnuchus, qui lychnum tenet, qui lumen sustinet: candelabrum. 2) lucerna, monopodium cui lumen cum candelabro imponitur.

λυχνοφορέω, f. ήσω, lampada gesto.

λυχνοφοριάω, Lacon. p. λυχνοφορέω.

λυχνοφόρος, ον, (φέρω) lucernam ferens, praelucens.

λύχνωμα, ατος, τό, vox medicorum: linteolum, quo in curationibus vulnerum, fractionum, utuntur. Schol. Aristoph. Ipse Comicus vocat ὀθόνιον.

λύω, f. λύσω, pf. λέλυκα, pf. pass. λέλυμαι, aor. pass. ἐλύθην, aor. pass. *Ep.* ἐλύμην, unde ap. Homerum sunt formae λύμην, λῦτο, λύντο. solvo i. e. 1) libero, laxo, remitto, redimo: solvo e portu: λύειν τινὰ ἀποίνων, soluto redemtionis pretio aliquem liberum dimitto. Med. λύομαι, redimo. 2) dissolvo, veluti ἀγορὰν, concionem dimitto; νεῖκεα, rixam compono: dissolvo, diruo, everto: lenio, mitigo: λύειν μισθὸν, τέλη, mercedem, vectigalia solvere. λύειν γυῖα, γούνατά τινος, vel τινί, membra, genua alicujus laxare, i. e. eum interficere, occidere. 3) λύει, i. q. λυσιτελεῖ, prodest, Soph. O.T. 316. Pors. Med. 1359. (υ breve, sed ante σ longum. Bis ap. Homerum υ praes. et impf. producitur in arsi, Il. 23, 513. Od. 7, 74.)

λῶ, *Dor.* volo, verbum defect., unde praeter secundam et tertiam praes. sing. exstant modo 3. pl. λῶντι et inf. λῆν.

λωβάζω, i. q. λωβάομαι.

λωβάομαι, f. ήσομαι, (λώβη) injuria afficio, contumeliam infero, contumeliose tracto, *c. acc.* λωβᾶσθαί τινα λώβην, contumelia aliquem afficere, Il. 13, 623. 2) corrumpo, depravo, mutilo, mutilando deformo. 3) male tracto per vim, de militibus v. c. qui male tractant homines compilando, rapiendo, verberando, stuprando, Polyb. Apud seriores construitur etiam *c.* dat. Activum λωβάω exstat Pseudo-Phocyl. 33.

λώβευσις, εως, ἡ, contumeliae illatio, irrisio. A seq.

λωβεύω, f. εύσω, (λώβη) contumelia adficio. 2) irrideo, illudo.

λωβέω, λωβέομαι, ap. seriores i. q. λωβάομαι.

λώβη, ἡ, contumelia, injuria: opprobrium, dedecus: pernicies, clades, damnum, jactura, mutilatio.

λωβήεις, ήεσσα, ῆεν, damnosus, perniciosus. 2) dedecore afficiens.

λώβησις, εως, ἡ, (λωβέω) injuria s. contumelia.

λωβητήρ, ῆρος, ὁ, injuriae s. contumeliae auctor, injuriosus, contumeliosus. 2) contumelia dignus, flagitiosus.

λωβήτειρα, ἡ, *fem.* a λωβητήρ.

λωβητής, οῦ, ὁ, injuriosus, contumeliosus. 2) depravator, corruptor.

λωβητός, ή, όν, injuria s. contumelia adfectus, laesus. 2) injuriae s. contumeliae expositus, sive obnoxius. 3) dolore adfectus. 4) mancus, mutilatus.

λωβήτωρ, ορος, ὁ, convicïator, contume-

liosus. 2) qui nocet, qui perdit, qui vastat.

λωβός, ή, όν, i. q. λωβητός, dub. 2) ap. Graecos recentiores: leprosus, nam iisdem λώβη idem est quod λέπρα.

λωγάλιον, τό, i. q. λωγάνιον.

λωγάνιοι, οἱ, i. q. ἀστράγαλοι. 2) homines impudici, Hesych.

λωγάνιον, ου, τό, paleare.

λωγάς, άδος, ἡ, mulier impudica, meretrix, Hesych.

λώγασος, ου, ὁ, flagellum ex pelle taurina confectum.

λωΐων, ονος, neutr. λώϊον, (λῶ) optabilior, quem magis volumus, melior. (ῐ) Hinc novus Comp. λωΐτερος, α, ον, Od. 1, 376. 2, 141. (ῐ) Neutr. plur. τὰ λώϊα, p. τὰ λωΐονα, Theocr. 26, 32. Attice contrahitur λῴων, λῷον. Superl. λώϊστος, ον, contr. λῷστος.

λῶμα, ατος, τό, fimbria, instita, oris vestis.

λωμάτιον, ου, τό, *Dimin.* a praec.

λῶντι, v. λῶ.

Λῷος, vel λῶος, ου, ὁ, Lous, mensis, apud Macedonas, cujus in primum diem solstitium aestivum incidit.

λωπάς, άδος, ἡ, vestimentum tenue. A seq.

λώπη, ης, ἡ, pallium. 2) vestimentum, vestis.

λωπίζω, f. ίσω, veste exuo, denudo. A praec.

λώπιον, ου, τό, *Dimin.* a λώπη, λῶπος, parvula tunica. 2) vestis. 3) vestimentum vile. 4) velum nauticum.

λωποδυσία, ας, ἡ, (λωποδύτης) spoliatio, grassatio, proprie vestium exspoliatio.

λωποδυτέω, f. ήσω, veste exuo, vestimenta furor. 2) spolio, rapinis infesto, τινά. A seq.

λωποδύτης, ου, ὁ, (λῶπος, δύω) qui viatores vel mortuos vestimentis exuit et spoliat, s. in balneis depositas vestes surripit, grassator, praemiator. (ῠ)

λῶπος, ὁ, i. q. λώπη, pallium: vestimentum.

λῶρον, ου, τό, lorum, habena. 2) vinculum capitis, diadema. Voc. Latin.

λῶρος, ου, ὁ, idem.

λωροτομέω, (λῶρον, τέμνω) in lora seco.

λῷστος, η, ον, Att. contr. e λώϊστος, superl. a λωΐων, q. v.

λῶταξ, ἄκος, ὁ, (λωτός) tibicen.

λωτεῦντα, v. λωτόεις.

λωτίζω, (λωτός) lotum carpo: decerpo. Inpr. in Medio λωτίζομαι, mihi eligo, capio, Aesch.

λώτῐνος, ίνη, ινον, e loto factus.

λώτισμα, τό, (λωτίζω) flos: summum, praestantissimum in aliquo genere, λωτίσματα γῆς Ἑλλάδος, flos Graeciae, Eur.

λωτόεις, εσσα, εν, (λωτός, 1.) loti ferax, herbosus. Ponitur ob λωτεῦντα, Il. 12, 283. *Ion.* contr. e λωτόεντα. Aristarchus legit λωτοῦντα. Alii λωτεῦντα accipiunt pro λωτέοντα, quasi a λωτέω, i. q. λωτίζω, ἀνθέω.

λωτός, οῦ, ὁ, lotus. Hoc nomine appellantur quinque inter se diversa herbarum genera: 1) trifolium *melilotus* Linn. quo utebantur ad equos alendos, Il. 2, 776. 14, 348. 21, 351. Od. 4, 603. 2) arbor Africana, cujus fructu dulci vescebantur Lotophagi, Od. 9. 84 seq. Hdt. 4, 177. 3) planta Aegyptiaca in Nilo crescens, Hdt. 2, 92. 4) arbor quaedam lignum durum et nigrum habens, ex quo tibias faciebant: unde poet. λωτος pro tibia dicitur. *Celtis* australis Linn. 5) arbor Italica, Diospyros lotos, Colum. 7, 9. cf. Vossius ad Virg. Georg. 2, 84.

λωτοτρόφος, ον, (τρέφω) lotum alens seu producens.

λωτοφάγος, ον, (λωτός, φαγεῖν) loto vescens. 2) Λωτοφάγοι, οἱ, Lotophagi, populus Africae in Cyrenaica, Od. 9, 84. Hdt. 4, 177. (ᾰ)

λωτρόν, τό, Dor. p. λουτρόν.

λωτροχόος, ον, Dor. p. λουτροχόος.

λωφάω, f. ήσω, (λόφος, 1.) respiro, interquiesco, recreor, κακῶν, a malis, Od. 9, 460. it. ἀπό τινος. 2) cesso, desino, τινός. 3) levo, libero, τινά τινος, ut θυμὸν ἀχέων, Emped. 4) cessare facio, τινά τινος.

λωφέω, Ion. p. λωφάω.

λωφήϊος, ΐα, ϊον, sedandi vim habens, unde λωφήϊα ἱερά, sacra quae fiunt pro quiete impetranda, sacra pacalia, Ap. Rh.

λώφημα, τό, laxamentum, requies.

λώφησις, εως, ἡ, quies, cessatio, respiratio, laxamentum.

λωφία, ἡ, i. q. λώφησις, dub.

λώψ, ἡ, i. q. λώπη, Hesych.

λῴων, contr. p. λωΐων, q. v.

M.

M, μ, duodecima litera alphabeti Graeci, nomine μῦ, Ionice μῶ. In numeris μ' est quadraginta, et lineola subjecta μ quadraginta millia.

μά, particula jurandi, quae jungitur cum accus. ejus nominis, per quod juramus. Per se haec particula nec negat nec affirmat, sed per appositas particulas οὐ vel ναί significationem suam accipit, ita ut οὐ μὰ Δία negative sit: non profecto, non per Iovem; at ναὶ μὰ Δία, profecto per Jovem, affirmative. Raro in sermone familiari nomen dei, per quem juratur, omittitur, ναὶ μὰ τόν, οὐ μὰ τόν, μὰ τόν, μὰ τήν al. v. Schaefer ad Gregor. p. 150. seq. Atticis frequentatur μὰ Δία, per Jovem. Haec formula μὰ Δία negandi vim habet, si respondetur ad interrogationes negativas, ut Ar. Eq. 336. Ran. 951. Plut. 450. vel si sequitur ἀλλά, ut Ar. Ran. 174. 753. 779. 1053.

μᾶ, Aeol. p. μάτηρ, μήτηρ, Aesch. Suppl. 903.

μᾰγᾰδεύω et

μᾰγᾰδίζω, magadi cano, psallo.

μᾰγάδιον, τό, *Dim.* a μάγας. (ᾰ)

μαγάδις, ῐδος, ἡ, instrumentum quoddam musicum viginti cordis instructum. 2) tibiae opus. (⏑⏑–)

μαγάζω, i. q. μαγαδίζω, Hesych.

μᾰγαρικός, ὁ, i. q. μεγαρικὸς κέραμος, vasa fictilia Megarensia, in sermone plebejo.

μᾰγᾰρίσκος, ὁ, i. q. μαγαρικός.

μάγαρον, τό, i. q. μέγαρον, signif. 3.

μαγάς, άδος, ἡ, est ponticulus testudinis, s. hemisphaerii testudinei, super quo nervi tenduntur, qui olim ex arundine factus. (v. κάλαμος): ei post vel lignea tabella, vel cornea substituta est, unde Cicero in testudinibus resonari cornu dicit.

μαγγάνα, ης, ἡ, vas vinarium ligneum. Suid.

μαγγᾰνεία, ας, ἡ, (μαγγανεύω) veneficium, praestigiae, incantatio, lenocinium.

μαγγάνευμα, ατος, τό, idem et ab eod. (–⏑̱–⏑)

μαγγᾰνευτής, οῦ, ὁ, (μαγγανεύω) veneficus, praestigiator, mango, qui varias res miscet, ut alios decipiat.

μαγγᾰνευτικός, ή, όν, praestigiosus.

μαγγανεύτρια, ἡ, fem. a μαγγανευτής.

μαγγᾰνεύω, praestigiis, incantationibus, fraudibus utor. 2) assentando, adulando decipio, assentor, adulor. A seq.

μάγγᾰνον, τό, quocunque aliquis alios decipit, machinamentum praestigiatorium, veneficium, praestigiae. 2) machina bellica, ballista. 3) axis in πολυσπάστῳ. 4) i. q. μάνδαλος, serae, vectis, pessulus, repagulum. 5) i. q. γάγγαμον, rete venatorium, inpr. quo ostreae capiuntur.

μαγγᾰνόω, i. q. μαγγανεύω. Unde

μαγγάνωμα, τό, i. q. μαγγάνευμα. (–⏑–⏑)

μαγδᾰλιά, ἡ, (μάσσω) pulpa mollior e pane ad detergendas manus adhiberi solita. cf. ἀπομαγδαλιά.

μᾰγεία, ας, ἡ, (μαγεύω) magia, ars magica, scientia magica.

μαγεῖον, τό, (μάσσω) i. q. ἐκμαγεῖον Longin.

μᾰγείραινα, ἡ, coqua. Fem. a μάγειρος.

μᾰγειρεῖον, ου, τό, locus, in quo coquinaria exercetur, culina, coquina. 2) olla, ahenum.

μᾰγείρευμα, ατος, τό, cibus coctus. A seq.

μᾰγειρεύω, f. εύσω, (μάγειρος) coquinariam exerceo, sum coquus, coquo. 2) lanio, macto.

μᾰγειρικός, ή, όν, ad coquum pertinens, culinarius. Hinc ἡ μαγειρική, ῆς, sc. τέχνη, ars coquinaria.

μᾰγειρικῶς, *adv.* ars coquinaria.

μᾰγειρίσκος, ου, ὁ, coquus. *Dim.* a μάγειρος.

μᾰγείρισσα, ης, ἡ, coqua. Ab eod.

μάγειρος, ου, ὁ, coquus. 2) qui mactat. (⏑–⏑)

μάγευμα, ατος, τό, (μαγεύω) machinamentum magicum, praestigiae, artes magicae. (⏑–⏑)

μᾰγεύς, έως, ὁ, (μάσσω) pinsor, pistor. 2) qui tergit, abstergit.

μᾰγευτής, οῦ, ὁ, (μαγεύω) magicus, artis magicae peritus.

μαγευτικός, ή, όν, i. q. μαγγανευτικός.

μαγεύω, f. εύσω, (μάγος) magus sum, artes magicas calleo, exerceo, magicis artibus utor. 2) arte magica decipio: per artes magicas officio.

μαγῐκός, ή, όν, (μάγος) magicus, veneficus: decipiens, fallens.

μᾰγίς, ίδος, ἡ, (μάσσω) massa manibus subacta, offa, maza: inpr. maza, quam manibus praeferebant in Trophonii antrum ituri. 2) mactra, vas subigendae farinae. 3) i. q. τράπεζα, Epicharm. 4) i. q. μαγδαλιά. 5) panis, LXX.

μάγμα, ατος, τό, (μάσσω) quidquid superest crassum ex aliqua materia expressa, recrementum. 2) unguentum, et omne spissius, pauco humore subactum.

μαγμός, οῦ, ὁ, (μάσσω) abstergendi actio, abstersio. 2) adj. abstergens, purgans.

Μάγνης, ητος, ἡ, magnes, lapis ferrum attrahens. 2) qui est e Magnesia.

Μαγνήσιος, ία, ιον, vel -ος, ον, qui est e Magnesia. λίθος M., magnes lapis.

Μαγνήτης, ου, ὁ, fem. Μάγνησσα, Μαγνῆτις, ιδος, e Magnesia oriundus: λίθος

M., magnes lapis: it. aes quoddam argento simile.

Μάγος, ου, ὁ, Magus, populus Mediae, Hdt. 1, 101. 2) magus, sacerdos vel sapiens apud Persas. 3) praestigiator, veneficus, magicae artis peritus. (ᾰ)

μάγος, ον, magicus, praestigiatorius. (ᾰ)

μᾰγοφόνια, τά, (φόνος) it. μαγοφονία, ἡ, magorum caedes, eorum qui post Cambysis mortem regnum invaserant: dies festus apud Persas, Hdt. 3, 79.

μαγύδαρις, εως, ἡ, magudaris, radix laserpitii. (⏑-⏑⏑)

μᾰγῳδή, ῆς, ἡ, mollis et effeminata saltatio, a Chrysogono mago. Hesych.

μᾰγῳδία, ας, ἡ, magodia, ludus scenicus, in quo magorum decantabantur miracula. A seq.

μᾰγῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδή) histrio magorum miracula decantans, gestibusve exprimens.

μαδᾱγένειος, ον, Dor. p. μαδηγένειος.

μαδαῖος, αία, αῖον, poet. p. μαδαρός.

μαδάλλω, (μάδος) glabro, depilo. Hesych.

μᾰδᾰρός, ρά, ρόν, (μαδάω) depilis, glaber.

μαδᾰρότης, ητος, ἡ, calvities, laevor, e defluvio pilorum. A praec.

μᾰδᾰρόω, f. ώσω, (μαδαρός) glabro, depilo.

μᾰδάρωσις, εως, ἡ, depilatio. 2) idem quod μαδαρότης. 3) defluvium palpebrarum. A praec.

μαδάω, f. ήσω, (μαδός) est ipsum Latinorum madeo, madidus sum. 2) laevis, depilis sum; et sic dicitur fere semper. partic. μαδῶντες, glabriones.

μάδδα, ἡ, Dor. pro μᾶζα.

μαδηγένειος, ον, (μαδάω, γένειον) glabrum mentum habens, imberbis.

μάδησις, ἡ, (μαδάω) defluvium capillorum. (⏑-⏑)

μᾰδίζω, f. ίσω, (μαδός) glabro, depilo. 2) depilis sum.

μάδισις, εως, ἡ, defluvium pilorum. (⏑⏑⏑)

μᾰδιστήριον, ου, τό, id quo glabratur, seu laevigatur cutis, volsella.

μάδον, τό, it. μαδόν, i. q. μαδωνία.

μαδός, ή, όν, laevis, glaber, depilis, unde μαδάω, μαδίζω, etc. Hesych.

μάδρυα, ων, τά, pruna, madrya. pro μαλόδρυα.

μᾰδωναΐς, ἡ, herba nymphaea, a Boeotis sic dicta. ap. Theophrast.

μαδωνία, ἡ, (μαδός) herba nymphaea.

μάζα, vel μᾶζα, ης, ἡ, (μάσσω) maza, offa. 2) panis. 3) massa auri vel argenti. Proprie polenta farina conspersa et subacta aqua et oleo.

μαζαγρέτας, ὁ (ἀγείρω) qui mazas colligit mendicando, mendicus.

μαζάω, (μάζα) mazas pinso, coquo. 2) delicate vivo.

μαζηρός, ά, όν, (μάζα) πίναξ, quadra, cui imponitur maza.

μάζινος, ίνη, ινον e maza factus.

μαζίον, ου, τό, mamilla. Dimin. a μαζός.

μαζῖον, τό, Dim. a μάζα, parva maza. 2) aurum et argentum rude, non signatum, Thuc.

μαζίσκη, ἡ, *Dim.* a μάζα.

μαζοβόλιον, τό, (βάλλω) i. q. μαζονόμος.

μαζονόμιον, s. μαζονομεῖον, ου, τό, lanx, vas, in quo est maza, paratur etc.

μαζονόμος, ὁ, sc. κύκλος s. πίναξ, et μαζονόμον, τό, sc. ἀγγεῖον, (μάζα, νέμω) lanx lignea cui maza imponitur ad distribuendum inter convivas: lanx quaevis.

μαζοπέπτης, ου, ὁ, (πέπτω) qui mazas coquit.

μαζοποιέω, f. ήσω, mazas conficio.

μαζοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) offarius.

μαζός, οῦ, ὁ, mamma, mamilla. Apud Callimachum et pro nutrice.

μαζούσιος, α, ον, in mammae figuram prominens.

μαζοφᾰγέω, delector offis. A seq.

μαζοφάγος, ον, qui offis delectatur, gulosus. (-⏑⏑⏑)

μαζοφορίς, ίδος, ἡ, (μάζα, φέρω) idem quod μαζονόμος.

μάζωνες, οἱ, bacchanale convivium, apud Spartanos.

μαθαλλίς, ίδος, ἡ, genus poculi vel mensurae qualis cyathus.

μᾰθεῖν, inf. aor. a μανθάνω.

μάθη, ἡ, i. q. μάθησις, Hes. (⏑-)

μάθημα, ατος, τό, (μανθάνω) disciplina, studium, documentum. μαθήματα, τά, mathematicorum theoremata. 2) orbis artium, quae in ludis puerilibus traduntur.

μαθηματική, ῆς, ἡ, sc. ἐπιστήμη, mathesis, disciplinarum mathematicarum ambitus et notitia. A seq.

μαθηματικός, ή, όν, (μάθημα) ad disciplinas pertinens, ad disciplinas aptus. 2) discendi cupidus. 3) docilis. 4) sciens, peritus. 5) ad mathemata pertinens, ad mathematicos pertinens. 6) mathematicus, disciplinarum mathematicorum peritus.

μᾰθημᾰτικῶς, *adv.* mathematicorum more.

μᾰθημᾰτοπωλικός, ή, όν, (μάθημα, πωλέω) disciplinas vendens: pro pecunia docens.

μάθησις, εως, ἡ, (μανθάνω) ipsa discendi actio, cognitio, perceptio, doctrina, disciplina.

μᾰθητεία, ας, ἡ, (μαθητεύω) institutio discipuli, doctrina vel disciplina.

μᾰθητέον, Adj. verb. a μανθάνω, discendum est, discere oportet.

μᾰθητεύω, f. εύσω, discipulus sive auditor sum, τινί. 2) doceo, instituo, facio discipulos. μαθητεύομαι, Pass. doceor. A seq.

μᾰθητής, οῦ, ὁ, (μανθάνω) discipulus.

μᾰθητιάω, (μαθητής) discipulus esse, discere cupio.

μᾰθητικός, ή, όν, (μανθάνω) ad discendum pertinens.

μᾰθητός, ή, όν, (μανθάνω) qui disci potest, debet.

μαθήτρια, ας, ἡ, discipula. *Fem.* a μαθητής.

μαθητρίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

μάθος, τό, *poet.* et *Ion.* p. μάθησις. (⏑⏑)

μαῖα, ἡ, appellatio honestior matronae cujusvis aetate provectioris, Od. 2) nutrix. 3) obstetrix. 4) *Dor.* avia. 5) genus cancrorum.

Μαιάνδριος, ία, ιον, Maeandrius, a seq.

Μαίανδρος, ου, ὁ, Maeander, fluvius Asiae minoris admodum flexuosus. 2) trop. ambages.

μαιάς, άδος, ἡ, *poet.* i. q. μαιευτική.

μαιεία, ας, ἡ, (μαιεύω) obstetricia ars.

μαίευμα, ατος, τό, quod ab obstetrice extractum est, partus, infans.

μαίευσις, εως, ἡ, i. q. μαιεία.

μαιευτής vel μαιευτήρ, ὁ, qui partum producit.

μαιευτικός, ή, όν, obstetricius.

μαιευτικῶς, *adv.* obstetricum more.

μαιεύτρια, ας, ἡ. (μαιεύω) obstetrix.

μαιευτρικῶς, *adv.* obstetricum more.

μαιεύω, et μαιεύομαι, (μαῖα) obstetricem ago, sum obstetrix. 2) fetum abigo per abortum. 3) pullos avium nutrio. 4) quaero, investigo, scrutor.

μαιήϊος, ον, i. q. μαιευτικός.

μαιήτωρ, ὁ, i. q. μαιευτήρ.

Μαιμακτήρια, ων, τά, sacra, quae apud Athenienses fiebant Jovi Μαιμάκτῃ.

Μαιμακτηριών, ῶνος, ὁ, mensis, a quo hyems incipit, quo Jovi Μαιμάκτῃ sacrificabant Athenienses, propter mutationem et turbulentiam aeris. Est mensis quintus anni Attici.

Μαιμάκτης, ου, ὁ, (μαιμάσσω) furore percitus, furiosus, turbulentus; Jovis Epith.

μαῖμαξ, ᾶκος, turbulentus, impetuosus, Hesych.

μαιμάσσειν, vehementer cupere, palpitare, Hesych. cf. μαιμάω.

μαιμάω, f. ήσω, vehementer cupio, gestio, cupiditate incensus sum, impetu feror, ruo.

μαιμώσσω, i. q. μαιμάσσω.

μαιμώω, f. ώσω, i. q. μαιμάω.

μαινάς, άδος, ἡ, (μαίνομαι) insana, furiosa, lymphata: inpr. Bacchico furore percita, Maenas, Baccha: amore insaniens. 2) act. insaniam excitans, μαινὰς ὄρνις, Pind. P. 4, 384. v. ἴυγξ.

μαίνη, ἡ, maena, piscis Hecatae s. Dianae sacer, apud seriores μαινομένη, ἡ, it. μαινομένια, τά.

μαινίδιον, ου, τό, maenula. Dimin. a seq.

μαινίς, ίδος, ἡ, (μαίνη) maena, piscis.

μαινόλης, ου, ὁ, fem. μαινολίς, ίδος, furens, furibundus, lymphatus. 2) act. in furorem agens. (Radix est μαίνομαι, unde descendit ut φαινόλης, a φαίνομαι. Falso quidam cum ὄλλυμι compositum existimarunt.)

μαινόλιος, ία, ιον, i. q. μαινόλης.

μαινολίς, ἡ, fem. a μαινόλης, q. v.

μαινομένη, ἡ, et μαινομένια, τά, v. μαίνη.

μαίνομαι, f. μᾰνήσομαι, μᾰνοῦμαι, perf. μέμηνα, aor. ἐμάνην, (ᾰ) insanio, furo, desipio: dicitur de quovis affectu vehementiori, inpr. de amore: vehementi studio teneor, gestio. – Activum μαίνω extat tantum in composito ἐκμαίνω. Aor. act. ἔμηνα, in furorem egi, ap. Bion. 1, 61. valde dub. est.

μαίομαι, (*μάω) cupio, quaero, *c. acc.*

μαιόω, et μαιόομαι, i. q. μαιεύω.

μαῖρα, ἡ, (μαίρω) canicula, a splendore, sidus, aestus intensissimus; item luna, Hesych.

μαιριάω, *Dor.* p. μαρίω.

μαίρω, luceo, unde per reduplicationem μαρμαίρω.

μαίσων, ωνος, ὁ, verna coquus ap. Athenienses: it. larva scenica coqui nautaeve, ita dicta a Maesone quodam histrione.

μαίωσις, εως, ἡ, (μαιόω) obstetricis opera, officium.

μαιωτικός, ή, όν, i. q. μαιευτικός.

Μαιωτιστί, *adv.* Scythice. (---⏑) A seq.

Μαιῶτις, ιδος, ἡ, scil. λίμνη, palus Maeotica. a Μαιῶται, populus Scythicus.

μαίωτρον, ου, τό, (μαιόω) merces obstetricis.

μάκαιρα, fem. poet. a μάκαρ, Hom. h. Ap. 14. (⏑–⏑)

μάκαρ, ἄρος, ὁ et ἡ, (⏑⏑) beatus, proprie epith. deorum. Hinc μάκαρες, i. q. θεοί. 2) de hominibus: felix, dives, opulentus. 3) μάκαρες, beati, i. e. mortui, homines beati post mortem, Hes. op 143. – Comp. μακάρτερος, Superl. μακάρτατος.

μάκαρία, ἡ, felicitas, beatitudo: κενὴ μακαρία, vana felicitas. βάλλ' ἐς μακαρίαν, per euphemismum i. q. βάλλ' ἐς κόρακας. Plat. Hipp. maj. p. 292. A. quasi quis dicat abi in bonam rem pro abi in malam rem. 2) locus beatorum post mortem apud inferos, locus vitae beatae.

μᾰκᾰρίζω, f. ίσω, beatum praedico, beo, τινά τινος, aliquem ob aliquid.

μᾰκάριος, ρία, ριον, beatus, felix. 2) defunctus, qui sepelitur. (ᾰ)

μᾰκᾰριότης, ητος, ἡ, beatitudo, beatitas.

μᾰκαρίς, ίδος, ἡ, i. q. μακαρία.

μακαρισμός, οῦ, ὁ, (μακαρίζω) beatitatis praedicatio, qua nimirum aliquem beatum praedicamus. 2) μακαρισμοί, hymni in commemorationem beatitudinis Sanctorum. 3) ipsa felicitas, in SS. LL.

μακαριστός, ή, όν, qui beatus habetur et praedicatur, quem omnes beatum judicant. τὸ μακαριστόν, beatitudo.

μακαριστῶς, *adv.* beate.

μακαρίτης, ου, ὁ, (μάκαρ) beatus, de defuncto.

μάκᾰρῖτις, ιδος, ἡ, fem. a praec.

μᾰκᾰρίως, *adv.* (μακάριος) beate, feliciter.

μάκαρς, ὁ, Aeol. p. μάκαρ, Alcm. fr. 66. (⏑–)

μᾰκαρτός, ή, όν, beatus et opulentus. Ex Epigr.

μακεδνός, ή, όν, i. q. μηκεδανός, μακρός, longus, altus, procerus, Od. 7, 106.

Μᾰκεδονία, ας, ἡ, (Μακεδών) Macedonia.

Μᾰκεδονίζω, f. ίσω, Macedonas sequor, cum Macedonibus facio. Ab eod.

Μακεδονικός, ή, όν, Macedonicus. Ab eod.

Μακεδόνιος, ία, ιον, Macedonicus.

Μακεδονιστί, *adv.* (Μακεδονίζω) Macedonico more vel sermone.

Μακεδών, όνος, ὁ, Macedo.

μακελεῖον, τό, v. μάκελον.

μακέλη, μάκελλα, ης, ἡ, ligo. 2) Διός μάκελλα, fulmen Jovis. (Ab eadem radice, unde Latin. *macer* et *macerare*, item graeca μάγος, μάγειρος, μαγεύειν, μάχη, μάχαιρα, μάσσειν, quibus in omnibus inest vis minuendi, concidendi in minutas particulas, et inter se miscendi, sive carnes, sive herbas, sive glebas. Sic Ernesti: rectius alii derivant a κέλλω.) (⏑–⏑)

μάκελον, it. μάκελλον, το, vel μάκελος, ὁ, i. q. δρύφακτος, φραγμός, septum, maceria. Hinc Varro derivat Lat. macellum pro quo Plutarchus dicit μακελεῖον.

μάκερ, τό, macer vel macir, cortex quidam, qui ex India advehitur.

μάκεσίκρᾱνος, ον, (μᾶκος, κρᾶνον) longam cristam habens, upupae epitheton.

μᾰκεστήρ, ῆρος, ὁ, (μᾶκος, μῆκος) μῦθος, longa, prolixa oratio, Aesch. Pers. 695. ubi alii legunt μακιστήρ.

Μᾰκέτης, ου, ὁ. *fem.* Μᾰκέτις, ιδος, i. q. Μακεδόνιος. – ἡ Μακέτις, sc. γῆ, Macedonia.

Μᾰκηδόνιος, ία, ιον, i. q. Μακεδόνιος, poet.

Μᾰκηδονίς, ίδος, ἡ, fem. a Μακηδόνιος.

μακιστήρ, ῆρος, ὁ, i. q. μακεστήρ, Aesch. Pers. 695. in v.l.; at Suppl. 482. μακιστὴρ καρδίας λόγος est sermo animum e longinquo vulnerans.

μάκιστος, Dor. p. μήκιστος, (μᾶκος, μῆκος) superl. irreg. a μακρός. (ᾱ)

μακκοᾶν, (μή, κοέω) desipere, stulte et fatue se gerere. μεμακκοᾱκότα, perfect. partic. delirantem, As.

μακράδρομος, ον, i. q. μακροδρόμος, Xen. v. Lobeck Phryn. p. 661.

μακραίων, ωνος, ὁ, ἡ, (μακρός, αἰών) diurnus, longaevus.

μακρακόντιον, ου, τό, spiculum longum.

μακράν, *adv.* (μακρός) longe, procul, de loco. 2) longum, de tempore. (⏑–)

μακραύχην, ενος, ὁ, ἡ, (αὐχήν) cui collum est praelongum.

μακρέτειος, ον, (μακρός, ἔτος) qui in longos annos perdurat.

μακρηγορέω, f. ήσω, (ἀγορεύω) longa oratione utor, multa verba facio. Hinc

μακρηγορία, ας, ἡ, sermo longus, oratio longa.

μακρημερία, ας, ἡ, (ἡμέρα) tempus, quo dies sunt longiores.

μακροβάμων, ον, (βαίνω, βῆμα) qui longis passibus incedit.

μακρόβῐος, ον, longaevus.

μακροβῐότης, ητος, ἡ, vita longaeva, vivacitas.

μακροβίοτος, ον, (βίοτος) i. q. μακρόβιος, item, qui diu vixit. (ῐ)

μακροβίωσις, εως, ἡ, vivacitas. (ῐ)

μακροβολία, ας, ἡ, in longum jaculatio. A seq.

μακροβόλος, ου, (βάλλω) e longinquo feriens, eminus feriens.

μακρόβωλος, ον, (βῶλος) qui magnis s. densis est glebis, glebosus. Epith. agri.

μακρογένειος, ον, (γένειον) qui longo est mento.

μακρογένυς, υ, (γένυς) longas maxillas habens.

μακρόγηρως, ων, (γῆρας) longam senectutem agens, valde senex.

μακρογόγγῡλος, ον, teres.

μακροδάκτῡλος, ον, longos habens digitos.

μακροδρόμος, ον, (δρόμος) qui longos cursus conficit.

μακροζωΐα, ας, ἡ, (ζωή) longaevitas.

μακροημέρευσις, εως, ἡ, longitudo dierum, longaevitas. A seq.

μακροημερεύω, f. εύσω, diu vivo. A seq.

μακροήμερος, ον, (ἡμέρα) longaevus.

μακρόθεν, adv. (μακρός) procul, longe, eminus. Hinc et ἀπὸ μακρόθεν, e longinquo.

μακρόθι, adv. (μακρός) procul.

μακρόθριξ, τρῐχος, (θρίξ) longos pilos habens.

μακροθῡμέω, f. ήσω, (μακρόθυμος) patienter fero, leni sum animo, patienter exspecto, iram differo s. cohibeo, indulgeo.

μακροθῡμία, ας, ἡ, tolerantia, lenitas animi, longanimitas, patientia exspectandi.

μακρόθῡμος, ον, (θυμός) longanimis, lenis, patiens.

μακροθύμως, adv. patienter, longanimiter, aequo animo, iram differendo. (ῡ)

μακροκαμπυλαύχενος, ον, (μακρός, καμπύλος, αὐχήν) longum et curvum collum habens, Epith. avium quarundam.

μακροκαταληκτέω, desino in longam vocalem seu syllabam. A seq.

μακροκατάληκτος, ον, (καταλήγω) in vocalem longam s. syllabam desinens.

μακρόκαυλος, ον, caulem longum habens.

μακρόκεντρος, ον, (κέντρον) longum aculeum habens, longo spiculo armatus.

μακρόκερκος, ον, longam caudam habens.

μακροκέφᾰλος, ον, longum caput habens, cilo.

μακροκομέω, f. ήσω, (κόμη) longam et prolixam comam alo seu habeo.

μακροκωλία, ας, ἡ, longius membrum. 2) quum periodus longius membrum habet. A seq.

μακρόκωλος, ον, (κῶλον) membra seu cola longa habens.

μακρόλοβος, ου, (λοβός) longum habens folliculum, siliqua inclusus.

μακρολογέω, f. ήσω, (μακρολόγος) longa oratione utor.

μακρολογία, ας, ἡ, longitudo, ambages sermonis. A seq.

μακρολόγος, ον, (λέγω) multus in sermone.

μακρονοσέω, (νοσέω) morbo diuturno laboro. Hinc

μακρονοσία, ας, ἡ, morbus diuturnus.

μακροπαραληκτεῖν (παραλήγω) in penultimam longam desinere.

μακροπαράληκτος, ον, (παραλήγω) penultimam longam habens.

μακρόπεπλος, ον, (πέπλος) longum peplum gerens.

μακρόπνοια, ἡ, longus spiritus.

μακρόπνοος, ον, contr. μακρόπνους, (πνέω) qui longos ducit spiritus.

μακροπόνηρος, ον, (πονηρός) diu malus, diu irascens.

μακροπορέω, f. ήσω, (πόρος) procul eo, longum iter facio.

μακροπορία, ας, ἡ, longum iter.

μακρόπους, οδος, ὁ, ἡ, (πούς) longos pedes habens.

μακρόπτερος, ον, (πτερόν) longas alas, sive longas pennas habens.

μακροπτόλεμος, ον, e longinquo pugnans, dub.

μακρόπῡλος, ον, (πύλη) amplas habens portas, dub.

μακροπώγων, ωνος, ὁ, ἡ, (πώγων) longam barbam habens.

μακροῤῥιζία, ας, ἡ, longitudo radicum. A seq.

μακρόῤῥιζος, ον, (ῥίζα) longas radices habens.

μακρόῤῥῑς, ῑνος, (ῥίς) longum nasum habens.

μακρόῤῥυγχος, ον, (ῥύγχος) rostrum longum habens.

μακρός, ρά, ρόν, (μᾶκος, μῆκος) longus, prolixus. 2) longus, diuturnus. 3) magnus, multus. 4) altus, excelsus. 5) adultus. μακρῷ, longe. Compar. μακρότερος, irreg. μάσσων, μᾶσσον. Superl. μακρότατος, irreg. μήκιστος. (Ep. –⏑, Att. ⏑⏑)

μάκρος, εος, τό, i. q. μᾶκος, μῆκος, longitudo, Ar. Av. 1131.

μακροσκελής, ές, (σκέλος) longa crura habens.

μακροστελέχης, ες, (στέλεχος) longum seu procerum truncum habens, qui longa est caudice.

μακροσύλλαβος, ον, (συλλαβή) longis syl-

labis constans.

μακρότατα, adv. longissime. Superl. a μακρός.

μακροτάτω, Adv. Superl. a μακρός, longissime.

μακροτένων, οντος, ὁ, ἡ, (τείνω) longe extensus.

μακροτέρω, adv. longius.

μακροτέρως, adv. diutius, longius. A μακρότερος, Comp. a μακρός.

μακρότης, ητος, ἡ, longitudo, longinquitas. 2) diuturnitas.

μακροτομέω, f. ήσω, ita amputo, ut longae redundent amputatae partis reliquiae. A seq.

μακρότομος, ον, (τέμνω) ita putatus, ut amputati longae reliquiae supersint.

μακροτόμος, ον, (τέμνω) ita amputans, ut longae evadant amputati reliquiae.

μακροτόνος, ον, (τείνω) longe extensus.

μακροτράχηλος, ον, longum habens collum.

μακροϋπνία, ἡ, (ὕπνος) diuturnus somnus.

μακροφάρυγξ, υγγος, (φάρυγξ) longas fauces, longum collum habens. (̆ ◡◡-)

μακροφλυαρήτης, ου, ὁ, (φλυαρέω) magnus nugator.

μακροφυής, ές, (φύω) natura longus, longus natus.

μακρόφυλλος, ον, (φύλλον) longa habens folia.

μακροφωνέω, f. ήσω, alta voce clamo.

μακρόχειλος, ον, magna labia habens.

μακρόχειρ, ρος, ὁ, ἡ, (χείρ) longimanus. 2) cui una manus longior est altera.

μακρόχηλος, ον, (χηλή) ungulas longiores habens.

μακροχρόνιος, ον, (χρόνος) longaevus, diu durans.

μακροχρονιότης, ητος, ἡ, longaevitas. A praec.

μακρόχρονος, ον, i. q. μακροχρόνιος.

μακρόω, (μακρός) i. q. μακρύνω.

μάκρυμμα, ατος, τό, (μακρύνω) quod longe removetur, abominatio.

μάκρυνσις, εως, ἡ, dilatatio. 2) amplificatio, v. c. narrationis. A seq.

μακρύνω, f. υνῶ, (μακρός) longe seu procul amoveo, in longum differo, extendo, porrigo.

μάκρων, ωνος, ὁ, longum habens caput.

μακρῶς, adv. longe.

μάκρωσις, εως, ἡ, (μακρόω) prolongatio, in longum diductio.

μακτήρ, ῆρος, ὁ, et μάκτης, ου, ὁ, (μάσσω) qui mazas pinsit. 2) i. q. μάκτρα.

μακτήριος, ία, ιον, (μακτήρ) ad pinsendum vel ad pistorem pertinens.

μακτός, ή, όν, (μάσσω) pinsendo subactus.

μάκτρα, ας, ἡ, (μάσσω) vas, in quo pinsitur, et farina subigitur, mactra. Apud Nicandrum pro colo. s. mortario.

μακτρισμός, οῦ, ὁ, saltationis genus, Athen.

μάκτρον, ου, τό, (μάσσω) mappa.

μακών, part. aor. 2. poet. a μηκάομαι, Hom.

μάλα, adv. valde, multum, admodum, vehementer: cum Comparativo longe. καὶ μάλα, sane, profecto: ita etiam dicitur μάλα τοι et μάλα γε. εὖ μάλα, optime, potissimum. οὐ μάλα, omnino non. Compar. μᾶλλον, magis, amplius, potius. Superl. μάλιστα, maxime, potissimum.

μαλαβάθρινος, ον, ex malabathro factus, foliatus. ἔλαιον μ. foliatum unguentum.

μαλάβαθρον, τό, item μαλόβαθρον, malobathrum, bolium plantae cujusdam Indicae, (ut creditur piperis betel Linn.) quod etiam κατ' ἐξοχὴν φύλλον s. φύλλον Ἰνδικόν appellatur, Lat. folium, Diosc. I, 11. Plin. h. n. 12, 26.

Μάλαγμα, ατος, τό, (μαλάσσω) malagma, quo aliquid mollitur, fomentum. In re militari est corpus molle, ad frangendos eludendosque tormentorum ictus, ut cilicium. (◡-◡)

μᾰλακαίπους, οδος, ὁ, ἡ, (μαλακός, πούς) molli pede incedens. Theocr.

μᾰλακαυγητός, ή, όν, Aristot. peaean. 10. epith. somni, molles s. fractos oculos habens, ex αὐγή. Alii scribunt μαλακαυχητός, quod idoneam explicationem non admittit.

μᾰλάκειον, τό, i. q. μαλάκιον.

μᾰλακευνέω, f. ήσω, (εὐνή) molliter decumbo et dormio.

μαλᾰκευτικός, ή, όν, (μαλακεύω) vim leniendi habens.

μᾰλακεύω, (μαλακός) lenio, mollio.

μᾰλακία, ας, ἡ, (μαλακός) mollities, inprimis animi ignava et effeminata. 2) morbus quidam, languor corporis. 3) summa tranquillitas maris.

μᾰλακίας, ου, ὁ, mollis, effeminatus.

μᾰλακιάω, (μαλακία) mollis et effeminatus sum, mollitie laboro. 2) langueo, aeger sum.

μᾰλακίζω, f. ίσω, (μαλακός) mollio, effemino, timidum reddo. et Pass. μαλακίζομαι, mollesco et effeminor. 2) misereor. 3) langueo, aegroto. 4) desideo prae ignavia, remissius ago. 5) timidus sum, frangor.

μᾰλάκιον, ου, τό, ornamentum quoddam muliebre. τὰ μαλάκια, piscium genus, sepiae, item olus, beta. (ᾰ)

μάλακίων, ωνος, ὁ, molliculus. Dim. a μαλακός. (◡◡◡-)

μᾰλακόγειος, ον, (γῆ) mollem habens terram.

μᾰλακόγναθος, ον, (γνάθος) mollem maxillam habens.

μάλακογνώμων, ον, (γνώμη) qui molli h. c. leni, submissa est mente, seu animo.

μᾰλακόδερμος, ον, (δέρμα) mollem habens cutem. 2) molle habens putamen.

μᾰλακόθριξ, τρῐχος, (θρίξ) mollem habens pilum. μαλακότριχες, quibus molles capilli.

μᾰλακόκισσος, ου, ὁ, q. d. mollis hedera, convolvolus.

μᾰλακοκόλαξ, ᾰκος, ὁ, palpator, assentator.

μᾰλακοκρᾱνεύς, έως, ὁ, (κρᾶνον) q. d. molliceps, avis.

μᾰλακοποιέω, f. ήσω, mollio.

μᾰλακοποιός, όν, (ποιέω) molliens.

μᾰλακοπύρηνος, ον, (πυρήν) mollem et tenerum habens nucleum.

μᾰλακός, ή, όν, mollis. 2) placidus, lenis, mitis. 3) effeminatus. 4) remissus, languidus, molli et remisso animo aliquid agens. 5) timidus. 6) placidus, tranquillus.

μᾰλακόσαρκος, ον, (σάρξ) mollem ac teneram habens carnem.

μᾰλακόστρακος, ον, (ὄστρακον) molli testa tectus.

μᾰλακότης, ητος, ἡ, (μαλακός) mollities, mollitudo.

μᾰλακόφθαλμος, ον, (ὀφθαλμός) mollis, mitis adspectu.

μᾰλακόφλοιος, ον, mollem corticem habens.

μαλᾰκόφρων, ον, (φρήν) molli, leni animo.

μᾰλακόφωνος, ον, (φωνή) molli, suavi voce praeditus.

μάλακόχειρ, ειρος, (χείρ) molles manus habens, lenis, mitis.

μᾰλακοψῡχέω, f. ήσω, (ψυχή) molli sum animo.

μᾰλακτήρ, ῆρος, ὁ, (μαλάσσω) qui mollit, seu emollit.

μᾰλακτικός, ή, όν, (μαλάσσω) molliendi vim habens.

μᾰλακτός, ή, όν, (μαλάσσω) qui molliri potest.

μᾰλάκυνσις, εως, ἡ, quum aliquid mollius redditur. A seq.

μᾰλακύνω, mollio, emollio. Pass. μαλακύνομαι, mollior, molliorem me praebeo, mollesco, languidior et remissior sum, fio.

μαλακῶς, adv. molliter, leniter, placide, effeminate, remisse.

μαλαξις, εως, ἡ, mollitio, emollitio. (◡-◡) A seq.

μαλάσσω, Att. -ττω, f. ξω, (μαλακός) mollio, emollio: metaph. placo, lenio. De corio i. q. δέψω, δεψέω, depso. 2) precibus emollio, exoro.

μαλάχη, ης, ἡ, (μαλάσσω) malache, malva, herba emolliendi vim habens. (◡◡-)

μαλάχιον, τό, sc. ἱμάτιον, vestimentum muliebre malvae colore, molochinum. (◡◡◡◡)

μᾰλερός, ά, όν, (μάλα) vehemens, fortis, vincens, epith. ignis, Il. et Hes. fortis, robustus, vi praeditus. 2) pass. vehementi quadam vi victus, μαλερὰ μέλαθρα πυρὶ κατάδρομα, Eur. Tro. 1308. (nisi hic quoque est: robusta tecta.) Hinc derivanda significatio: imbecillis, ἀσθενής, quam Hesychius voci tribuit.

μάλη, ης, ἡ, axilla, ala. ὑπὸ μάλης, ap. seriores ὑπὸ μάλην, clam, furtim, dolose. (◡-)

μεθοδεία, ας, ἡ, (μεθοδεύω) artificium callidum, insidiae, dolus, occulta et fraudulenta circumventio. (Per se est facultas et consuetudo faciendi aliquid via et ratione certa, et, si in malam partem capiatur, significat artem fallendi, modum scienter fallendi.)

μεθόδευμα, τό, i. q. μέθοδος.

μεθοδευτής, οῦ, ὁ, qui rem perite, via et ratione tractat.

μεθοδευτικός, ή, όν, qui via et ratione fit; qui est secundum leges artis.

μεθοδεύω, f. εύσω, (μέθοδος) machinor, architector. 2) certa via et ratione in aliqua re versor, methodo utor, methodo ac via prosequor et tracto. 3) callide tracto, astute ago, circumvenio, insidior, artificiis utor, per quae homines falluntur. Proprie obambulo cum insidiis, pass. μεθοδεύεσθαι, via et arte tractari. 2) circumveniri.

μεθοδηγέω, f. ήσω, (ὁδηγέω) aliter deduco et monstro viam.

μεθοδικός, ή, όν, via et ratione factus. 2) artificiosus. 3) qui methodum sequitur.

μεθοδικῶς, adv. artificiosa ratione, methodo, via et ratione.

μεθοδίτης, ου, ὁ, artifex. Hesych.

μεθόδιον, ου, τό, viaticum. Hesych. 2) methodus, ratio. Suid. Dim. a seq.

μέθοδος, ου, ἡ, via. 2) compendium. 3) ratio et via docendi, vel discendi, vel agendi. 4) liber de aliqua re scriptus. 5) calliditas, fraus.

μεθολκή, ῆς, ἡ, retractio, contractio.

μεθομιλέω, f. ήσω, (ὁμιλέω) versor, consuetudinem habeo cum aliquo, c. dat.

μεθόπιον, τό, i. q. μετόπη, Hesych.

μεθορία, ας, ἡ, confinium. Vide μεθόριος.

μεθορίζω, f. ίσω, confinis sum. 2) participo.

μεθόριον, ου, τό, confinium. 2) interstitium. 3) relaxatio, remissio, ut πολέμου. ap. Hom.

μεθόριος, ία, ιον, vel μεθόριος, ον, (μετά, ὅρος) conterminus, confinis. 2) qui duas res velut terminus dirimit.

μεθορκόω, f. ώσω, (ὁρκόω) novo jurejurando adstringo eum, qui se priori jam liberavit.

μεθορμάω, f. ήσω, incito in. 2) cum impetu irruo. Pass. μεθορμάομαι, irruo.

μεθορμίζω, f. ίσω, (ὁρμίζω) in alium portum navigo. 2) transmitto, transjicio. μεθορμίζομαι, transfreto. 3) transeo, trop.

μέθυ, τό, vinum temetum. Gen. μέθυος, occurrit in Epigramm.

μεθυδότης, ου, ὁ, idem quod μεθυδώτης.

μεθυδριάς, ᾶδος, ἡ, i. q. ὑδριάς, nympha.

μεθυδώτης, ου, ὁ, (μέθυ, δίδωμι) vini dator, ebrietatis auctor. Epith. Bacchi.

μεθυμναῖος, ὁ, epith. Bacchi vel a μέθυ, vel a Methymnis, Lesbi civitate.

μεθύπαρξις, εως, ἡ, quum quid post, s. secundum aliam rem est. A seq.

μεθυπάρχω, (ὑπάρχω) post alium sum, fio.

μεθυπέρβατος, ον, in quo verborum ordo trajectus est, perplexus, confusus.

μεθυπίδαξ, ακος, (μέθυ, πίδαξ) fons vini, epith. uvae. (⏑⏑––)

μεθυπλανής, ές, (πλάνη) prae vino titubans, ebrius.

μεθυπλήξ, ῆγος, (πλήσσω) ebrius, ebriosus.

μεθυποδέομαι, (ὑποδέομαι) alios calceos induo, calceos muto, Ar.

μεθυπόστρωσις, εως, ἡ, (ὑποστρώννυμι) strati permutatio, dum lectus substernitur.

μέθυσις, εως, ἡ, (μεθύω) inebriatio.

μεθύσκω, f. ύσω, (μέθυ) ebrium reddo, inebrio. μεθύσκομαι, inebrior, ingurgito me in merum. μεθυσθείς, ebrius, inebriatus. (υ in fut. et aor. act. breve.)

μέθυσμα, ατος, τό, potus inebrians. A

praec.

μεθυσοκότταβος, ον, (*μέθυσος*, *κότταβος*) qui ebrius et temulentus cottabo ludit, ebrius, temulentus. Vox Aristoph.

μέθυσος, ύση, υσον, vel *μέθυσος*, ον, (*μέθυ*) ebrius, temulentus. 2) ebriosus.

μεθυσοχάρυβδις, ή, vini charybdis, mulier ebriosa. (ᾰ)

μεθύστερος, έρα, ερον, (*ὕστερος*) posterus.

μεθυστικός, ή, όν, (*μεθύω*) qui facile, s. saepe inebriatur, propensus ad ebrietatem, ebriosus, vinosus, vini cupidus. 2) inebrians.

μεθύστρια, ας, ή, mulier vinosa, temulenta.

μεθυσφαλέω, prae vino titubo. A seq.

μεθυσφαλής, ές, (*σφάλλω*) prae vino titubans.

μεθυτρόφος, ον, (*τρέφω*) alens vinum.

μεθυχάρμων, ον, (*χαίρω*) vino gaudens.

μεθύω, (*μέθυ*) ebrius sum. 2) abundo aliqua re, plenus, obrutus sum. 3) insanio prae superbia propter copiam bonorum. *μεθύων*, ebrius, abundans, obrutus, ut plagis, ita labefactus colaphis, ut huc illuc titubet ad modum temulenti. *μεθύουσα*, ebria, item imbuta, ut unguento etc. (⏑⏑-)

μειαγωγέω, f. ήσω, (*μειαγωγός*) victimam adfero pro puero in tribum (*φρατρίαν*) recipiendo.

μειαγωγία, ας, ή, istius victimae adductio. Ab eodem.

μειαγωγός, οῦ, ὁ, (*μεῖον*, victimae genus et *ἄγω*) qui victimam illam adducit.

μειδάω, f. ήσω, molliter seu leniter rideo, subrideo.

μείδημα, ατος, τό, risus, lenis risus. A praec.

μειδίαμα, (-⏑-⏑) et *μειδίασμα*, ατος, τό, idem. A seq.

μειδιάω, f. άσω, subrideo, rideo, renideo. (α breve.)

μεῖδος, τό, i. q. *μείδημα*, Hesych.

μειζονότης, ητος, ή, (*μείζων*) major quantitas. Jamblich.

μειζόνως, adv. a *μείζων*, majorem in modum, magis, amplius. 2) magno animo, cum *φέρειν*.

μείζων, ον, compar. irreg. a *μέγας*.

μείλας, Ep. p. *μέλας*. Il. 24, 79. *μείλανι πόντῳ*. saepius non legitur.

μείλια, ων, τά, (*μειλίσσω*, *μείλιχος*) quibuscunque rebus aliquis delectatur, deliciae, munera grata. 2) munera quibus aliquem demulcemus. Singularis *μείλιον* non invenitur.

μείλιγμα, ατος, τό, (*μειλίσσω*) lenimentum, lenimen, placamen, placamentum; emollitio. 2) deliciae.

μειλικτήριος, ον, (*μειλίσσω*) mulcendi seu demulcendi vim habens, aptus ad demulcendum.

μειλικτικός, ή, όν, placandi vim habens. adv. *μειλικτικῶς*, leniendi, placandi caussa.

μειλικτός, ή, όν, (*μειλίσσω*) placabilis, placatus.

μείλικτρον, ου, τό, placamen.

μειλινόεις, εσσα, εν, f. lect. ap. Nic. pro *μηλινόεις*.

μείλινος, ίνη, ινον, poet. p. *μέλινος*, (*μελία*) fraxineus.

μείλινος, ον, i. q. *μείλιχος*, Eur. Iph. A. 234.

μείλιξις, εως, ή, (*μειλίσσω*) actio reddendi dulce. 2) actio leniendi, seu demulcendi.

°μείλιον, τό, v. *μείλια*.

μειλίσσω, f. ίξω, verbis factisve demulceo, seu delinio, mihi concilio, demulceo, placo. Med. *μειλίσσομαι*, placor: lenia verba loquor, leniter ago.

μειλίχη, ή, lorum pugilum sine clavis, Pausan. 8, 40, 3.

μειλιχία, ή, (*μείλιχος*) lenitas, comitas.

μειλιχίειον, τό, templum Jovis *μειλιχίου*.

μειλίχιος, ία, ιον, (*μειλίσσω*) dulcis, suavis, blandus, placandi vim habens. 2) placabilis, ut *Ζεὺς μειλίχιος*.

μειλιχίως, adv. blande, comiter, leniter, mansuete. 2) placabiliter.

μειλιχόγηρυς, υος, (*γῆρυς*) blandam vocem habens.

μειλιχόδωρος, ον, (*δῶρον*) blandos reddens vel mitia munera dans.

μειλιχόμητις, ιος, (*μῆτις*) cujus mitia sunt consilia. 2) miti et placido ingenio praeditus.

μείλιχος, ον, (*μειλίσσω*) blandus, placidus.

μειλιχόφωνος, ον, (*φωνή*) blandam vocem habens, Suppho.

μεῖναι, inf. aor. 1. a *μένω*.

μεῖον, ονος, τό, minus. 2) sic dicebatur victima, quae dabatur pro pueris, quum in *φρατρίας*, tribus, reciperentur. Caussam vid. ap. Poll.

μεῖον, ου, τό, meon, herbae genus; rectius *μῆον*.

μειονεκτέω, f. ήσω, (*μεῖον*, *ἔχω*) minus habeo, minorem partem seu portionem habeo, deteriori sum conditione. Unde

μειονέκτημα, ατος, τό, deterior conditio.

μειονέκτης, ου, ὁ, qui deteriore conditione utitur.

μειονεξία, ή, i. q. *μειονέκτημα*: item contemtus injuria.

μειόνως, adv. idem quod *μεῖον*.

μειότερος, α, ον, poet. p. *μείων*, compar. a *μικρός*.

μειουρία, ᾶς, ή, (*μείουρος*) caudae exilitas, quum extremitas est exilior, vitium versus in fine claudicantis.

μειουρίζειν, in acutum desinere, in extremitate arctari. A seq.

μείουρος, ον, (*μεῖον*, *οὐρά*) cui cauda diminuta est et truncata, cujus extremitas in acutum desinit, in fine mutilus, decurtatus. ut *μείουρος στίχος*, versus mutilus in fine, claudicans, deficiente uno tempore, quo minus quantitas sit plena.

μειόφρων, ονος, (*μεῖον*, *φρήν*) mente deminutus, levis, stultus. Hesych.

μειόω, f. ώσω, (*μείων*) minuo, imminuo, minorem reddo. *μειόομαι*, minuor, decresco, inferior, vel deteriori conditione sum. *μειωθείς*, deminutus.

μειρακεύομαι, (*μεῖραξ*) adolescentis more lascivio et exsulto. v. *μειρακιεύομαι*.

μειρακίδιον, τό, Dimin. a *μεῖραξ*, i. q. *μειράκιον*.

μειρακιεξαπάτης, ου, ὁ, (*μεῖραξ*, *ἐξαπατάω*) juvenum deceptor.

μειρακιεύομαι, (*μεῖραξ*) adolescentis more ago, in quocunque genere, contendendo etc. lascivio.

μειρακίζομαι, ίσομαι, (*μεῖραξ*) adolesco.

μειράκιον, ου, τό, Dim. a *μεῖραξ*, adolescens, adolescentulus, juvenculus.

μειρακιόομαι, adolesco, adolescens evado, plenam pubertatem attingo.

μειρακίσκη, ης, ή, adolescentula. Dimin. a *μεῖραξ*.

μειρακίσκος, ου, ὁ, adolescentulus. Dim. ab eod.

μειρακιώδης, ες, (*μεῖραξ*) juvenilis, puerilis. *τὸ μειρακιῶδες*, puerilis affectatio; ap. Longin.

μειρακιωδῶς, adv. pueriliter. A pr.

μειρακύλλιον, ου, τό, adolescentulus, juvenculus. Dim. a seq.

μεῖραξ, ακος, ή, puella, juvencula. 2) in mascul. est soloecum, nisi ubi de molli et effeminato sermo est.

μείρομαι, aor. *ἔμμορον*, perf. *ἔμμορα*, sortior, accipio. *μείρεο*, accipe Il. 9, 616. Apud seriores: sorte divido, partior. 2) In perf. et aor. sortitus sum, nactus sum, particeps sum alicujus rei, c. gen. 3) Perf. pass. *εἵμαρται*, plpqf. *εἵμαρτο*, fato destinatum est. Partic. *εἱμαρμένος*, ap. ser. *μεμορημένος*, *μεμαρμένος*, fato destinatus, fatalis. *εἱμαρμένη*, ή, sc. *μοῖρα*, fatum, necessitas fatalis, rerum ordo necessarius atque immutabilis.

μείρομαι, i. q. *ἀμείρομαι*, unde *μειρόμενος*, expers, c. gen. Arat.

μείρομαι, i. q. *ἱμείρομαι*, Nic.

μείς, ὁ, Ion. p. *μήν*, mensis. Dor. *μής*. 2) luna, vicissitudo lunae.

μεῖστος, η, ον, superl. poet. a *μείων*, Bion. 5, 10.

μείωμα, ατος, τό, (*μειόω*) mulcta, vel defectus. Xenoph.

μείων, neutr. *μεῖον*, gen. *μείονος*, comp. irreg. a *μικρός*, item ab *ὀλίγος*. vide *μικρός*. Superl. *μεῖστος*.

μειώνυμος, ον, (*ὄνομα*) minoris nominis, compar. a *μικρώνυμος*, Jambl.

μείωσις, εως, ή, (*μειόω*) diminutio; imminutio, extenuatio.

μειωτικός, ή, όν, (*μειόω*) vim habens minuendi.

μειωτός, ή, όν, (*μειόω*) decrementum capiens, qui decrescit aut decrescere potest.

μελάγγαιος, ον, *μελάγγειος*, ον, Att. *μελάγγεως*, ων, gen. ω, (*μέλας*, *γαῖα*, *γῆ*) cujus solum nigrum est, pingue.

μελάγγυιος, ον, (*γυῖον*) nigra membra habens.

μελάγκαρπος, ον, (*καρπός*) nigrum ferens fructum, atram adferens obscuritatem. Epith. ignorantiae, Empedocles ap. Plut. *ἀσάρκια μελάγκαρπος*, est foeda adspectu. cf. *ἀγλαόκαρπος*.

μελάγκερος, ον, Att. *μελάγκερως*, ων, gen. ω, (*κέρας*, *κέρως*) nigra habens cornua.

μελαγκορυφίζω, avis *μελαγκορύφου* cantum imitor.

μελαγκόρυφος, ον, (*μέλας*, *κορυφή*) atrum verticem habens: nomen avis, autumni tempore dicitur *συκαλίς*, ficedula. Philox. atricapillus. 2) moechus. Hesych.

μελάγκραινος, ον, melancranus, e junco factus, qui *μελάγκρανις* vocatur. Strabo.

μελαγκράνιος, ον, i. q. praec. (*κρᾶ*)

μελάγκρανις, ιος, ή, (*μέλας*, *κράνος*) quasi nigriceps, junci genus, Plin.

μελαγκρήδεμνος, ον, (*κρήδεμνον*) atram habens vittam.

μελαγκρηπίς, ῖδος, ὁ, ή, (*κρηπίς*) nigros calceos habens.

μελάγκροκος, ον, (*κρόκη*) nigrum subte-

men habens. 2) nigris velis instructus.

μελαγχαίτης, ου, ὁ, (*χαίτη*) nigram jubam, vel comam habens. Ap. Hesiod. Epith. montis silvosi.

μελάγχειμα, ων, τά, sc. *χωρία*, (*μέλας*, *χεῖμα*) loca quae nive liquefacta sunt nigra, Xen.

μελαγχῖμος, ον, niger, ater. A *μέλας*, per paragogen.

μελαγχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, (*χιτών*) nigra vestitus tunica. Metaph. tristis, maestus. (ῑ)

μελάγχλαινος, ον, (*χλαῖνα*) atra indutus laena. Melanchlaeni, nomen populi Scythici.

μελάγχλωρος, ον, (*χλωρός*) colorem habens atrum pallore mixtum, viridis simul ac niger.

μελαγχολάω, (*μελάγχολος*) melancholia laboro. 1) furo, insanio, desipio.

μελαγχολία, ας, ἡ, (*χολή*) melancholia, furor seu desipientia ex atrae bilis abundantia.

μελαγχολικός, ή, όν, a melancholia proficiscens. 2) atra bile laborans.

μελαγχολικῶς, adv. more melancholicorum.

μελάγχολος, ον, (*χολή*) atram bilem habens, melancholicus. 2) atra bile oblitus, Soph.

μελαγχολόω, f. ώσω, (*χολή*) melancholiam genero.

μελαγχολώδης, ες, (*εἶδος*) atrae bili similis.

μελαγχρής, ές, Attice p. *μελάγχροος*, Meineke Menand. p. 281.

μελαγχροιής, ές, (*χροιά*) poet. p. *μελάγχροος*.

μελάγχροος, ον, contr *μελάγχρους*, ουν, item poet. *μέλαγχρος*, ον, (*χρόα*, *χρόος*) qui nigri coloris est, fuscus, caeruleus.

μελάγχρως, ωτος, it. οος, ὁ, ἡ, (*χρώς*) qui nigra cute est, corpus atrum habens.

μελάγχυμος, ον, (*χυμός*) nigrum succum habens.

μέλαθρον, ου, τό, domus. 2) lacunar. s. trabs tecti. 3) porticus etc. Grammatici veteres non consentiunt, unde sit profectum.

μελαθρόφιν, Ion. p. *μελάθρου*, Od. 8, 279.

μελαθρόω, f. ώσω, (*μέλαθρον*) trabibus jungo, munio.

μελαίνω, f. ανῶ, (*μέλας*) nigrum reddo, nigrefacio. Med. *μελαίνομαι*, nigresco.

μελαμβαθής, ές, et ύς, ύ, (*βάθος*) niger e profunditate, profundus, cujus profunditas speciem nigredinis affert.

μελαμβαφής, ές, (*βάπτω*) nigro colore imbutus, f. infectus.

μελάμβιος, ον, nigram, i. e. obscuram ducens vitam.

μελαμβόρειος, vel *μελαμβόρειος*, ον, boreas niger, ventus septentrionalis vehemens.

μελάμβροτος, ον, (*βροτός*) qui a nigris hominibus incolitur.

μελάμβωλος γῆ, terra nigras glebas habens; pinguis, fertilis.

μελαμπαγής, ές, (*πήγνυμι*) concretus et nigrescens.

μελάμπεπλος, ον, nigrum peplum habens. 2) niger, pullus.

μελαμπέταλος, ον, (*πέταλον*) nigra folia habens.

μελαμπόδιον, ου, τό, melampodium, helleborum nigrum. A Melampode, inventore.

μελαμπόρφυρος, ον, (*πορφύρα*) coloris e nigro et purpureo mixti, nigricans.

μελάμπτερος, ον, (*πτερόν*) nigras alas habens.

μελάμπυγος, ον, (*πυγή*) nigras s. hirsutas habens nates. 2) fortis, quia Hercules hujusmodi nates habuisse traditur.

μελάμπυρον, ου, τό, (*πυρός*) melampyron, herba, in quam degenerat triticum.

μελαμφαής, ές, (*φάος*) tenebricosus, obscurus.

μελαμφανής, ές, atri et foedi adspectus.

μελάμφυλλον, ου, τό, achanti species, paederota vocant A seq.

μελάμφυλλος, ον, (*φύλλον*) nigra habens folia.

μελάμφωνος, ον, (*φωνή*) vocem fusam et obscuram habens.

μελαμψηφῖς, ῖδος, (*ψηφίς*) nigros lapillos s. calculos habens.

μέλαν, ἄνος, τό, (*μέλας*) atramentum.

μελᾰναιγίς, ίδος, ἡ, (*αἰγίς*) atro nimbo horrens.

μελᾰναίετος, ὁ, (*ἀετός*) aquila nigra, ap. Aristot.

μελαναυγέτις, ἡ, fem. poet. a *μελαναυγής*.

μελαναυγής, ές, (*αὐγή*) atrum splendens, ater.

μελάνδετον ἄορ, (*δέω*) ensis nigrum (h. e. vel corneum vel ferreum) habens manubrium, nigro illigatus capulo: *σάκος*, scutum habens ferreum orbem. 2) cruore foedatus sc. ensis aut clipeus.

μελανδίνης, ου, ὁ, (*δίνη*) nigricantes i. e. profundos habens vortices. (ῑ)

μελανδόκος, κίστη, (*μέλαν*, *δέχομαι*) atramentarium. Epigr. v. *μελανοδοχεῖον*.

μελανδρύαι, οἱ, iidem qui *μελάνδρυες*.

μελάνδρυον, ου, τό, (*δρῦς*) medulla seu, pars interior quercus, nigricans et durissima. 2) herba quaedam. 3) pulpamentum e thynnis conditis.

μελάνδρυς, υος, ὁ, thynni genus grandius ceteris.

μελανειμονέω, f. ήσω, (*μελανείμων*) pullis seu atris vestibus sum indutus.

μελανειμονία, ἡ, (*μελανείμων*) vestitus niger.

μελανείμων, ον, (*εἷμα*) atris indutus vestibus, pullatus, atratus, Philox.

μελανέω, (*μέλας*) nigresco; hinc *μελάνει* pro *ἐμελάνει*, Il. 7. 64. nisi est a *μελάνω* i. q. *μελαίνω*.

μελανήφατος, ον, (*φατός*) de obscuris rebus, tristibus loquens.

μελανηφόρος, ον, (*φέρω*) pullatus, nigra veste indutus.

μελανθέα, ἡ, (*θέα*) aspectus nigri, Plat.

μελανθέλαιον, ου, τό, (*μελάνθιον*, *ἔλαιον*) oleum e melanthio.

μελάνθεμον, ου, τό, melanthemon, anthemidis species.

μελανθής, ές, (*ἄνθος*) niger. Aesch.

μελάνθινον ἔλαιον, oleum e melanthio. A seq.

μελάνθιον, ου, τό, (*ἄνθος*) melanthium, herba, nigella.

μελάνθριξ, τρῖχος, (*θρίξ*) i. q. *μελανόθριξ*.

μελανία, ας, ἡ, nigredo, nigror, atritudo. 2) nigra macula in pustula vel ulcere, mortem denuncians.

μελανίζω, f. ίσω, nigrico.

μελάνιον, ου, τό, (*ἴον*) nigra viola.

μελανόγειος, ον, i. q. *μελάγγειος*.

μελανόγραμμος, ον, (*γραμμή*) nigris lineis interstinctus.

μελανοδοχεῖον, ου, τό, atramentarium.

μελανοειδής, ές, (*εἶδος*) niger aspectu.

μελανοείμων, ον, i. q. *μελανείμων*.

μελανόζυξ, υγος, (*ζεύγνυμι*) *ναῦς*, navis transtra nigra habens, Aesch.

μελανόθριξ, τρῖχος, (*θρίξ*) nigros pilos habens.

μελανοκάρδιος, ου, (*καρδία*) qui nigrum cor, seu nigram medullam habet. 2) qui atroci et crudeli animo est.

μελανοκόμης, *μελανόκομος*, ου, ὁ, (*κόμη*) nigram comam habens.

μελανόμαλλος, ον, nigrum vellus habens.

μελανόμματος, ον, (*ὄμμα*) nigros habens oculos.

μελανονεκυοείμων, ον, (*μέλας*, *νέκυς*, *εἷμα*) nigris et funebribus vestibus indutus.

μελανονεφής, ές, (*νέφος*) caliginem cogens, vel caligine tectus.

μελανοποιός, όν, (*ποιέω*) nigrum reddens.

μελανόπτερος, ον, (*πτερόν*) nigras habens pennas s. alas.

μελανοπτέρυγος, ον, (*πτέρυξ*) idem.

μελανόρριζος, ον, (*ῥίζα*) nigram habens radicem.

μελανόσαρκος, ον, (*σάρξ*) nigram carnem habens.

μελανόστερνος, ον, (*στέρνον*) nigrum i. e. hirsutum pectus habens.

μελανόστερφος, ον, nigrum vellus habens, f. nigra pelle indutus.

μελανόστικτος, ον, atris maculis, seu notis distinctus.

μελανόστολος, ον, (*στολή*) nigram habens vestem, atra indutus stola.

μελάνοστος, ον, pro *μελανόστεος*, ον, (*ὀστέον*) ossa nigra habens. Ita legebat Aristoteles Il. 21, 252. ubi alii ex antiquis scripsere: *μελάνοσσος*, (*ὄσσε*) nigris oculis praeditus. Wollius secundum Aristarchum edidit *μέλανος*, τοῦ θηρητῆρος.

μελανοσυρμαῖος, ον, epitheton comicum Aegyptiorum ap. Ar. Thesm. 857. ambigui sensus, vel a *σύρμα*, nigra veste indutus, vel a *συρμαία*, nigra syrmaea, i. e. potione s. genere evacuationis, libenter utens.

μελανότης, ητος, ἡ, (*μέλας*) nigredo.

μελανουρίδες, αἱ, pisces, qui et *μελάνουροι*.

μελάνουρος, ον, (*οὐρά*) nigram habens caudam. 2) piscis, in cauda nigras maculas habens. 3) vipera quaedam.

μελανόφθαλμος, ον, nigros (pulcros) habens oculos.

μελανόφλεψ, εβος, ὁ, ἡ, (*φλέψ*) nigras venas habens.

μελανοφορέω, f. ήσω, atris vestibus amictus sum. A seq.

μελανοφόρος, ον, (*φέρω*) pullatus, atratus.

μελάνοφρυς, υ, (*ὀφρύς*) nigras palpebras habens. (ᾰ)

μελανόφρων, ονος, (*φρήν*) qui obscura mente est, crudelis, ferox, immanis.

μελανόφυλλος, ον, i. q. *μελάμφυλλος*.

μελανοχρής, ές, i. q. *μελαγχρής*.

μελανόχροος, ον, i. q. *μελάγχροος*, Od. 19, 246.

μελανόχρως, οος, i. q. *μελάγχρως*.

μελανόω, (*μέλας*) infusco, nigro, perf.

pass. part. *μεμελανωμένος*, atratus, pullatus.

μέλανσις, εως, ἡ, (*μελαίνω*) denigratio.

μελάνσπερμον, τό, (*σπέρμα*) herba eadem quae *μελάνθιον*.

μελανστερνος, ον, i. q. *μελανόστερνος*.

μελαντειχής, ές, (*τεῖχος*) nigros muros habens, nigra, de domo Plutonis, ap. Pind.

μελάντερος, nigrior. *μελάντατος*, nigerrimus. Comp. et Superl. a *μέλας*.

μελαντηρία, ας, ἡ, (*μελαίνω*) melanteria, succus niger in metallis concrescens, unde quibusdam atramentum metallicum, quasi a *μελαντήρ*, quod esset nigrator.

μελάνυδρος, ον, (*ὕδωρ*) nigras effundens aquas. 2) profundus.

μελάνω, poet. i. q. *μελαίνω*. vide *μελανέω*. (⏑ ⏑ -)

μελάνωμα, τό, nigredo. (⏑ ⏑ - ⏑)

μελανωπός, όν, (*ὤψ*) qui niger est adspectu.

μελάνωσις, ἡ, i. q. *μέλανσις*.

μελαῤῥῖνος, ον, (*ῥινόν*) atram cutem habens.

μέλας, ἄνος, ὁ, *μέλαινα*, αίνης, ἡ, *μέλαν*, ἄνος, τό, ater, niger, fuscus. Trop. profundus. 2) malus, immitis, crudelis, subdolus.

μέλασμα, ατος, τό, (*μελαίνω*) nigror, nigredo. 2) v. *μελανία* n. 2.

μελασμός, οῦ, ὁ, denigratio et livor a frigore.

μελδῶ, liquefacio, macero, elixo, coquo.

μέλε, ὦ *μέλε*, o bone, vocat. ab obsoleto *μέλος*, i. e. bonus, unde Lat. melior. Veteres grammatici explicant ὦ *ἐπιμελείας ἄξιε καὶ οἷον μεμελημένε*. Falso recentiores dictum putant pro ὦ *μέλεε* a *μέλεος*.

Μελεαγρίδες, αἱ, Meleagrides, gallinarum Africanarum species.

μελεάζω, (*μέλος*) modulor, cano.

μελεδαίνω, curo, sollicitus sum. A seq.

μελέδη, ης, ἡ, cura, curatio, Hippocr. (nisi est *μελεδώνη* legendum aut est pro *μελέδησις*).

μελέδημα, ατος, τό, (*μελεδαίνω*) cura, anxia et curiosa cogitatio.

μελεδήμων, ον, curator, qui se exercet in aliquo genere.

μελεδών, ῶνος, ἡ, i. q. *μελεδώνη*, cura, Hom. h. Ap. 532. Theogn. 883. 2) adject. i. q. *μελεδήμων*, curiosus.

μελεδωνεύς, έως, ὁ, curator, qui alicujus curam gerit. A pr.

μελεδώνη, ης, ἡ, meditatio, cogitatio, sollicitudo. Ab eod.

μελεδωνός, οῦ, ὁ, curator, procurator, qui rei alicujus curam gerit. Ab eod.

μέλεθρον, ου, τό, pedica, funis, quo ligantur artus. Ex Oppiani Cyneget.

μέλει, f. *μελήσει*, p. *μεμέληκε*, curae est. *μέμηλε*, curae est, pro *μεμέληκε*. part. *μεμηλώς*, sollicitus, curans. Vide *μέλω*.

μελεΐζω, (*μέλος*, 1.) i. q. *μελίζω*, 1. in membra sua disseco.

μελεΐνος, ΐνη, ΐνον, i. q. *μελίϊνος*.

μελεϊστί, adv. (*μελεΐζω*) membratim, per membra, Il. 24. 409. (⏑ ⏑ - ⏑)

μελεμβόρεος, ὁ, f. l. p. *μελαμβόρεος*, ap. Strabonem.

μελεοπαθής, ές, (*μέλεος*, *πάθος*) miser, infelix.

μελεόπονος, ον, (*πόνος*) miseriis oppressus, aerumnosus.

μέλεος, έα, εον, vanus, stultus, inanis. 2) infortunatus, infelix. 3) nihil efficiens. Hinc *μέλεον*, adv. incassum, otiose, sine effectu.

μελεόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (*φρήν*) infelix animo, mente miser.

μελεσίπτερος, ον, (*μέλος*, *πτερόν*) collisione alarum cantum quendam modulationemve efficiens, epith. cicadae.

μέλεται, f. *μελήσεται*, idem quod *μέλει*. *μεμελημένος*, perf. part. q. d. curatus, carus, dilectus. Vide *μέλω*.

μελετάω, f. ήσω, (*μέλω*, *μελεδαίνω*) curo, curam gero alicujus rei, c. gen. *βίου*, *ἔργου*, Hes. op. 318. 445. 2) curo, colo, c. acc. Inprimis curiose facio, exerceo, meditor, *μαντείαν*, Hom. h. Merc. 557. 3) intrans. exerceo me, *τὸ τόξῳ μελετᾶν*, Xen. Cyr. 2, 1, 21. 4) declamo, sc. exercendae orationis caussa, quo sensu Attici in futuro et aor. 1. utuntur medio. - *μεμελετημένος*, consideratus, exercitatione comparatus, elaboratus.

μελέτη, ης, ἡ, (*μελετάω*) cura. 2) meditatio, commentatio, praemeditatio. 3) industria, diligentia. 4) declamatio.

μελέτημα, ατος, τό, (*μελετάω*) exercitatio, meditatio, commentatio. 2) opus elaboratum cura.

μελετηρός, ρά, ρόν, exercitatus. Ab eod.

μελετητήριον, ου, τό, locus exercitationis, seu meditationis. 2) instrumentum, quo se quis exercet. Ab eod.

μελετητικός, ή, όν, ad meditationem s. exercitationem pertinens, vel aptus. 2) meditationis studiosus. 3) declamatorius. Ab eod.

μελετητός, ή, όν, quod meditatione sive exercitatione discendum et servandum est. Ab eod.

μελετών, ῶνος, ὁ, idem quod *μελετητήριον*.

μελέτωρ, ορος, ὁ, (*μέλω*) qui alicujus rei curam gerit.

μέλη, ἡ, poculi genus, Athen.

μεληδόν, (*μέλος*) adv. per membra, membratim, minutatim.

μεληδών, όνος, ἡ, cura, Hesych. cf. supra *μελεδών*.

μέλημα, ατος, τό, (*μέλω*) cura, sollicitudo.

μελησίμβροτος, ον, (*μέλησις*, *βροτός*) qui hominibus curae est.

μέλησις, εως, ἡ, (*μέλει*) curatio, cura.

μέλι, *μέλιτος*, τό, mel. 2) saccharum, veterum, Strabo.

μελία, ας, Ion. *μελίη*, ης, ἡ, fraxinus, arbor. 2) fraxinea hasta.

μελιαδής, ές, Dor. pro *μελιηδής*, (*μέλι*, *ἡδύς*) mellis dulcedine praeditus.

μελίβόας, ὁ, (*βοή*) suaviter sonans, κύκνος, Eur. fr. Phaet.

μελίβρομος, ον, (*μέλι*, *βρέμω*) suavem sonum edens.

μελιγᾱθής, ές, Dor. p. *μελιγηθής*, (*γηθέω*) melle gaudens, melleus, Pind.

μελίγδουπος, ον, (*γδουπέω*) suaviter sonans.

μελίγηρυς, υος, ὁ, ἡ, (*γῆρυς*) suaviter canens, sonans, Dorice *μελίγαρυς*, ut *μελιγάρυες ὕμνοι*.

μελίγληνος, ον, (*γλήνη*) melleas pupillas habens, dulcis adspectu.

μελίγλωσσος, ον, (*γλῶσσα*) mellitam habens linguam, cujus suavis est oratio.

μέλιγμα, τό, (*μελίζω*, 2.) cantus. 2. instrumentum musicum, Mosch. 3, 56.

μελίδουπος, ον, vid. *μελίγδουπος*.

μελιειδής, ές, (*εἶδος*) colore similis melli.

μελίεφθος, ον, (*ἕψω*) e melle coctus.

μελίζω, (*μέλος*) membratim concido, trunco. b) singula membra conformo. cf. *διαρθρόω*. 2) (*μέλος*, 2.) cano, modulor. b) trans. carmine celebro, *τινά*.

μελίζωρον, ου, τό, melicratum, aqua mulsa. A seq.

μελίζωρος, ον, (*μέλι*, *ζωρός*) meri mellis sapore praeditus.

μελιηγενής, ές, (*μελία*, *γίγνομαι*) e fraxino natus. Epith. hominum.

μελιηδής, ές, (*ἡδύς*) mellis dulcedine praeditus.

μελίθρεπτος, ον, melle nutritus.

μελίθροος, ον, contr. *μελίθρους*, ουν, suavem sonum edens.

μελίϊνος, ΐνη, ΐνον, (*μελία*) fraxineus. item *μέλινος*. (ῐ)

μελίκηρα, τά, s. *μελικήρα*, ας, ἡ, (*μέλι*, *κηρός*) lentor cujusdam cerae, quem purpurae verno tempore mutuo attritu salivant. (ῐ)

μελῐκηρία, ας, ἡ, sanies crassior et glutinosa mellique albo subsimilis.

μελικηρίς, ίδος, ἡ, favus, Gl. Vet. 2) abscessus quidam apud medicos tumorque materiam melli similem continens. 3) vitis quaedam ac herba.

μελίκηρον, ου, τό, favus. (ῐ)

μελίκομπος, ον, suavem vocem habens.

μελικός, ή, όν, (*μέλος*, 2.) ad carmen cantumve pertinens, carmini similis, canticus, cantui aptus. ὁ *μελικός*, Subst. poeta lyricus, qui cantilenas scribit.

μελίκρᾱς, ᾱτος, τό, v. seq.

μελίκρᾱτος, ον, Ion. *μελίκρητος*, (*μέλι*, *κεράννυμι*) melle mixtus. *τὸ μελίκρητον*, Subst. Att. *μελίκρᾱτον*, aqua melle mixta, aqua mulsa, mulsum: mixtura mellis et lactis. item *μελίκρᾱς*, ᾱτος, τό.

μελίκταινα, ἡ, *poet.* p. *μελίταινα*, Nic.

μελικτής, οῦ, ὁ, Dor. p. *μελικτάς*, (*μελίζω*, 2) cantor. it. *μελιστής*.

μελικῶς, adv. modulate.

μελιλώτινος, ίνη, ινον, qui e meliloto est, ut *μελιλώτινοι στέφανοι*. A seq.

μελίλωτον, ου, τό, (*μέλι*, *λωτός*) melilotus q. d. lotus melligena. (⏑⏑-⏑)

μελίλωτος, ου, ὁ, idem.

μελίμηλον, ου, τό, genus mali, sic dicti a mellea dulcedine; alias *γλυκύμηλον*.

μελίνη, ης, ἡ, genus leguminis milio simile, panicum miliaceum. (⏑⏑-?)

μέλινον, τό, i. q. *μελίταινα*. (ῑ?)

μέλινος, ὁ, i. q. *μελίνη*. (ῐ?)

μέλινος, ίνη, ινον, (*μελία*) fraxineus.

μελίπαις, παιδος, ὁ et ἡ, (*παῖς*) puer melleus, puella mellea, puer lepidissimus, puella lepidissima.

μελίπηκτον, ου, τό, (*πήγνυμι*) placenta e melle.

μελίπνοος, ον, contr. *μελίπνους*, ουν, (*πνέω*) mel, i. e. suaviter spirans.

μελιπτέρωτος, ον, (*πτερόω*) alas mellitas habens.

μελιῤῥαθάμιγξ, ιγγος, ὁ, ἡ, (*ῥαθάμιγξ*) mel stillans. (ᾰ)

μελίῤῥοος, ον, contr. *μελίῤῥους*, ουν, (*ῥέω*) melle fluens, mellifluus.

μελίῤῥυτος, ον, i. q. praec.

μελίσδω, Dor. p. *μελίζω*, 2.

μελίσκιον, τό, Dimin. a *μέλος*, carmen.

μέλισμα, ατος, τό, (*μελίζω*) cantilena, modulatio.

μελισμάτιον, ου, τό, parvum carmen, cantiuncula. Dim. a praec.

μελισμός, οῦ, ὁ, (*μελίζω*) divisio in partes. 2) modulatio, cantus.

μελίσπονδος, ον, (*μέλι*, *σπένδω*) in quo

diis melle libatur, ut μελίσπονδα ἱερά, sacra, quae mellis libamenta habent.

μέλισσα, ης, ἡ, Att. μέλιττα, apis. (a μέλι vel a μέλω.) 2) mel, poet. 3) poeta, poetria. 4) Δελφὶς μέλισσα, sacerdos Delphica, Pind. Item sacerdotes Cereris et Dianae vocabantur μέλισσαι. 5) anima casta et pura, Porphyr. it. luna.

μελισσαῖος, αία, αῖον, ad apes pertinens, apibus factus.

μελίσσειος, εία, ειον, i. q. μελισσαῖος.

μελισσεύς, έως, ὁ, apiarius.

μελισσήεις, ήεσσα, ῆεν, apibus abundans.

μελισσία, ἡ, i. q. μελισσών.

μελισσοβότανον, ου, τό, (βοτάνη) herba apiaria, apiastrum.

μελισσόβοτος, ον, (βόσκω) apibus depastus. Subst. τό μελισσόβοτον, ου, apiastrum, Nicand.

μελισσοβότος, ον, (βόσκω) apum pastor, vel cultor, nutritor.

μελισσοκόμος, ον, (κομέω) qui apes curat, qui apes alit, apiarius.

μελισσόκρᾱς, ᾱτος, ὁ et ἡ, i. q. μελιτόκρας.

μελισσονόμος, ον, (νέμω) apes pascens.

μελισσοπόνος, ον, (πονέω) i. q. μελισσοκόμος.

μελισσόρῡτος, ον, (ῥέω) ab apibus defluens. νασμοί, i. e. mel. Orph.

μελισσοσόος, ον, (σώζω) apes custodiens, servans, apum custos, epith. Panis.

μελισσότευκτος, ον, (τεύχω) apibus factus.

μελισσότοκος, ον, (τίκτω) apibus genitus. μελισσοτόκος, apes gignens.

μελισσοτροφεῖον, τό, locus ubi apes nutriuntur, apiarium, mellarium. A sq.

μελισσοτρόφος, ον, (τρέφω) apes nutriens.

μελισσουργεῖον, τό, i.q. μελισσοτροφεῖον.

μελισσουργέω, sum apiarius.

μελισσουργία, ἡ, cura apum.

μελισσουργικός, ή, όν, ad curam apum pertinens

μελισσουργός, όν, (ἔργον) apes curans. ὁ μ, i. q. μελισσεύς.

μελισσοφάγος, ον, (φαγεῖν) apibus vescens. (ᾰ)

μελισσόφυλλον, ου, τό, melissophyllum, apiastrum.

μελίσσω, poet. p. μελίσσω, Aesch.

μελισσών, Att. μελιττών, ῶνος, ὁ, apiarium, mellarium, locus, ubi sunt alvearia.

μελισταγής, ές, (στάζω) melle stillans. 2) dulcis, suavis.

μελίστακτος, ον, i. q. μελισταγής.

μελιστής, οῦ, ὁ, (μελίζω, 2) i. q. μελικτής, cantor.

μέλιτα, ἡ, poet. p. μέλισσα, ap. Emped.

μελίταινα, ης, ἡ, (μέλι) apiastrum.

μελίτεια, ας, ἡ, idem et ab eod.

μελίτειον, ου, τό, sc. ποτόν, potus melleus, sive e melle.

μελιτερπής, ές, (τέρπω) valde suavis.

μελιτήμερος, ον, (ἡμέρα) i. q. καλήμερος, Hesych.

μελιτήριος, ία, ιον, (μέλι) melligenus.

μελιτηρός, ρά, ρόν, melleus.

μελιτίζω, melle inungo. Unde μελῐτισμός, ὁ.

μελίτῑνος, ίνη, ινον, melleus.

μελιτίτης, ου, ὁ, ut μελιτίτης οἶνος, vinum melle conditum, vinum mulsum.

μελιτοειδής, ές, (εἶδος) flavus.

μελιτόεις, όεσσα, όεν, (μέλι) melleus, mellitus. 2) serenus, placidus, tranquillus.

μελιτόκρᾱς, ᾱτος, ὁ et ἡ, (κεράννυμι) melle mixtus.

μελιτοπωλέω, f. ήσω, mel vendo.

μελιτοπώλης, ου, ὁ, mellis venditor.

μελιτόπωλις, ιδος, ἡ, mellis venditrix. A praec.

μελιτοτροφέω, f. ήσω, (τρέφω) melle nutrio.

μελιτοτροφία, ας, ἡ, victus e melle.

μελιτουργεῖον, ου, τό, (μελιτουργός) locus, ubi mel fit, alveare.

μελιτουργέω, f. ήσω, mel facio. Ab eod.

μελιτουργία, ας, ἡ, mellificium. Ab eod.

μελιτουργικός, ή, όν, ad mellificium pertinens. Ab eod.

μελιτουργός, οῦ, ὁ, ἡ, (μέλι, ἔργον) mellarius.

μελιτοῦττα, ης, ἡ, (μέλι) placentae genus melle conditae. Quasi μελιτόεσσα.

μελιτόχροος, contr. μελιτόχρους, (χρόα) mellis colorem referens.

μελιτόω, f. ώσω, (μέλι) melle condio, melle misceo.

μέλιττα, ης, ἡ, Att. pro μέλισσα.

μελίττιον, ου, τό, apicula. Dim. a praec.

μελιττοπτηχεῖν, strepitum facere pulsando ne avolent apes.

μελιττοπολέω, f. ήσω, apiarius sum.

μελιττοπόλος, ου, ὁ, (μέλιττα, πολέω) apiarius, qui circa apes versatur.

μελιττοτροφεῖον, ου, τό, apiarium, mellarium.

μελιττοτρόφος, ον, vid. μελισσοτρόφος.

μελιττουργέω, f. ήσω, (μελιττουργός) rem apiariam tracto.

μελιττουργία, ας, ἡ, apum cura. Ab eod.

μελιττουργός, οῦ, ὁ, (ἔργον) apiarius.

μελιττώδης, ες, (μέλιττα) ad apes accedens, qui ex apium genere est.

μελιττών, ῶνος, ὁ, vide μελισσών.

μελιτώδης, ες, (μέλι) melleus, mellis modo dulcis.

μελίτωμα, ατος, τό, (μελιτόω) mellatum, opus dulciarium e melle, placenta mellita. (ῑ)

μελίτωσις, εως, ἡ, mellatio. (ῑ)

μελίφθεγκτος, ον, (φθέγγομαι) i. q. μελίφθογγος.

μελίφθογγος, ον, suaves sonos edens.[1]

μελίφρων, ον, (φρήν) dulcedine animum perfundens, suavis.

μελίφυλλον, ου, τό, apiastrum.

μελίφυρτος, ον, (φύρω) melle mixtus.

μελίφωνος, ον, (φωνή) suavem vocem habens.

μελίχλωρος, ον, flavus. 2) gemma quaedam.

μελίχροιος, ον, (χροιά) i. q. seq.

μελίχροος, ον, contr. μελίχρους, (χρόα) mellis colorem imitans, fuscus.

μελιχροποιέω, dulce reddo. A seq.

μελιχρός, ρά, ρόν, (μέλι) melleus, praedulcis.

μελίχρῡσος, ον, μελίχρυσοι λίθοι, lapides a colore sic dicti. Plin.

μελιχρώδης, ες, (μελίχρους, εἶδος) flavus, mellei coloris, Strato.

μελίχρως, ωτος et οος, (χρώς) i. q. μελίχροος.

μέλκα, ης, ἡ, cibus quidam e lacte. Paulus Aegin. Galen. Paxamus. Vox peregrina respondens Germanico, *Melk. Milch.* cf. Morell. codd. mss. Lat. bibl. Nan. p. 67.

μέλλαξ, ακος, ὁ, adolescens, ap. seriores. (ᾱκος?)

μελλείρην, ενος, ὁ, (μέλλω, εἴρην) Lacon. p. μελλέφηβος, it. μελλίρην.

μελλέποσις, vel μελλόποσις, εως, ὁ et ἡ, futurus maritus, uxor futura.

μελλέπταρμος, vel μελλόπταρμος, ον, jamjam sternutaturus.

μελλέφηβος, ον, (μέλλω, ἔφηβος) pubertati proximus.

μέλλημα, ατος, τό, (μέλλω) cunctatio, procrastinatio, dilatio, mora.

μέλλησις, εως, ἡ, idem.

μελλησμός, οῦ, ὁ, idem.

μελλητής, οῦ, ὁ, cunctator.

μελλητιάω, Desiderat. a μέλλω, cunctari cupio, cunctor.

μελλητικός, ή, όν, (μέλλω) cunctabundus, pronus ad cunctationem seu procrastinationem.

μελλῐέρη, ης, ἡ, (μέλλω, ἱέρη) sacerdos futura. 2) quae alias ad mysteria initiat.

μελλίρην, ενος, ὁ, (ἰρήν), v. μελλείρην.

μελλόγαμος, ον, (μέλλω, γαμέω) mox nuptias celebraturus.

μελλοδειπνικός, ή, όν, (δεῖπνον) ad coenam vocans.

μελλοθάνατος, ον, brevi moriturus. 2) decrepitus senex. (ᾰ)

μελλονῑκιάω, (νικάω) vincere cunctor, vox comica Aristophanis Av. 639. qua alluditur ad nomen Niciae cunctatoris.

μελλονύμφη, ης, ἡ, brevi sponsa futura.

μελλονυμφίος, ου, ὁ, brevi sponsus futurus.

μελλόνυμφος, ου, ὁ, idem.

μελλόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, proximus adolescentiae.

μελλόποσις, εως, ὁ, vel μελλέποσις.

μελλόπταρμος, ον, vide μελλέπταρμος.

μέλλω, f. μελλήσω, aor. ἐμέλλησα, impf. Att. ἤμελλον, aor. ἠμέλλησα, cum duplici augmento. - futurus sum, sum in eo ut faciam aliquid vel patiar, constr. plerumque c. inf. fut., raro cum inf. praes., rarissime c. inf. aor. 2) debeo, fatali necessitate cogor, Od. 7, 270. ὁ μέλλων χρόνος, futurum tempus. τά μέλλοντα, res futurae. 3) verosimile s. consentaneum est, me etc. μέλλω που ἀπέχθεσθαι Διΐ πατρί, Il. 21, 83. τά δέ μέλλετ' ἀκούεμεν, verosimile est vos ista audivisse, Il. 14, 125. ἔμελλεν ποτε οἶκος ἀφνειός ἔμμεναι, olim domus opulenta fuisse videtur, Od. 1, 232. cf. 18, 138. 4) cunctor, moror, differo, cesso: molior, paro, in animo habeo. - Interdum subintelligendus est inf. ut ὅτι μέλλετε, (sc. πράττειν) εὐθὺς πράττετε, Thuc. Grammaticis ὁ μέλλων sc. χρόνος est Futurum.

μελλώ, οῦς, ἡ, poet. i. q. μέλλησις, Aesch.

μελογραφέω, (μελογράφος) cantilenas scribo, hinc

μελογραφία, ἡ, cantilenarum scriptio.

μελογράφος, ον, (μέλος, 2. γράφω) cantilenas scribens, poeta lyricus.

μελοθεσία, ας, ἡ, (θέσις) compositio carminum.

μελοκοπέω, f. ήσω, (μέλος, κόπτω) membra amputo.

μελοκόπησις, ἡ, i. q. μελοκοπία.

μελοκοπία, ας, ἡ, membrorum amputatio, membrorum in frusta concisio.

μελοκόπος, ον, qui articulos et membra incidit.

μελοποιέω, f. ήσω, carmen compono, modulationem adhibeo; numerosum reddo.

μελοποιητής, οῦ, ὁ, poeta lyricus.

μελοποιΐα, ας, ἡ, scriptio carminum lirycorum. 2) modulatio, qualis est in carminibus melicis. A seq.

μελοποιός, όν, (μέλος, ποιέω) qui melica scribit, lyricus poeta.

μέλος, εος, τό, membrum, artus. 2) carmen modulatum: cantus: modulatio carminis, melodia.

μελοτυπέω, (τύπτω) cano, modulor.

μελουργός, όν, (ἔργον) i. q. μελοποιός.

μελουρίς, ίδος, ἡ, locusta frumentum rodens, dub.

μέλπηθρον, ου, τό, (μέλπω) ludicrum. 2) ludibrium.

μελπήτωρ, ορος, ὁ, (μέλπω) cantor.

Μελπομένη, ἡ, Melpomene, novem Musarum una, Hes. Th. 77.

μέλπω, canto, cantu celebro. Med. μέλπομαι, canto, ludo, tripudio et salto ad cantum, cantu persono.

μελπῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδή) cantor.

μελύδριον, ου, τό, cantiuncula. Dim. a μέλος.

μέλω, f. μελήσω, curae sum, cordi sum, ἀνθρώποισι μέλω, Od. 9, 20. b) curam ago, curo, Eur. Plerumque imperson. μέλει μοί τι, curae mihi est aliquid. Pro nominativo ponitur etiam inf., ut Od. 16, 465. rarius ὅτι, Hdt. 9, 72. Attici denique dicunt μέλει μοι τοῦδε, item ap. Hdt. 6, 101. 8, 19. exstat μέλει μοι περί τινος. Poetae eadem potestate usurpant medium μέλεται, μελήσεται pro μέλει, μελήσει: perf. μέμηλε, Att. μεμέληκε, plqpf. μεμήλει, i. q. μέλει, ἔμελε. Hinc particip. μεμηλώς, c. gen. studiosus alicujus rei perf. et plqpf. pass. μέμβλεται, μέμβλετο pro μεμέληται, ἐμεμέλητο, i. q. μέλει, ἔμελε, Il. 19, 343. 21, 516. – Med. μέλομαι, trans. curo, mihi curae est, c. inf. Aor. pass. μεληθῆναι, curam gerere, τινός, Soph.

μελῳδέω, f. ήσω, (μελῳδός) modulor, cano, laudo carmine modulato. μελῳδεῖσθαι, cantari.

μελῴδημα, ατος, τό, quod cum modulatione canitur, psalmus.

μελώδης, ες, (μέλος, εἶδος) membrosus.

μελῳδητός, ή, όν, (μελῳδέω) qui cum modulatione canitur.

μελῳδία, ας, ἡ, modulatio, cantilena.

μελῳδός, οῦ, ὁ, ἡ, (μέλος, ᾠδή) cantor seu modulator carminum.

μέμαα, perf. a * μάω, q. v.

μεμάθηκα, perf. a μανθάνω.

μεμακυῖα, fem. part. perf. Ep. a μηκάομαι, Il. 4, 435.

μεμάότες, pl. part. perf. a * μάω, Il. 2. 818.

μεμάποιεν, opt. aor. a μάρπτω, Hes. sc. 252. (ᾰ)

μέμαρπον, aor. Ep. a μάρπτω, Hes. sc. 245.

μεμαώς, μεμαυῖα, part. perf. a * μάω, q. v.

μέμβλεται, μέμβλετο, 3 pf. et plqpf. pass. a μέλω, c. signif. praes. et impf. pro μεμέληται et μεμέλητο, vide μέλω.

μέμβλωκα, perf. a βλώσκω, Od. 17, 190. cf. μολεῖν.

μεμβρᾰδοπώλης, ου, ὁ, (μεμβράς) apuarum venditor.

μεμβράνα, ης, ἡ, membrana. Vox Latina.

μεμβράς, άδος, ἡ, apuae quaedam species. (ᾰ)

μεμελετηκότως, adv. idem quod seq. a μελετάω.

μεμελημένως, adv. accurate, diligenter, caute.

μεμερισμένως, (μερίζω) adv. partito, divisim.

μεμετιμένος, part. perf. pass. Ion. a μεθίημι pro μεθειμένος, Hdt.

μεμετρημένως, (μετρέω) adv. servata mensura.

μεμηκώς, part. perf. a μηκάομαι, Il. 10, 362.

μέμηλε, 3 perf. Ep. a μέλω, cum signif. praes. Hinc plqpf. μεμήλει.

μεμηνιμένως, (μηνίω) adv. irate.

μεμηχανημένως, (μηχανάομαι) adv. sollerter, callide.

μεμῐασμένως, (μιαίνω) adv. foede.

μεμιγμένως, (μίγνυμι) adv. mixtim, promiscue, confuse.

μέμνονες, οἱ, aves quaedam, circa Memnonis sepulcrum quotannis in Troade videri solitae. Ael, Oppian. Plin. cui Memnonides.

μεμοιρᾱμένως, (μοιράομαι) adv. sortito.

μέμονα, perf. poet. et Ion. vi praesentis, volo, conor.

μεμόρηται, 3 perf. pass. poet. a μείρομαι.

μεμπτέος, (μέμφομαι) adj. verb. culpandus, accusandus.

μεμπτικός, ή, όν, quaerulus, querendi vim habens. A seq.

μεμπτός, ή, όν, (μέμφομαι) incusandus, reprehensione dignus. 2) conquerens, reprehendens.

μέμφειρα, ἡ, poet. p. μέμψις.

μέμφομαι, f. ψομαι, vitupero, reprehendo, τινά. 2) incuso, κατά τι vel τινός. 3) vitio verto, τινί τι.

μεμφωλή, ῆς, ἡ, questus, querela. Hesych.

μεμψῐβολέω, (μέμψις, βάλλω) q. d. querimoniis et reprehensionibus peto, conqueror, incuso, reprehendo, Suid.

μεμψιμοιρέω, f. ήσω, (μεμψίμοιρος) conqueror de sorte mea. 1) conqueror, queror. 3) expostulo, succenseo.

μεμψιμοιρητέον, adv. quaerendum. A praec.

μεμψιμοιρία, ας, ἡ, conquestio de sorte sua. A seq.

μεμψίμοιρος, ον, (μέμφομαι, μοῖρα) qui de sorte sua queritur, qui sortem suam incusat, querulus. 2) morosus, in minima inquirens.

μέμψις, εως, ἡ, (μέμφομαι) querimonia, questus, reprehensio, incusatio.

μέν, Conjunct. quidem. 2) sequente δέ, facit orationem adversativam, distributivam, vel copulativam. 3) sine δέ, ponitur aliquando pro δή, sane, profecto, certo. Hinc etiam est μὲν γάρ, enim; μὲν δή, quidem, certe quidem, itaque, porro quidem, sane quidem, enimvero, at enim; μὲν οὖν γε, μενοῦν γε, immo vero; μέν που, quidem, certe, utique; μὲν ῥα, pro μέν sequente δέ, μέν τοι, vel μέντοι, approbandi particula in responsionibus, certe quidem; verum tamen, sed tamen, vero, porro, rursus.

μέναιχμος, ον, (μένω, αἰχμή) in proelio perseverans, seu constans, bellicosus. Epigr. χειρὶ μεναίχμῳ, manu in proelio perseverante.

μένανδρος, ον, (μένω, ἀνήρ) virum irruentem excipiens et sustinens, virum exspectans.

μενεαίνω, (μένος) cupio, animi quodam impetu incitor. 2) iratus sum. 3) animo deficio.

μενέγχης, ες, (μένω, ἔγχος) hasta validus, bellicosus.

μενεδαΐος, ον, Att. p. μενεδήϊος. (⏑⏑–⏑⏑)

μενεδήϊος, ον, (μένω δήϊος) hostem excipiens, audax, bellicosus.

μενέδουπος, ον, (δοῦπος) i. q. seq.

μενέκτῠπος, ον, (κτύπος) bellicos strepitus et tumultus sustinens.

μενέμᾰχος, ον, (μάχη) pugnae patiens, audax, bellicosus.

μενεπτόλεμος, ον, (μένω, πόλεμος) bellicosus.

μενετέον, Adj. verb. a μένω, manendum est.

μενετικός, ή, όν, (μένω) qui manere solet.

μενετός, ή, όν, qui manere et exspectare potest aut solet, qui moram patitur.

μενεφύλοπις, ιος, (φύλοπις) i. q. μενεπτόλεμος. (⏑⏑–⏑⏑)

μενεχάρμης, ου, ὁ, i. q. μενέχαρμος.

μενέχαρμος, ον, (χάρμη) bellicos labores strenue sustinens.

μενητέος, έα, έον, i. q. μενετέος, deterior forma.

μενθῆραι, αἱ, it. μένθηρες, αἱ, i. q. μέριμναι, Gramm. Hinc

μενθηρίζω, i. q. μεριμνηρίζω, Gramm.

μενοεικής, ές, (μένος, εἰκός, ἔοικα) animo gratus, animum demulcens.

μενοινάω, f. ήσω, (μένος) impetu animi concitatus cupio, animo agito, cogito.

μενοινέω, Ion. p. μενοινάω.

μενοινή, ῆς, ἡ, (μενοινάω) impetus s. cupiditas animi, alacritas.

μενοινώω, poet. p. μενοινάω.

μένος, εος, τό, animi ardor, impetus, quo ad aliquid agendum aut sustinendum excipiendumve fertur. 2) animus. (praesertim vis animi, quae Latinis mens est, vocabulo a Graecis mutuo sumto, quum mens praesentia cum praeteritis et futuris comparans, memor propositi, manet in coepto, et sobria quadam constantia, qua sibi conscia est, quid agat, et quare, et quo, consilia suscepta persequitur via et ratione certa). 3) robur. 4) vehementia, vis. 5) ira. 6) servit periphrasi, ut μένος πυρός, pro igni.

μένπου, vide μέν.

μέντοι, vide μέν,

μένω, f. μενῶ, perf. μεμένηκα, maneo, permaneo, constanter maneo, immotus et fixus maneo. 2) exspecto, praestolor. 3) in statione maneo, et irruentem hostem exspecto.

μεράρχης, ου, ὁ, (μέρος, ἀρχή) praefectus s. dux μεραρχίας.

μεραρχία, ας, ἡ, agmen militum constans e bis mille et quadraginta octo viris. Aelian. Tact. A praec.

μέρθω, f. σω, privo, prohibeo, noceo. Hesych. intueor, Eustath.

μεριδάρπαξ, ᾰγος, ὁ, (μερίς, ἁρπάζω) partem rapiens; nomen muris in Batrachom.

μεριδάρχης, ου, ὁ, (μερίς, ἄρχω) praefectus partis alicujus, v. c. exercitus provinciae.

μεριδαρχία, ας, ἡ, praefectura, provincia. A praec.

μερίζω, (μερίς) partior, divido, distri-

buo. Med. *μερίζομαί τι*, partem aliquam alicujus rei mihi vindico. *μερίζομαί τι πρός τινα*, partior aliquid cum aliquo, Dem. item ap. scriores *μερίζεσθαί τινί τι* et *τινί τινος*. Pass. dividor, in partes varias scindor, distrahor: dissentio, dissideo.

μερικεύομαι, dividor, secor in partes.

μερικός, *ή*, *όν*, particularis, ad partem tantum pertinens, aut speciem aliquam, ut *προσῳδία μερική*, item *φιλοσοφία*.

μερικῶς, adv. particulatim particulariter, partito, ex parte.

μέριμνα, *ης*, *ἡ*, cura, sollicitudo.

μεριμνάω, f. *ήσω*, curo, sollicitus sum, anxie cogito. 2) contemplor, curiose inquiro.

μερίμνημα, *ατος*, *τό*, cura. A praec.

μεριμνητής, *οῦ*, *ὁ*, (*μεριμνάω*) curiosus contemplator, philosophus.

μεριμνητικός, *ή*, *όν*, anxie vel sollicite cogitans, curans, sollicitus. *τὸ μεριμνητικόν*, *οῦ*, cura, sollicitudo. A praec.

μεριμνοποιέω, sollicito.

μεριμνοσοφιστής, *οῦ*, *ὁ*, idem quod *μεριμνοφροντιστής*.

μεριμνοτόκος, *ον*, (*μέριμνα*, *τίκτω*) curas pariens.

μεριμνοφροντιστής, *οῦ*, *ὁ*, sophista, nugator. Aristophan.

μερίς, *ίδος*, *ἡ*, (*μέρος*) portio, particula. 2) communio. 3 ferculum, quod unicuique in convivio apponitur. 4) adjumentum, lucrum. 5) particula panis consecrati in eucharistia sacra, quae unicuique datur. 6) factio.

μέρισμα, *ατος*, *τό*, (*μερίζω*) pars.

μερισμός, *οῦ*, *ὁ*, partitio, divisio. 2) portio, pars. 3) Figura rhetorica, distributio: probatio per partes Ab eod.

μεριστής, *οῦ*, *ὁ*, divisor, partitor. Ab eod.

μεριστικός, *ή*, *όν*, dividendi vim habens. A praec.

μεριστός, *ή*, *όν*, (*μερίζω*) qui dividi potest, separabilis.

μεριτεύομαι, partior, LXX. a seq.

μερίτης, *ου*, *ὁ*, (*μερίς*) particeps, Philox.

μερμαίρω, curas animo volvo, curo, anxie cogito. 2) irascor. Glossatores habent etiam *μερμέρω* et *μερμήρω*.

μέρμερος, *ον*, curiosus. 2) cura dignus. 3) difficilis et arduus. 4) male sedulus percunctator, seu indagator; callidus et curiosus, item sagax. *μέρμερα*, quae sollicitum reddunt.

μέρμηρα, *ας*, *ἡ*, sollicitudo, anxia cura. 2) somnus levis, qui hominem sub auroram occupat.

μερμηρίζω, f. *ίσω*, et *ίξω*, anxie cogito, curiose in animo verso, meditor, sollicitus sum. 2) excogito, curiosa cogitatione invenio. A praec.

μέρμιθος, *ὁ*, i. q. *μέρμις*.

μέρμις, *ιθος*, *ἡ*, funis, funiculus, filum. Odyss. 10, 23 et 24.

μεροπήϊος, *ον*, (*μέροψ*) humanus.

μεροπηΐς, *ίδος*, *ἡ*, humana.

μέρος, *εος*, *τό*, (*μείρομαι*) pars, portio. 2) adjumentum, praesidium. Hinc *τὰ ἐπὶ μέρους*, *τὰ κατὰ μέρος*, singularia. *οἱ κατὰ μ.* singuli, ut *αἱ κατὰ μέρος ἀρεταί*, singulae virtutes, *κατὰ μέρος*, singulatim, privatim, vicissim. *ἀνὰ μέρος*, vicissim, per vices. *ἀπὸ μέρους*, *ἐκ μέρους*, ex parte. *ἐν μέρει*, vicissim, per vices, alternatim, deinceps. *τὸ σὸν μέρος*, quantum in te est.

μέροψ, *οπος*, *ὁ*, (*μείρομαι*, *μερίζω*, *ὄψ*) usitatum in pl. *οἱ μέροπες*, loquentes, vocis participes, voce praediti, epitheton hominum, *μέροπες ἄνθρωποι* s. *βροτοί*, Hom. Unde *οἱ μέροπες*, homines. 2) avis quaedam, quae et *ἀέροψ*.

μές, Dor. p. *μέν*.

μεσάβον et *μέσσαβον*, it. *μεσάβοιον*, *ου*, *τό*, (*μέσος*, *βοῦς*) lignum medium inter junctos boves, temo, s lorum, quo temoni alligantur vel jugo copulantur boves.

μεσαβόω, f. *ώσω*, boves jungo, aro; it. alia jungo animalia. A praec.

μεσάγκεια, *ἡ*, (*μέσος*, *ἄγκος*) convallis inter montes.

μεσάγκυλον, *ου*, *τό*, (*μέσος*, *ἀγκύλη*) amentatum jaculum.

μεσάγριος, *ον*, (*μέσος*, *ἄγριος*) semiferus.

μεσάγροικος, *ον*, (*ἄγροικος*) semirusticus, subrusticus.

μεσάζω, f. *άσω*, (*μέσος*) sum in medio. *μεσάζει*, intervenit, intercedit.

μεσαιπόλιος, *ον*, (*πολιός*) semicanus.

μεσαίτατος, *άτη*, *ατον*, superl. poet. et Ion. a *μέσος*, medius, qui maxime in medio est, penitissimus, Hdt. 4, 17.

μεσαίτερος, *έρα*, *ερον*, compar. poet. et Ion. a *μέσος*, penitior.

μεσαίχμιον, *ου*, *τό*, (*μέσος*, *αἰχμή*) medium spatium inter duas acies, Hesych. Al. *μεταίχμιον*.

μέσακτος, *ον*, (*μέσος*, *ἀκτή*) in medio litore situs, Aesch. Pers. 886.

μεσαμβρίη, *ἡ*, Ion. p. *μεσημβρία*.

μεσάντιον, *τό*, (*τὸ ἄντιον*) jugum textorium, liciatorium.

μεσάραιον, *ου*, *τό*, (*ἀραιά*) mesenterium, Hesych.

μεσάστυλον, *τό*, i. q. *μεσόστυλον*.

μεσάτιος, *ον*, et *μέσατος*, *η*, *ον*, poet. p. *μέσος*. (ᾰ)

μεσαύλη, *ἡ*, v. *μέσαυλος*.

μεσαυλικόν, *τό*, (*αὐλέω*) modulatio tibiarum cantibus interposita, it. *μεσαύλιον*.

μεσαύλιος, *ον*, i. q. *μέσαυλος*. *τὸ μεσαύλιον*, i. q. *τὸ μέσαυλον* ab *αὐλή*.

μέσαυλον, *τό*, v. seq.

μέσαυλος, *ον*, (*μέσος*, *αὐλή*) Att. *μέταυλος*. Epice *μέσσαυλος*. 1) *ὁ μέσαυλος* s. *τὸ μέσαυλον*, cavaedium, locus in mediis aedibus ubi januae in cubicula virorum et mulierum: aula, cohors. 2) *ἡ μέσαυλος*, sc. *θύρα*, janua inter anticam et posticam media, i. e. e vestibulo ferens in atrium: it. *ἡ μεσαύλη*.

μέσδων, *ον*, Dor. p. *μέζων*, *μείζων*.

μεσεγγυάω, (*μεσέγγυος*) pignore apud aliquem deposito confirmo, sequestro. Med. apud sequestrem pecuniam deponendam stipulor vel depono.

μεσεγγύη, *ης*, *ἡ*, sequestratio. (ῠ)

μεσεγγύημα, *ατος*, *τό*, (*μεσεγγυάομαι*) id, quod apud sequestrem deponitur. (Dicitur impr. de pecunia deposita apud sequestrem poenae nomine, quoties inter duos quidpiam contra bonos mores aut adversus rempublicam convenit). 2) sponsio mercedis, pactio mercedis, pactio mercedis occulta. (ῠ)

μεσεγγύησις, *ἡ*, depositio pignoris apud aliquem. (ῠ)

μεσεγγυητής, *οῦ*, *ὁ*, fidejussor.

μεσέγγυος, *ον*, (*ἐγγύη*) sequester, sponsor, fidejussor, qui est inter duas partes medius.

μεσεμβολέω, (*ἐμβάλλω*) in medios injicio.

μεσεντέριον, *ου*, *τό*, (*ἔντερον*) mesenterium, lactes.

μεσέντερον, *ου*, *τό*, idem.

μεσέρκιος, *ου*, *ὁ*, (*ἕρκος*) Epith. Jovis, forsan, quod in medio *ἕρκει* statui et coli soleret. Hesych.

μεσεύω, (*μέσος*) medius sum, neutrius partis sum, utriusque sum particeps, ambigo inter utrumque.

μεσηγύ et *μεσσηγύ*, item *μεσηγύς*, vel *μεσσηγύς*, adv. in medio, inter. 2) interim, interea, medio spatio vel tempore.

μεσήεις, *ήεσσα*, *ῆεν*, (*μέσος*) mediocris.

μεσῆλιξ, *ικος*, *ὁ*, *ἡ*, (*ἧλιξ*) qui mediae aetatis est.

μεσημβρία, *ας*, *ἡ*, (*ἡμέρα*) meridies 2) plaga meridionalis. 3) pro *ἀκμῇ* alicujus rei, ut aetatis, gloriae etc.

μεσημβριάζω, f. *άσω*, meridior, meridie dormio, vel sum in aliqua re, vel ago aliquid. Sol dicitur *μεσημβριάζειν*, pro *μεσουρανεῖν*, in medio coelo esse, Pollux. A pr.

μεσημβριάω, *ῶ*, in medio coelo sum, de sole, Apollon. *μεσημβριόωντος*, pro *μεσημβριῶντος*, *μεσημβριάοντος*. Gloss. Vett. *μεσημβριῶ*, meridior. Ab eod.

μεσημβρίζω, idem quod praec. et ab eod.

μεσημβρινός, *ή*, *όν*, meridianus. 2) meridiei propinquus. Ab eod.

μεσημέριος, *ία*, *ιον*, meridianus. Ab eod.

μεσήπειρος, *ον*, mediterraneus.

μεσηρεύειν, medius esse, *essere neutrale*. Hesych. A seq.

μεσήρης, poet. *μεσσήρης*, *ες*, (*μέσος*, *ἄρω*) medius.

μέσης, *ου*, *ὁ*, venti nomen apud Aristot. Meteor.

μεσίδιος, *α*, *ον*, medius, neutrius partis, ut *δικαστὴς μεσίδιος*, ap. Aristot. sed alii aliter ibi. *μεσσίδιος*, poet. ap. Hesych.

μεσιδιόομαι, i. q. *μεσεγγυάομαι*.

μεσιῤῥοπέω, consisto vel incedo in medio.

μεσιτεία, *ας*, *ἡ*, (*μεσίτης*) interventus, sequestratio, arbitrium, arbitratus.

μεσιτεύω, f. *εύσω*, mediator sum, interpretem ago, interpono me, intervenio, fidejubeo, sequestro. 2) in medio sum. 3) interjectus sum inter. 4) apud sequestrem depositus sum. A seq.

μεσίτης, *ου*, *ὁ*, (*μέσος*) qui est medius inter duo, interventor, deprecator, conciliator, pacificator, sequester, arbiter; etiam arbiter ac testis promissi, et ultor non servati. 2) internuncius, interpres.

μεσίτιος ἄρχων, (ita enim videtur legendum apud Aristot. pro *μεσίδιος* et *μεσήτιος*) princeps medius in neutram partem inclinans. A praec. (Aut *μεσίτειος* videtur legendum a *μεσιτεύειν* et *μεσιτεία*, aut nil caussae occurrit, cur *μεσίδιος* improbetur, quum reperiatur *μεσσίδιος* et *μεσιδιοῦσθαι*).

μεσῖτις, *ἡ*, fem. a *μεσίτης*, pararia.

μέσκος, vellus, pellis. Hesych.

μεσοβασιλεία, *ας*, *ἡ*, et *τὸ μεσοβασίλειον*, *ου*, interregnum.

μεσοβασίλειος, *ον*, ad interregnum pertinens.

μεσοβασιλεύς, *έως*, *ὁ*, interrex.

μεσόβοιον, *ου*, *τό*, idem quod *μέσαβον*. ubi v.

μεσόγαιος, *ον*, vel *μεσόγαιος*, *αία*, *αιον*, (*γαῖα*) mediterraneus.

μεσογάστωρ, *ορος*, *ὁ*, *ἡ*, (*γαστήρ*) medio ventre cinctus.

μεσόγειος, *εία*, *ειον*, vel *μεσόγειος*, *ον*, mediterraneus.

μεσογαιότης, ητος, ἡ, mediterraneae regiones.

μεσόγεως, ων, Att. idem quod μεσόγειος.

μεσογειωτικός, ή, όν, mediterraneus.

μεσογονάτιον, sive μεσογόνιον, ου, τό, (γόνυ) internodium calami s. arundinis.

μεσόγρᾰφος, ον, semiscriptus, in medio exaratus. μεσογράφους, lineas medias vocant Mathematici, quum mesolabio instrumento anquirunt media proportionalia.

μεσοδάκτυλος, ον, (δάκτυλος) digitis interpositus.

μεσοδερκής, ές, (δέρκομαι) qui in mediis rebus aliis conspicitur.

μεσόδμη, ης, ἡ, (μέσος, δέμω) trabs magna, per mediam trajecta domum, trabes minores vel tectum sustinens. 2) columna in medio posita. 3) s. trabs transversa in navis foramine pertusa, cui inditur malus. Philox. pergula.

μεσόζευγμα, ατος, τό, figura a Grammaticis ita appellata, quum in medio clausularum verbum aliquod positum, et praecedentia nectit et sequentia.

μεσόθεν, μεσόθι, adv. v. μέσσοθεν, μεσσόθι.

μέσοι, poet. μέσσοι, adv. i. q. ἐν μέσῳ.

νεολώφητος, ον, (λωφάω) qui nuper desiit, finem fecit alicujus vitii, mali.

νέομαι, contr. νεῦμαι, eo, vado, venio, proficiscor: abeo, redeo, domum redeo: in bellum proficiscor, Hom. refluo, Il. 12, 32. Constr. c. praepositionibus εἰς, πρός, ἐπί c. acc., item c. ὑπό c. acc. et ἐπί c. dat., nec non cum solo accusativo absque praepositione. Praeter praesens exstat nil nisi imperfectum; plerumque praesens habet significationem futuri, ut εἶμι. Activum νέω non reperitur nisi in loco misere depravato Hom. h. Cer. 395.

νεομάλακτος, ον, (μαλάσσω) recens subactus. Epith. panis recentis.

νεόμην, ηνος, ὁ, ἡ, ut νεόμηνι σελήνῃ, nova luna. apud Aratum.

νεομηνία, ας, ἡ, Attice νουμηνία, (μήν) novilunium, novus mensis: calendae, nova luna.

νεομορφοτύπωτος, ον, (μορφή, τυπόω) nove formatus.

νεόμυστος, ον, (μύω) recens initiatus.

νεόνυμφος, ἡ, (νύμφη) nova nupta.

νεόξαντος, ον, (ξαίνω) recens carminatus, mollis, de lana.

νεόξεστος, ον, recens politus.

νεοπαγής, ές, (πήγνυμι) recens compactus, recens coagmentatus.

νεοπαθής, ές, (πάθος) recens a luctu, recentem luctum, dolorem habens.

νεοπειθής, ές, (πείθω) nuper ad officium redactus.

νεόπειστος, ον, idem et ex eod.

νεοπένης, ητος, (πένης) modo pauper factus, opp. νεόπλουτος.

νεοπενθής, ές, (πένθος) qui in recenti luctu est.

νεοπέπειρος, ον, (πέπειρος) qui modo ad maturitatem pervenit.

νεόπεπτος, ον, (πέσσω) recens coctus, recens, de pane.

νεοπηγής, ές, (πήγνυμι) i. q. νεοπαγής.

νεόπηκτος, ον, (πήγνυμι) i. q. νεοπαγής.

νεοπλεκής, ές, et νεόπλεκτος, ον, (πλέκω) recens plexus, recens contextus.

νεοπλουτοπόνηρος, ον, (πονηρός) recens acquisitis divitiis depravatus, Eupolis.

νεόπλουτος, ον, recens ditatus.

νεοπλυνής, ές, (πλύνω) recens lotus, Pollux.

νεόπλυτος, ον, (πλύνω) recens lotus, εἵματα, Od. 6, 64.

νεοποιέω, novum facio, renovo.

νεοποίητος, ον, (ποιέω) recens factus.

νεοποίκιλος, ον, (ποικίλος) pulcre recens: novus idemque pulcer, ut νεοσίγαλος, cujus est interpretatio.

νεόποκος, ον, (πέκω, πόκος) modo de-

tonsus,

νεοπολῖται, αἱ, jus civitatis plebiscito adepti, νεοπολίτης, ου, ὁ, novus civis, Poll.

νεοπολῖτις, ιδος, ἡ, ut νεοπολῖτις πόλις, urbs novos habens cives, recens constituta et jure civitatis donata. A praec.

νεοπότιστος, ον, (ποτίζω) nuper irrigatus.

νεόποτος, ον, (πίνω) qui recens bibit.

νεόπους, οδος, ὁ, usitatius in plur. νεόποδες, (πούς) nepotes in vitibus enati, Geopon. 4, 3.

νεοπρεπής, ές, (πρέπει) juvenes decens, juvenilis.

νεόπριστος, ον, (πρίω) recens (serra) sectus

νεόπτολις, εως, ἡ, urbs nova.

νεοπυρίητος, ον, (πυριάω) recens fotus.

νέοργος, ον, (ὀργάω) recenti succo vel humore turgens. Soph.

νεοῤῥαγής, ές, (ῥήγνυμι) recens ruptus.

νεόῤῥαντος, ον, (ῥαίνω) recens adspersus, recenter madens.

νεοῤῥόφητος, ον, (ῥοφέω) qui recens sorbitionem sumsit.

νεόῤῥυτος, ον, (ῥέω) qui recens effluxit, recens fluens.

νεόῤῥυτος, ον, (ῥύω) modo e vagina extractus, ξίφος, Aesch. Ag. 1362.

νέορτος, ον, (ὄρνυμι) recens excitatus, seu exsuscitatus: novus, juvenis.

νέος, νέα, Ion. νέη, νέον, Attice etiam duarum termin., Ion. νεῖος, (quae tamen forma vocis ap. Homerum non exstat) novus, novellus, recens; de hominibus, juvenis. ἐκ νέου vel ἐκ νέας, sc. ἡλικίας, inde a juventute: it. denuo. ἡ, νέα, sc. σελήνη vel ἡμέρα, novilunium, v. ἕνη. 2) novus, inauditus. νεώτερα πράγματα, res novae. 3) νεώτεροι, juvenes. - Adv. νέον, nuper, recenter, denuo, modo. Hinc

νεός, ἡ, sc. γῆ, vel ὁ νεός, sc. ἀγρός, novale, ager novalis.

νεός, gen. Ion. a ναῦς.

νεοσίγαλος, ον, (σιγαλόεις) novitate et excellentia admirandus, pulcre recens, ut σιγαλόεντα, ap. Hom. mirando artificio facta. Pind. Ol. 3, 8. vid. νεοποίκιλος.

νεοσκαφής, ές, (σκάπτω) recens effossus, structus, Lycophr.

νεοσκύλευτος, ον, (σκυλεύω) modo detractus. (ῡ)

νεόσμηκτος, ον, (σμήχω) recens politus, purgatus, nuper tersus.

νεόσοικοι, οἱ, dub. lect. p. νεώσοικοι.

νεοσπαδής, ές, (σπάω) recens destrictus.

νεοσπάρακτος, ον, (σπαράσσω) recens dilaniatus.

νεόσπας, αδος, (σπάω) nuper evulsus.

νεόσπειστος, ον, (σπένδω) modo libatus.

νεόσπορος, ον, (σπείρω) recens seminatus.

νεοσσεύω, Att. νεοττεύω, f. εύσω, (νεοσσός) nidulor, nidifico.

νεοσσία, ἡ, Att. νεοττία, ipsa nidulandi s. nidificandi actio, nidulandi tempus.

νεοσσιά, ἡ, Att. νεοττιά, (νεοσσός) nidus, pullorum cubile: it. alvous, alveare apum.

νεόσσιον vel νεοσσίον, τό, Att. νεόττιον, Dim. a νεοσσός, νεοττός, pullulus, pullus tenellus: it. infans.

νεοσσοκομέω, Att. νεοττοκομέω, pullos alo, curo.

νεοσσοκόμος, Att. νεοττοκόμος, ον, (νεοσσός, κομέω) pullos nutriens.

νεοσσοποιέω, Att. νεοττοπ. (ποιέω) nidifico, nidulor: pullos gigno.

νεοσσοποιία, ἡ, Att. νεοττοπ. nidi constructio, nidificandi tempus.

νεοσσός, ὁ, Att. νεοττός, (νέος) pullus: dicitur plerumque de avibus recens natis, ut Il. 2, 311. 9, 323. item de apiculis, Xen. nec non de infantibus, Valck. ad Hdt 3, 109. 2) vitellus in ovo.

νεοσσοτροφεῖον, Att. νεοττοτροφεῖον, ου, τό, locus, ubi pulli aluntur. A seq.

νεοσσοτροφέω, Att. νεοττοτροφέω, (νεοσσός, τρέφω) pullos alo. νεοσσοτροφεῖσθαι, a pueritia educari veluti pullum.

νεοσσοτροφία, ἡ, studium pullorum alendorum. A praec.

νεόσσυτος, ον, (σεύω) recens incitatus, recens.

νεοσταθής, ές, (ἵστημι) recens constitutus, recens institutus.

νεοστάλυξ, ῦγος, (σταλύζω) i. q. νεοδάκρυτος. (◡-◡-)

νεοστασία, ἡ, f. l. pro ἐνεοστασία, Ap. Rh. 3,76.

νεόστειπτος, ον, i. q. νεοστεφής.

νεοστεφής, ές, (στέφω) recens coronatus, Hesych.

νεοστράτευτος, ον, (στρατεύομαι) qui nuper militiae nomen dedit, recens miles. νεοστράτευτοι, οἱ, tirones.

νεόστροφος, ον, (στρέφω) nuper tortus, velut funis, ideoque recens.

νεοσύλλεκτος, ον, (συλλέγω) recens collectus exercitus e tironibus. νεοσύλλεκτοι, οἱ, tirones.

νεοσύλλογος, ον, recens collectus, velut exercitus.

νεοσύστατος, ον, (συνίστημι) nuper concretus, qui nuper coaluit. νεοσύστατοι dicuntur a Josepho, qui recens professi erant sectam Pharisaeorum.

νεοσφαγής, ές, (σφάζω) recens jugulatus, nuper mactatus.

νεόσφακτος, ον, idem et ex eodem.

νεόσφαξ, αγος, idem.

νεοτελής, ές, (τέλος) recens absolutus.

νεοτερπής, ές, (τέρπω) novam oblectationem habens. 2) brevi tempore oblectans. 3) novus.

νεότευκτος, ον, (τεύχω) recens fabricatus, recens factus, nuper paratus.

νεοτευχής, ές, idem, et ex eod.

νεότης, ητος, ἡ, (νέος) juventus, adolescentia. 2) juvenes, juvenum multitudo; juvenum proventus et robur, ap. Thucyd. 3) novitas.

νεοτήσιος, ον, juvenilis. A praec.

νεότμητος, ον, (τέμνω) nuper sectus, recens caesus vel incisus.

νεοτόκος, ον, (τίκτω) quae recens peperit, puerpera.

νεότοκος, ον, (τίκτω) recens natus.

νεότομος, ον, (τέμνω) i. q. νεότμητος, recens sectus.

νεοτρεφής, ές, (τρέφω) nuper nutritus. 2) recens natus.

νεοτριβής, ές, (τρίβω) recens tritus.

νεότριπτος, ον, i. q. νεοτριβής.

νεοτροφέω, f. ήσω, in juventute alo.

νεοτρόφος, ον, (τρέφω) pullos alens, juvenes nutriens.

νεότροφος, ον, (τρέφω) i. q. νεοτρεφής, nuper nutritus, in juventute nutritus.

νεότρωτος, ον, (τιτρώσκω) recens vulneratus.

νεοττεία, ας, ἡ, (νεοττεύω) nidi constructio. 2) nidus, alveare apum.

νεόττευσις, εως, ἡ, idem. A seq.

νεοττεύω, f. εύσω, (νεοττός) nidulor.

νεοττία, ἡ, Att. p. νεοσσία.

νεοττιά, ἡ, Att. p. νεοσσιά.

νεόττιον, τό, Dimin. a νεοττός, pullus; pullities.

νεοττίς, ίδος, ἡ, Dim. a νεοττός, pullastra, gallinula.

νεοττοκομέω, Att. p. νεοσσοκομέω.

νεοττοποιέω, Att. p. νεοσσοποιέω.

νεοττός, ὁ, Att. p. νεοσσός.

νεοττοτροφέω, Att. p. νεοσσοτροφέω.

νεότυρος, ὁ, (τυρός) caseus recens.

νεουργέω, f. ήσω, novum facio, renovo. νεουργεῖσθαι, renovari. A seq.

νεουργός, όν, et νεουργής, ές, (ἔργον) nuper factus. 2) novum faciens, renovans.

νεουργός, οῦ, ὁ, (ναῦς, gen. νεώς, et ἔργον) navium fabricator, Pollux.

νεουρεῖν, secundo venti flatu uti, secunda uti navigatione. ap. Diog. Laert. p. 219. Erasmus interpretatur: citius mingere, quasi esset παρά τό οὐρεῖν. Sed locus mendo non caret. Verba sunt Diogenis ad quendam sibi convicium dicentem ἐπί τῷ παραχαράξαι τό νόμισμα: Καί γάρ ἐνεούρουν θᾶττον, νῦν δ' οὔ. Schneiderus legendum suspicatur ἐνεούργουν a νεουργέω, quod quem sensum habeat, non intelligo.

νεούτατος, ον, (νέος, οὐτάω) recens vulneratus, modo ictus.

νεοφανής, ές, (φαίνομαι) nuper ortus, qui modo apparuit.

νεοφάντης, ου, ὁ, nuper initiatus.

νεόφαντος, ον, i. q. νεοφανής. 2) i. q. νεοφάντης, dub.

νεόφατος, ον, i. q. νεήφατος, nuper occisus.

νεοφεγγής, ές, (φέγγος) recenti lumine splendens, μήνη, Manetho.

νεόφθαρτος, ον, (φθείρω) nuper corruptus, modo occisus, recens vitiatus.

νεόφθιτος, ον, (φθίνω) qui modo interiit, modo mortuus. Item νεοφθίμενος, η, ον, Nonn. (ῐ)

νεόφοιτος, ον, (φοιτάω) qui modo prodiit: recens insaniens. 2) recens calcatus.

νεοφυής, ές, (φύω) recens germinans.

νεοφύρατος, ον, (φυράω) recens pistus. Epith. panis. (◡◡--◡)

νεοφυτεία, ἡ, recentium arborum plantatio.

νεοφυτεῖον, ου, τό, novelletum. A seq.

νεόφυτος, ου, ὁ, ἡ, recens plantatus, nuper consitus, novellus. Apud Script. Eccl. νεόφυτος dicitur de eo, qui recens ad fidem Christianam accessit, novitius, tiro.

νεοφώτιστος, ον, (φωτίζω) recens illuminatus, i. e. nuper baptizatus.

νεοχάρακτος, ον, (χαράσσω) recens sculptus, modo impressus.

νεοχμέω, i. q. νεοχμόω, Schaef. Greg. p. 545. Hinc

νεόχμησις, ἡ, i. q. νεόχμωσις.

νεοχμία, ἡ, i. q. νεόχμωσις, Hesych.

νεοχμίζω, i. q. νεοχμόω, Hesych.

νεοχμός, όν, i. q. νέος, Hdt. 9, 99. 104. νεοχμόν τι, res novae. οἱ νεοχμοί, milites recentes, Diod. Sic. ὁ Μενοικέως νεοχμός, Menoecei filius, Soph. Ant. 156. 2) *Subst.* ὁ νεοχμός, i. q. νεόχμωσις, Dio Cass.

νεοχμόω, f. ώσω, res novas molior, innovo. 2) renovo. A praec.

νεοχμῶς, *adv.* recens. 2) innovando. Ab eod.

νεόχμωσις, εως, ὁ, ἡ, (νεοχμόω) molitio rerum novarum, innovatio, rei novae designatio: res novae. 2) instauratio, refe-

ctio, ut virium.

νεόχνοος, ον, (χνόος) primam lanuginem alens.

νεόχριστος, ον, (χρίω) recens illitus, modo obductus calce vel simili.

νεόω, f. ώσω, (νέος) novo, innovo, renovo. 2) agrum novo, ἡ νεωμένη, sc. γῆ, ager novalis, Hes.

νέποδες, ων, οἱ, Od. 4, 404. phocae dicuntur νέποδες καλῆς Ἁλοσύδνης, quod varie ab antiquis explicatur. a) Apion vocem compositam censet ex inseparabili particula negativa νε- (pro νη-, cujus alibi non exstat exemplum) et πούς, ita ut νέποδες idem sit quod ἄποδες, pedibus carentes, i. e. pisces. b) Alii derivant a νέω, νήχω, no, et πούς, ut sit quasi νηξίποδες, pedes ad natandum aptos habens. Hac significatione vocem usurpant Nicander, Oppianus, aliique: atque huc pertinet Hom. h. Ap. 78. ἕκαστά τε φῦλα νεποδῶν, si lectio vera. c) Teste Eustathio in dialecto quadam νέποδες dicebantur τέκνα, filii: progenies, posteri, nepotes. Ita hac voce utuntur poetarum Alexandrinorum doctissimi quique, Callimachus, Apollonius Rhod. 4, 1745. Theocr. 17, 25. Cleon. in Etym. M. p. 389, 28. Derivanda est vox a νέος, quasi νεόποδες. Grammaticus in Etym. M. p. 601, 29. hanc significationem ad primam retulit, ut liberi s. infantes ideo dicantur νέποδες, i. e. ἄποδες, quoniam pedum nullum dum habeant usum — Sing. νέπους legitur in Callim. fr. 77. νέπος, pro ἰχθύς est in epigrammate quodam apud Schaef. Greg. p. 682. ubi etiam acc. sing. νέποδα.

νέρθε, ante vocalem vel versus gratia νέρθεν, adv. i. q. ἔνερθε, infra, Hom. ex inferiore parte, Eur. 2) c. gen. subter, sub, γαίης νέρθε, Il. 14, 204. νέρθεν γῆς, Od. 11, 302. Hinc

νέρτατος, η, ον, i. q. ἐνέρτατος, infimus, imus.

νερτέριος, ία, ιον, inferus, infernus.

νερτερόμορφος, ον, (μορφή) infernalis speciei.

νέρτερος, α, ον, i. q. ἐνέρτερος, inferior, inferus. οἱ νέρτεροι, i. q. ἔνεροι, inferi, i. e. dii inferi vel mortui, manes. Est etiam duarum terminationum. ap. Eur.

νέρτος, ου, ὁ, avis quaedam, ap. Aristoph.

νέτωπον, τό, genus unguenti ap. Hippocr. quod et μετώπιον, ubi vid.

νεῦμα, ατος, τό, (νεύω) nutus. 2) assensus.

νεῦμαι, contr. pro νέομαι, veniam, redibo, Il. 18, 136.

νευρά, ἡ, Ion. νευρή, nervus in corpore humano, Il. 8, 328. 2) nervus, quo arcus intenditur. 3) fides instrumenti musici, chorda.

νευρειή, ἡ, poet. p. νευρά, Theocr.

νευρένδετος, ον, (ἐνδέω) fidibus intentus.

νευρή, ἡ, Ion. p. νευρά, Hom.

νευρῆφι, νευρῆφιν, gen. et dat. Ep. a νευρή, Hom.

νευρία, ας, ἡ, funis e nervis tortus.

νευρικός, ή, όν, nervorum vitio laborans.

νεύρινος, ίνη, ινον, e nervis confectus, textus.

νευρίον, ου, τό, fidicula, cordula. Dim. a νεῦρον.

νευρίς, ίδος, ἡ, Dim. a νευρά, nervus. 2) frutex quidam surculosus.

νευρίτης, ου, ὁ, vel νευρῖτις, ιδος, ἡ, (νευρά) neurites, lapis.

νευροβάτης, ου, ὁ, (νεῦρον, βαίνω) in nervis s. funibus ambulans, funambulus.

νευρόδετος, ον, (δέω) chordis vel funibus vinctus: fidibus intentus.

νευροειδής, ές, (εἶδος) nervo similis.

νευρόθλαστος, ον, (θλάω) in nervis contusus.

νευρόκαυλος, ον, nervosum caulem habens.

νευροκοίλιος, ον, (νεῦρον, κοῖλος) ad modum nervi cavus, Hippocr.

νευροκοπέω, f. ήσω, (κόπτω) nervos incido, enervo, debilito. νενευροκοπημένος. perf. pass. part. cui nervi sunt incisi.

νευρολάλος, ον, e nervis resonans, Epith. instrumenti musici.

νεῦρον, τό, nervus in corpore humano vel animalium. 2) funis e nervis tortus. 3) nervus, quo intenditur arcus. 4) fides instrumenti musici. 5) nervi in plantis. 6) metaph. nervi, vires, robur, in plur. 7) Inde ab Aristotelis temporibus νεῦρα etiam vocantur nervi, quibus ea percipimus, quae in sensus cadunt.

νευρόνοσος, ον, (νοσέω) nervis laborans

νευροπαχής, ές, (παχύς) crassos nervos habens.

νευροπλεκής, ές, (πλέκω) e nervis plexus.

νευρορafέω, usitatius νευρορραφέω, (νευροράφος) nervis consuo, ruptos calceos consuo. Hinc

νευροραφία, ἡ, usitatius νευρορραφία, sutura.

νευροραφικός, ή, όν, usitatius νευρορραφικός, ad suturam pertinens.

νευροράφος, ον, usitatius νευρορράφος, (νεῦρον, 2. ῥάπτω) qui nervis consuit, inprimis calceos. ὁ, v. sutor. 2) (νεῦρον, 4.) qui fides torquet, fidium artifex.

νευροσπαδής, ές, (σπάω) nervo tractus.

νευρόσπασμα, τό, i. q. νευρόσπαστον.

νευροσπάσται, οἱ, sigillarii, qui nervis parva animalium signa seu simulacra trahebant, vel agebant, ut sponte moveri viderentur.

νευροσπαστεία, ἡ, motus per nervos s. fidiculas. A seq.

νευροσπαστέω, (νευρόσπαστος) nervis seu fidiculis traho, ago, moveo. νευροσπαστέομαι, Pass. nervis, fidiculis trahor, moveor.

νευροσπαστία, ἡ, i. q. νευροσπαστεία.

νευροσπαστικός, ή, όν, ad motum per nervos pertinens. τὸ νευροσπαστικόν, vis animi nervos movens. 2) ἡ νευροσπαστική. sc. τέχνη, ars icunculas nervis artificialibus movendi, ars τῶν νευροσπαστῶν.

νευρόσπαστος, ον, (σπάω) nervis tractus, mobilis: qui nervorum artificialium tractu movetur, ut ἀγάλματα νευρόσπαστα, formae, quae nervorum tractu moventur, icunculas appellat Suetonius. Hdt. 2, 48. τὸ νευρόσπαστον, icuncula telis, Gallice *marionette*.

νευροτενής, ές, (τείνω) nervis intentus, nervis contentus.

νευροτομέω, nervos incido, a seq.

νευροτόμος, ον, (τέμνω) nervos incidens.

νευρότονος, ον, i. q. νευροτενής.

νευρότρωτος, ον, (τιτρώσκω) vulneratos, laesos nervos habens, cui tendines sunt vulneratae.

νευροχαρής, ές, (χαίρω) nervo arcus gaudens, epith. Apollinis.

νευροχονδρώδης, ες, (νεῦρον, χόνδρος) e nervis et cartilagine constans.

νευρόω, f. ώσω, (νεῦρον) nervos adhibeo, firmo, roboro. νενεύρωται, nervis intentum est, perf. pass.

νευρώδης, ες, (νεῦρον) nervosus.

νεῦς, ἡ, i. q. ναῦς, Gramm.

νεῦσις, ἡ, (νεύω) nutus, numen. 2) inclinatio.

νεῦσις, ἡ, (νέω, νεύσομαι) natatio, navigatio.

νευστάζω, (νεύω) nuo, nuto, κόρυθι, Il. 20, 162. κεφαλῇ, Od. 18, 240. 2) nutu significo. 3) i. q. νυστάζω.

νευστάς, άδος, ἡ, (νέω, νεύσομαι) i. q. κολυμβάς.

νευστέον, Gerund. a νέω, νεύσομαι, natandum est, Plat.

νευστήρ, ῆρος, ὁ, et νεύστης, ου, ὁ, (νέω, νεύσομαι) navigator, qui nandi peritus est, natator.

νευστικός, ή, όν, (νεύω) natabilis.

νευστικός, ή, όν, (νεύω) deorsum tendens, pronus.

νευστός, ή, όν, (νεύω) nutu significatus.

νεύω, f. νεύσω, nuo, nutu signum do, innuo, nutu significo, τινί vel εἴς τινα, sequente inf. 2) annuo, probo, c. acc. c. inf. Il. 8, 246. concedo, tribuo, do, νεῦσε οἱ κούρην, Hom. h. Cer. 445. 465. Soph. O. C. 248. 3) nuto, deorsum tendo, inclinor: vergo, propendeo.

νεφέλη, ἡ, nubes, nebula: metaph. dicitur de mortis tenebris, Il. 20, 417. ἄχεος νεφέλη, tristitiae nebula, Hom. 2) nubecula in urina. 3) rete venaticum tenue.

νεφεληγερέτα, ὁ, (ἀγείρω) nubes excitans, nubes cogens, Jovis epitheton Homericum, poet. pro νεφεληγερέτης. Praeter nom. occurrit etiam gen. νεφεληγερέταο.

νεφεληγερέτης, ου, ὁ, et νεφεληγερής, έος, ὁ, i. q. νεφεληγερέτα.

νεφεληδόν, adv. (νεφέλη) nubis modo.

νεφέλιον, ου, τό, parva nubes, nubecula. 2) nubecula in urina. 3) exulceratio in nigro oculi. 4) macula in unguibus. Dim. a νεφέλη.

νεφελογενής, ές, (γένος) nube genitus, nubigena, Epith. Centaurorum.

νεφελοειδής, ές, (εἶδος) nubis speciem habens, nubilus.

Νεφελοκένταυροι, ων, οἱ, nephelocentauri, ficti a Luc. in Hist. Ver.

Νεφελοκοκκυγία, ας, ἡ, (κόκκυξ) Nephelococcygia, urbs ficta avium, ap. Aristoph. Unde gentile Νεφελοκοκκυγιεύς.

νεφελοστασία, ας, ἡ, (νεφέλη, 3. ἵστημι) locus ubi retia tensa stant. Schol. Aristoph.

νεφελόω, (νεφέλη) nubibus obduco.

νεφελώδης, ες, nubilus.

νεφελωτός, ή, ον, (νεφελόω) e nube factus.

νεφίον, ου, τό, nubecula. Dim. a νέφος.

νεφόβολος, ον, (νέφος, βάλλω) nubibus obductus.

νεφοειδής, ές, (νέφος, εἶδος) caliginosus, obscurus.

νέφος, εος, τό, nubes, nebula. 2) nubes s. contractio frontis. 3) ingens et conferta multitudo.

νεφόω, f. ώσω, nubes cogo, nubibus obscuro, obnubilo. A praec.

νεφριαῖος, αία, αῖον, i. q. νεφρίδιος.

νεφρίδιος, ία, ιον, (νεφρός) ad renes pertinens.

νεφρίτης, ου, ὁ, idem et ab eod.

νεφριτικός, ή, όν, nephriticus, qui re-

num dolore laborat, renosus. Ab eodem.

νεφρῖτις, ιδος, ἡ, sc. νόσος, (νεφρίτης) morbus renum, renum valetudo.

νεφροειδής, ές, (νεφρός, εἶδος) renibus similis, renum formam habens.

νεφρομήτρα, ας, ἡ, renum matrix, s. mater.

νεφρός, οῦ, ὁ, ren. 2) vota et sensa animi, LXX.

νεφρώδης, ες, reni similis. A praec.

νέφω, f. νέψω, pf. νένοφα, i. q. νίφω, forma antiqua neque dubitationis expers.

νεφώδης, ες, (νέφος) nubibus obductus, nubilosus, nubilus.

νέφωσις, εως, ἡ, nubium coactio. 2) nubila, s. nubes coactae.

* νέω, eo, v. νέομαι.

νέω, f. νεύσομαι et νευσοῦμαι, aor. ἔνευσα, no, nato. Impf. Ep. ἔννεον p. ἔνεον, Il. 21, 11. (Ejusdem radicis sunt νάω, νήχω, νήχομαι, νῆσις, cum Latinis no, nato.)

νέω, f. νήσω, neo, filum duco s. torqueo: νήσαντο, 3 pl. aor. med. Od. 7, 197. de Parcis. (Hinc νῆσις, νῆμα, νήθω.)

νέω, f. νήσω, cumulo, acervo, glomero, struo, πυράν, Hdt.

νεώ, acc. sing. a νεώς, Attice pro νεών.

νεωκορέω, f. ήσω, (νεωκόρος) templi verrendi et expurgandi curam habeo, sum aedituus. 2) templi et sacrorum curam habeo, aedituor.

νεωκορία, ας, ἡ, munus aeditui.

νεωκόρος, ου, ὁ, (νεώς pro ναός et κορέω) cui templi verrendi et expurgandi cura demandata est, qui templum ornat et tuetur: aedituus, aeditivus. 2) Curator, praeses sacrorum

νεωλκέω, f. ήσω, (νεωλκός) navem traho, attraho, subduco. νενεωλκημένον πλοῖον, navis subducta.

νεωλκία, ας, ἡ, navis tractio, navis subductio. Ab eod.

νεώλκιον, ου, τό, navale, locus, in quem naves subducuntur. A seq.

νεωλκός, οῦ, ὁ, (ναῦς, νεώς, ἕλκω) qui naves in stationem seu portum subducit, vel attrahit. 2) qui e portu navem extrahit, et palangis imponit.

νέωμα, ατος, τό, (νεόω) novale, ager renovatus.

νεών, ῶνος, ὁ, (ναῦς) navale, statio navium.

νεώνητος, ον, (νέος, ὠνητός) nuper emtus (servus), novitius.

νεωποιέω, f. ήσω, templum aedifico, seu aedificationi templi praesum.

νεωποιός, όν, (νεώς, ποιέω) templum aedificans. 2) (ναῦς) qui naves fabricatur.

νεωπός, (νέος, ὤψ) qui est facie juvenili, juvenis. Hesych.

νεωρέω, (νεωρός) naves custodio.

νεωρής, ές, (νέος et ὥρα) recens Soph.

νεώριον, ου, τό, (νεωρός) locus, in quo naves custodiuntur, statio navium, navale, navalia.

νεωριοφύλαξ, ακος, ὁ, (φύλαξ) navalium custos.

νεωρίς, ίδος, ἡ, i. q. νεώριον, Strabo.

νεωρός, ὁ, (ναῦς, ὥρα) navalium custos.

νεωρυχής, ές, (νέος, ὀρύσσω) recens fossus.

νεώς, ώ, ὁ, Attice p. ναός, templum, fanum.

νεώς, gen. Att. a ναῦς.

νέως, adv. a νέος: sed usitatius νεωστί.

νέωσις, εως, ἡ, (νεόω) novatio, innovatio.

νεώσοικοι, οἱ, (ναῦς, οἶκος) singularum navium stationes in νεωρίῳ s. navalibus, navalia, ubi naves subductae per hiemem stabant vel reficiebantur.

νεώσσω, Att. νεώττω, i. q. νεόω, νεωτερίζω.

νεωστί, adv. a νέος, novissime, nuper, recens, tempore recentiore. (⏑ - ⏑)

νέωτα, adv. vel εἰς νέωτα, in annum novum, venturum, sequentem.

νεώτατος, η, ον, superl. a νέος, Hom.

νεωτερίζω, f. ίσω, (νεώτερος) res novas molior: unde et pro turbas dare, turbare. 2) immuto, τὴν πολιτείαν, Thuc. 3) sequor s. imitor juniorum mores. it. novam rationem ineo.

νεωτερικός, ή, όν, juvenilis. 2) stultus, insolens, vehemens, effrenis. Ab eodem.

νεωτερισμός, οῦ, ὁ, (νεωτερίζω) rerum novarum studium. 2) seditio, rebellio. 3) insulentia, insolens rerum mutatio.

νεωτεριστής, οῦ, ὁ, rerum novarum studiosus, factiosus. Ab eod.

νεωτεροποιέω, (νεωτεροποιός) innovo, res novas molior.

νεωτεροποιία, ας, ἡ, studium rerum novarum. A seq.

νεωτεροποιός, όν, (ποιέω) res novas moliens, rerum novarum studiosus, turbulentus, seditiosus.

νεώτερος, α, ον, comp. a νέος, junior, minor natu. Subst. τὸ νεώτερον, juventus. νεώτερόν τι, insolens, inusitatum, durius, gravius. μηδὲν νεώτερον, nihil magis, vehementius. Subst. τὰ νεώτερα, res novae.

νεωτέρως, adv. nova ratione.

νεωτός, οῦ, ὁ, (νεόω) tempus renovandi agros, dub.

νέωτος, ου, ὁ, (νεόω) novatio seu renovatio agrorum, dub.

νεωφύλαξ, ακος, ὁ, (νεώς, φύλαξ) custos templi, aedituus.

νεώχερσος γῆ, ἡ, (χέρσος) i. q. νέωμα.

νεωχμός, ὁ, (νεώσσω) i. q. νεοχμός. Etiam derivata nonnumquam scribuntur per ω.

νη - in compositione privat, ut in νηλεής, νήριθμος, νήκεστος, νήκουστος, νήνεμος, νηκερδής, νήκερως, νηπενθής, νήπλεκτος, νήποινος, νῆϊς, νήϋτμος. Falso quidam censuerunt hoc νη - interdum etiam augere et intendere aut confirmare significationem.

νή, particula affirmantis et jurantis, c. acc. νὴ Δία s. νὴ τὸν Δία et νὴ μὰ τὸν Δία, profecto per Jovem.

νῆα, acc. sing. Ion. a ναῦς, Hom.

νῆας, acc. plur. Ion. a ναῦς, Hom.

νηάς, άδος, ἡ, animal quoddam incertum in insula Samo.

νηγάτεος, έα, εον, (pro νεηγάτεος, ex νέος et γείνω, γέγαα) novus, nuper factus.

νήγρετος, ον, (νη-, ἐγείρω) qui suscitari nequit, ex quo quis excitari non potest, ὕπνος, somnus altisssimus, Od. 13, 80. h. Ven. 178. aerioribus νήγρετος ὕπνος, est somnus aeternus, mors νήγρετον εὕδειν, altissimum somnum dormire, Od. 13, 74.

νήδυια, ων, τά, (νηδύς) intestina, Il. 17, 524. (Falso interdum scribitur νηδυῖα, vide Lobeck ad Phryn. p. 494.)

νηδυιόφιν, versus gratia pro νηδυόφιν, genit. Epicus a νηδύς, Mosch.

νηδύμιος, ίη, ιον, i. q. νήδυμος, Opp.

νήδυμος, ον, (νη-, δύω, δύνω) i. q. ἀνέκδυτος, ex quo quis non facile surgit vel suscitatur, somni epith. Hom. Contra Graecae linguae analogiam alii νήδυμος idem esse volunt, quod ἥδυμος, ἡδύς, suavis, dulcis.

νηδύς, ύος, ἡ, venter, alvus, uterus. νηδύοφιν, ex utero. (υ in casibus trisyllabis semper breve, in bisyllabis plerumque longum.)

νῆες, nom. plur. a ναῦς, Hom.

νήεσσι, dat. plur. Ep. a ναῦς, Hom.

νηέω, f. ήσω, Ion. p. νέω, glomero, acervo, congrego, cumulo. 2) onero, νῆας εὖ νηῆσαι, naves bene onerare, Il. 9, 358. sic etiam in medio Il. 9, 137. 279.

νήησις, εως, ἡ, concervatio. A praec.

νηθίς, ίδος, ἡ, quae net, a seq.

νήθω, i. q. νέω, neo, filum duco.

νηΐ, dat. sing. Ion. a ναῦς, Hom.

νήϊος, ΐα, ϊον, (ναῦς) it. duar. terminationum, navalis, Hom. νήϊον, sc. δόρυ, lignum exstruendis navibus aptum, Il. 13, 391. 16, 484.

νῆϊς, ϊδος, ὁ, ἡ, (νη-, ἰδεῖν) inscius, imperitus, indoctus, expers. 2) timidus, infirmus.

νηΐτης, ου, ὁ, (νηῦς, ναῦς) navalis, nauticus. (ῑ)

νηϊτικός, ή, όν, idem et ab eodem. (- - ⏑ ⏑)

νηκερδής, ές, (νη-, κέρδος) non lucrosus, inutilis. 2) insipiens.

νήκερος, ον, Epice p. νηκέρως.

νηκέρως, ωτος, (νη-, κέρας) cornua non habens.

νήκεστος, ον, (νη-, ἀκέομαι) insanabilis.

νηκηδής, ές, (κῆδος) a curis vacans. κεῖτη δ' ὕπνον νηκηδῆ conj. Guil. Dindorfius in hexametro Platonis Symp. p. 197. C.

νηκουστέω, f. ήσω, (νη-, ἀκούω) non audio, non obtempero, negligo, contemno.

νήκτης, ου, ὁ, (νήχω) natator.

νηκτικός, ή, όν, natabilis, qui natare potest. A seq.

νηκτός, ή, όν, (νήχω) natans, natabilis. τὸ νηκτόν, natandi facultas.

νηκτρίς, ίδος, ἡ, Fem. a νήκτης, natatrix, ut νηκτρίδες ἐλαῖαι, natantes olivae, apud Poll. v. κολυμβάς.

νήκτωρ, ορος, ὁ, i. q. νήκτης.

νηλεγής, ές, (νη-, ἀλέγω) nil curans, negligens, intrepidus. Adv. νηλεγέως.

νηλεής, ές, (νη-, ἔλεος) immisericors, crudelis, saevus, inhumanus.

νηλειής, ές, Epice pro νηλεής.

νηλειῶς, adv. crudeliter, inhumane. A praec.

νηλεόθυμος, ον, (νηλεής, θυμός) crudelis animi.

νηλεόποινος, ον, (νηλεής, ποινή) crudeli supplicio puniens.

νήλευστος, ον, (νη-, λεύσσω) invisibilis.

νηλεῶς, adv. (νηλεής) crudeliter.

νηλής, ές, Ep. et Lyr. p. νηλεής, Hom. dat. νηλέϊ, acc. νηλέα, id.

νηλητής, ές, (νη-, ἀλιταίνω) i. q. νηλιτής, dub.

νηλίπεζος, ον, (νη-, πέζα) i. q. νη-

λίπους.

νηλιποκαιβλεπέλαιος, ον, i. e. νηλίπους καὶ ἔλαιον βλέπων, discalceatus et unguento egens, i. e. pauperrimus, Vox Comica, epigr. adesp. 110, 3.

νηλίπους, ποδος, item νήλιπος, ον, i. q. ἀνηλίπους, ἀνήλιπος, discalceatus: pauper, egenus, tenui victu vivens.

νηλίτης, ου, ὁ, i. q. νηλιτής. dub.

νηλιτής, ές, (νη-, ἀλείτης, ἀλιτάινω) peccati expers, insons, inculpatus.

νηλιφής, ές, (νη-, ἀλείφω) non unctus: pauper.

νήλωπος, (νη-, λώπη) veste carens.

νῆμα, ατος, τό, (νέω) filum, stamen, netum.

νηματώδης, ες, aptus ad ducendum, ut filum, ad nendum aptus. A praec.

νημερτεία, ἡ, (νημερτής) veritas.

νημερτέως, adv. vere. A seq.

νημερτής, ές, (νη-, ἁμαρτάνω) verus, in quo dicendo non peccatur, s. erratur.

νηνεμέω, (νήνεμος) nullis ventis agitor, vexor, tranquillo coelo fruor.

νηνεμία, ας, Ion. νηνεμίη, ἡ, ventis vacua tempestas, tranquillitas aeris. A seq.

νήνεμος, ον, (νη-, ἄνεμος) ventis vacuus, serenus, tranquillus.

νηνεμόω, tranquillum reddo, sedo. A pr.

νηνέω, f. ήσω, i. q. νηέω, Ion. p. νέω, acervo, accumulo.

νηνία, ἡ, nenia, Cic. legg. 2, 24.

νῆνις, ιος, ἡ, contr. p. νεᾶνις, Draco.

νηξίπους, ποδος, (νήχω, πούς) natans, epith. piscium, qui et νέποδες, q. v.

νῆξις, εως, ἡ, (νήχω) natatio, natatus.

νήξομαι, f. a νήχομαι, Od.

νηοβάτης, ου, ὁ, (ναῦς) Ion. p. ναυβάτης.

νηονόμος, ον, (νεώς) poet. p. νεωκόρος.

νηοπόλος, ον, (νεώς, νηός, πολέω) in templo versans, aedituus, sacerdos.

νηοπορέω, (ναῦς) poet. p. ναυπορέω, navibus permeo, navigo.

νηός, οῦ, ὁ, Ion. p. ναός, templum.

νηός, gen. Ion. a ναῦς, Hom.

νηοσόος, ον, poet. νηοσσόος, ον, (ναῦς, σώζω) navium servator.

νηοῦχος, ου, ὁ, (ναῦς, ἔχω) navis custos.

νηοφόρος, ον, (ναῦς, φέρω) naves ferens.

νήοχος, ον, (ναῦς, ἔχω) i. q. νηοῦχος.

νηπαθής, ές, (νη-, πάθος) dolore carens. 2) miserias abolens.

νήπαυστος, ον, (νη-, παύω) i. q. ἄπαυστος.

νηπεδανός, ἡ, όν, i. q. ἠπεδανός, Opp.

νήπειος, εία, ειον, i. q. νηπίειος, dub.

νήπεκτος, ον, (νη-, πέκω) impexus, intonsus: ap. Hesych. νηπεκτής.

νηπελέω, (νη-, πέλομαι) impotens sum.

νηπενθέως, adv. sine luctu. A seq.

νηπενθής, ές, (νη-, πένθος) luctu et maerore carens, serenus, laetus: quo luctus tollitur, tristitia liberans.

νηπευθής, ές, (νη-, πυνθάνομαι) non sciscitandus.

νηπιάα, ας, ἡ, (νήπιος) stultitia, nugae pueriles.

νηπιάζω, f. άσω, pueriliter, vel stulte ago, puerasco: it. νηπιάζομαι.

νηπιαχεύω, (νηπίαχος) pueriliter ludo, stulte ago, lascivio.

νηπίαχος, ον, poet. p. νήπιος, infans, puerilis.

νηπιάχω, i. q. νηπιαχεύω, Ap. Rh.

νηπιαχώδης, ες, (νηπίαχος, εἶδος) i. q. νηπιώδης.

νηπιέη, ἡ, Ion. p. νηπιάα, infantia: stultitia, imprudentia.

νηπίειος, εία, ειον, et

νηπίεος, έα, εον, (νήπιος) infantilis, puerilis.

νηπιεύομαι, i. q. νηπιαχεύω, Schol. Hom.

νηπιόεις, εσσα, εν, poet. p. νήπιος.

νηπιοκτόνος, ον, (κτείνω) infanticida.

νηπιοπρεπής, ές, (πρέπω) infantes decens.

νήπιος, ία, Ion. ίη, ιον, Atticis etiam duarum terminationum (νη-, ἔπος) infans, parvulus. 2) rudis, stultus, imprudens, amens: imbecillis.

νηπιότης, ητος, ἡ, infantia. 2) stultitia. A praec.

νηπιοφανής, ές, (φαίνομαι) infans.

νηπιοφροσύνη, ης, stultitia, qualis est infantum aut puerorum. A seq.

νηπιόφρων, ον, (νήπιος, φρήν) puerili mente praeditus, stultus.

νηπιώδης, ες, infantilis, puerilis.

νήπλεκτος, (νη-, πλέκω) incomtus, inornatus.

νήποινα, νηποινῆ, νηποινεί, νηποινί, Adverbia a νήποινος, impune.

νήποινος, ον, (νη-, ποινή) impunis, inultus. νήποινον, adv. impune, Od. φυτῶν νήποινος, i. q. ἄμοιρος, arborum frugiferarum expers, Pind.

νήποτμος, ον, (νη-, πότμος) i. q. ἄποτμος, v. l. p. νηΰτμος, Hes. Th. 795.

νήπτης, ου, ὁ, (νήφω) sobrius.

νηπτικός, ἡ, όν, qui sobrius esse solet. 2) sobrietatem efficiens, ad sobrietatem exhortans. A pr.

νήπυστος, ον, (νη-, πυνθάνομαι) inauditus. 2) imperitus.

νηπυτιεύομαι, infantum more balbutio. 2) stolide ago. A seq.

νηπύτιος, ία, ιον, (νη-, ἠπύω) infans. 2) stultus, stolidus. ἡ νηπυτία, infantia; ap. Apoll. Rhod.

νήριθμος, (νη-, ἀριθμός) innumerus, innumerabilis.

νήριον, ου, τό, nerium, frutex.

νῆρις, ιος, ἡ, neris, nardus montana.

νήριστος, ον, (νη-, ἐρίζω) de quo non contenditur.

νηρίτης, ου, ὁ, neritus, concha marina. (---)

νήριτος, ον, i. q. νήριθμος, innumerus, immensus, multus, Hes. op. 513.

νηρός, ά, όν, (νάω) i. q. ναρός, humidus, Lobeck. Phryn. p. 42.

νησαῖος, αία, Ion. αίη, αῖον, (νῆσος) insularis, ad insulam pertinens. Νησαίη λίθος quibusdam Sarda gemma, aliis smaragdus, Hesych.

νησιάζειν, (νῆσος) insulam esse, vel insulae similem, Strab.

νησιάρχης, χος, ου, ὁ, (νησίς, ἄρχω) insulae praefectus.

νησίδιον, τό, ut νησίον, Dim. a νῆσος.

νησίζειν, i. q. νησιάζειν.

νησίον, τό, Dim. a νῆσος, insula parva.

νῆσις, εως, ἡ, (νέω) glomeratio, accumulatio.

νῆσις, εως, ἡ, (νέω) ipsa actio nendi, fili deductio.

νησίς, ῖδος, ἡ, Dim. a νῆσος, parva insula. (ῑ)

νησίτης, ου, ὁ, fem. νησῖτις, ιδος, insulanus, insulana.

νησιώτης, ου, ὁ, insulanus.

νησιωτικός, ἡ, όν, insularis.

νησιῶτις, ιδος, ἡ, insulana.

νησοειδής, ές, (νῆσος, εἶδος) insulae formam habens.

νησομαχία, ας, ἡ, (μάχομαι) insularis pugna.

νησοποιέω, (ποιέω) insulam facio.

νῆσος, ου, ἡ, (a νέω, νάω, nato) insula. 2) vestis quam undique purpura ambit, in qua pannus speciem insulae facit, purpura circumsuta maris ambientis.

νησοφύλαξ, κος, ὁ, custos, praefectus insulae.

νησόω, (νῆσος) insulam reddo.

νῆσσα, ἡ, Att. νῆττα, (νέω, nato) anas.

νησσαῖος, αία, αῖον, qui anatis est. A praec.

νησσάριον, ου, τό, anaticula. Dimin. ab eod.

νησσοτροφεῖον, τό, (νῆσσα, τρέφω) locus ubi anates aluntur.

νηστεία, ας, ἡ, (νηστεύω) jejunium.

νήστειρα, ας, ἡ, fem. a νηστήρ, jejuna.

νηστεύς, έως, ὁ, et

νηστευτής, οῦ, ὁ, i. q. νηστήρ, νήστης, a seq.

νηστεύω, f. εύσω, (νῆστις) jejunus maneo, cibo abstineo, jejuno. Constr. c. gen. rei.

νηστικός, ἡ, όν, (νέω) ad nentes, s. nendum pertinens. 2) nendi peritus. *Subst.* ἡ νηστική, sc. τέχνη, ars nendi, textrina.

νήστιμος, ον, ad jejunium pertinens. A seq.

νῆστις, εως, Ion. ιος, item ιδος, ὁ, (νη-, ἐσθίω) jejunus, qui cibum non cepit, Il. 19, 207. Od. 18, 370. νῆστις πόνος, jejunus labor, i. e. qui famem excitat, Aesch. Ag. 326. 2) ἡ νῆστις, intestinum jejunum.

νηστοποτέω, (νῆστις, πίνω, ποτός) jejunus bibo. Hinc *Subst.* νηστοποσία, ἡ.

νησύδριον, τό, Dim. a νῆσος, insula exigua.

νήτη, ἡ, v. νήτος.

νήτιτος, ον, (νη-, τίνω) inultus, impunitus.

νήτος, νήτη, νῆτον, contr. p. νέατος, ultimus. Inpr. ἡ νήτη, sc. χορδή, ultima s. ima chorda.

νητός, ἡ, όν, (νέω, accumulo) accumulatus, acervatus, copiosus, Od. 2, 338.

νητός, ἡ, όν, (νέω, neo) e colu ductus, fili modo tortus.

νητρεκής, ές, (νη-, τρέω) i. q. ἀτρεκής, verus, certus. Adv. νητρεκέως, contr. νητρεκῶς, vere, certo, profecto.

νῆτρον, ου, τό, (νέω, neo) fusus.

νῆττα, ἡ, (νέω, nato) anas, Attice pro νῆσσα.

νηττάριον, τό, Att. pro νησσάριον, Dim. a νῆσσα, anaticula, it. blanda appellatio, Ar.

νήττιον, τό, Dim. a νῆττα, anaticula.

νηττοκτόνος, ον, (νῆττα, κτείνω) anates occidens, aquilae species.

νηττοφόνος, ὁ, (φονεύω) i. q. νηττοκτόνος.

νήϋγμος, ον, (νη-, αὔω) vocem non edens, v. l. Hes. Th. 795. p. νήϋτμος.

νηῦν, acc. poet. a ναῦς p. ναῦν, Ap. Rh.

νηῦς, ἡ, Ion. p. ναῦς, Hom.

νηυσί, dat. pl. Ion. a ναῦς, Hom.

νήϋτμος, ον, (νη-, ἀϋτμή) halitus et spiritus expers, ut ἀνάπνευστος, Hes. Th. 795.

νηφαίνω, (νήφω) sobrius sum. Eustath. qui tamen usitatum esse negat.

νηφάλειος, εα, ειον, apud seriores i. q. νηφάλιος. Hinc

νηφαλεότης, ητος, ἡ, i. q. νηφαλιότης.

νηφαλεύω, f. εύσω, sobria sacra celebro, Pollux. v. νηφάλια, 4.

νηφαλέωσις, ἡ, i. q. νηφαλιότης.

νηφαλιεύς, ὁ, i. q. νηφάλιος.

νηφαλίζω, sobriis sacris expio s. lustro, v. νηφάλιος, 4.

νηφάλιος, ον, vel ία, ιον, (νήφω) sobrius. 2) vigilans. 3) prudens, attentus. 4) ἱερὰ νηφάλια, sacra a quibus vinum abest, ubi mero lacte aut melle fit; ut in sacris Cereris.

νηφαλιότης, ητος, ἡ, sobrietas. A pr.

νηφαλισμός, οῦ, ὁ, (νηφαλίζω) sobrietas: vigor et acies, et diligentia mentis e sobrietate, s. qualis esse sobriorum solet.

νηφαλίως, adv. (νηφάλιος) sobrie.

νηφαντικός, ἡ, όν, (νηφαίνω) sobrius 2) non inebrians, sobrium servans.

νηφαντός, ἡ, όν, (νηφαίνω) i. q. νηφάλιος, dub.

νηφόντως, adv. participii praes. a νήφω, sobrie.

νήφοσι, dat pl. part. a νήφω, poet. p. νήφουσι, Theogn. 481. 627

νήφω, f. ψω, sobrius sum, 2) vigilans et cautus sum, vigilo. partic. νήφων sobrius, vigilans. 3) redeo ad sanitatem et velut sobrietatem, liberor a malo, errore, cum ἐκ. ut ἀνανήφω.

νηχαλέος, έα, έον, (νήχω) natans, natandi peritus.

νηχεῖον, ου, τό, (νήχω) locus, ubi natatur.

νήχι, adv. (νη) i. q. ναίχι, Hesych.

νήχομαι, v. νήχω.

νηχοτάλαντοι, (νήχεσθαι et ταλαντεύεσθαι) lora et urbes juxta mare, Plut. (quae quasi natant in undis, et ab iis ταλαντεύονται tolluntur, gestantur sursum deorsum librantur que. Sed est lectio corrupta pro ναοὶ χιλιοτάλαντοι, Plut. Pericl. 12.

νήχυτος, ον, (νη-, χέω) late seu multum fluens, valde diffusus.

νήχω, f. ξω, (νέω) nato, Od. Usitatius νήχομαι, f. ξομαι, nato, no.

νῆψις, εως, ἡ, (νήφω) sobrietas, vigilantia.

νηῶ, Ion. p. νέω, νηέω, νηνέω.

νηῶν, gen. pl. Ion a ναῦς, Hom.

νίγλαρος, ὁ, fistula. 2) genus modulaminis musici, Ar. Ach. 553.

νίζω, f. νίψω, perf. pass. νένιμμαι, (*νίψ) lavo, abluo.

νικάζω, f. νικαξῶ, Dor. p. νικάω

νικαῖος, ου, ὁ, (νίκη) victoriae largitor. Epith. Iovis.

νικατήρ, ῆρος, ὁ, Dorice pro νικητήρ, victor.

νικάτωρ, ορος, ὁ, Dor. p. νικήτωρ.

νικάω, f. ήσω, (νίκη) vinco, supero, victor sum. 2) antecello, superior sum, praesto. νικῶμαι, vincor, cedo. νικώμενος, varie intelligitur ex adjecto: potestque plerumque verti prae, aut prae gravitate, vi etc. estet simpliciter pro amans, indulgens etc. ut νικώμενος ὑπὸ τῆς ἡδονῆς καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, victus a voluptate et reliquis animi perturbationibus.

νίκη, ης, ἡ, victoria νίκη τινός, victoria de aliquo reportata, Ar. Ep. 524. (--)

νίκημα, τό, (νικάω) victum, superatum. 2) praemium victoriae, victoria. (-- ⏑)

νίκημι, Dor. p. νικάω. (--⏑)

νικητέος, έα, έον, adj. verb. a νικάω, vincendus, superandus.

νικητήρ, ῆρος, ὁ, victor.

νικητήριον, ου, τό, praemium victoriae, palma. 2) praemium studii laborisque praecipui. Proprie neutr. a seq.

νικητήριος, ία, ιον, (νικητήρ) ad victoriam pertinens.

νικητής, οῦ, ὁ, (νικάω) victor.

νικητικός, ἡ, όν, vincendi peritus, ad vincendum aptus. 2) cui saepe contingit vincere, victoriosus. 3) qui magni momenti ad victoriam est.

νικήτρια, ας, ἡ, Fem. a νικητήρ, victrix.

νικήτωρ, ορος, ὁ, poet. p. νικητήρ, victor.

νικηφορέω, (νικηφόρος) victoriam reporto, vinco.

νικηφορία, ας, ἡ, Dor. ap. Pind. νικαφορία, victoriae adeptio. A seq.

νικηφόρος, ον, (νίκη, φέρω) victoriam afferens, victoriae auctor. 2) (φέρομαι) victoriam reportans, victor.

νικόβουλος, ον, (βουλή) in senatu vincens. 2) senatum vincens, Ar. Eq. 678.

νικόδρομος, ον, (δρόμος) in cursu victor.

νικομάχος, ου, ὁ, (μάχη) victor in pugna. (-⏑⏑-)

νικοποιός, όν, (ποιέω) qui victoriam conciliat, ad vincendum valet. 2) magister, praefectus. Aquila.

νῖκος, εος, τό, i. q. νίκη ap. seriores.

νικοτέλεια, ἡ, fem a νικοτελής.

νικοτελής, ές, (τελέω) victoriam perficiens.

νίμμα, ατος, τό, (νίπτω) aqua, qua manus ablutae sunt.

νιμμός, οῦ, ὁ, i. q. νίμμα.

νίν, Dor. et Attice i. q. αὐτόν, αὐτήν, αὐτό, vel αὐτούς, αὐτάς, αὐτά

νιπτήρ, ῆρος, ὁ, (νίπτω) malluvium, pelluvium, vas manibus pedibusve lavandis.

νιπτρίς, ίδος, idem, aut aqua lavandi caussa data, ap. Athenaeum. A praec.

νίπτρον, ου, τό, aqua lavandis manibus aut pedibus. A seq.

νίπτω, forma rarior et serioribus tantum usitata pro νίζω.

νίσσομαι, f. νίσομαι, (-⏑-) i. q. νέομαι, eo, abeo, redeo. Forma νείσσομαι, f. νείσομαι, licet non plane rejicienda, tamen multo minus usitata est.

νιτάριον, τό, l. l. p. νηττάριον, Ar.

νιτρία, ἡ, locus ubi νίτρον effoditur, nitrifodina.

νιτρίτης, ου, ὁ, fem. νιτρῖτις, nitrosus, nitro abundans.

νίτρον, τό, Attice λίτρον, (νίζω, νίπτω) nitrum. Nomen inde adeptum est, quod eluendis sordibus e vestibus adhibebatur.

νιτροποιός, όν, (ποιέω) nitrosum reddens, nitrosus.

νιτρόω, f. ώσω, (νίτρον) nitro abluo.

νιτρώδης, ες, nitrosus. 2) nitri saporem habens. Ab eod.

νίφα, τήν, nivem, Hes. op. 537. acc. sing. irreg. a νιφάς, quasi a nom. ἡ *νίψ. cf. λίβα, λιβάς

νιφάς, άδος, ἡ, (νίφω) nix confertim cadens, nimbus, plerumque in plur. 2) tempestas. 3) quodcunque nivis instar cadit, Pind. Ol. 7, 64. 4) ἡ νιφάς, adj. i. q. ἡ νιφόεσσα, nivosa.

νιφετός, οῦ, ὁ, nix confertim cadens, nimbus. (Falso scribitur νίφετος.)

νιφετώδης, ες, nivosus, nivalis. A pr.

νιφοβλής, ῆτος, ὁ, ἡ, (*νίψ, νίφα, βάλλω) nivibus obrutus.

νιφόβλητος, ον, idem, ex iisd.

νιφόβολος, ον, idem et ex iisd.

νιφόεις, όεσσα, όεν, (*νίψ, νίφα) nivosus, nivalis. 2) candidus.

νιφόκτυπος, ον, (κτυπέω) nive tectus.

νιφοστιβής, ές, (στείβω) densa nive tectus, nivosus.

νιφοψυχής, ές, (ψῦχος) nivatus.

νίφω, f. ψω, (*νίψ) ningo. Pass. νίφομαι, nive conspergor. (ι longum.)

*νίψ, ἡ, nix, unde acc. sing. νίφα, Hes. (ι breve.)

νίψω, νίψασθαι, vide νίζω.

νόα, acc. sing. irreg. a νοῦς, pro νοῦν: ita quoque dat. νοΐ, nom. plur. νόες, Eccl.

νοερός, ρά, ρόν, (νόος) intelligendi vi praeditus, seu ejusmodi, ut intelligentia percipi queat.

νοερότης, ητος, ἡ, quum quid intelligi tantum et mente concipi potest, non sub sensus cadit.

νοερῶς, adv. intelligendo, intelligenter.

νοέω, f. νοήσω, (νόος) intelligo, mente agitor, cogito. 2) in animum induco. 3) in animo habeo, volo. 4) animadverto, intelligo. 5) scio, novi. 6) prudens sum, sapio. 7) video, cerno. Constr. plerumque c. acc., sed etiam c. gen. Il. 10, 224.

νόημα, ατος, τό, (νοέω) intellectus, mens, ingenium: cogitatum, cogitatio. 2) consilium. 3) inventum, commentum, machinatio, insidiae. 4) in rhetor. sententia accommodata ad personam aut caussam certam.

νοήμων, ον, (νοέω) mentis compos, intelligens, prudens, sollers, acutus.

νόησις, εως, ἡ, (νοέω) cogitatio, ipsa actio cogitandi, intelligentia, sensus, sententia.

νοητικός, ἡ, όν, intelligendi vi praeditus.

νοητός, ἡ, όν, (νοέω) intelligibilis, qui mente percipitur, nec sub sensum cadit.

νοητῶς, adv. prudenter.

νοθαγενής, ές, Dor. p. νοθηγενής.

νοθεία, ας, ἡ, (νοθεύω) si quis est spurius, conditio spuriorum.

νόθειος, εία, ειον, (νόθος) ad spurium pertinens. τὰ νόθεια, sc. χρήματα, pars bonorum paternorum, quae spurio dabatur.

νόθευσις, εως, ἡ, (νοθεύω) adulteratio, corruptio.

νοθευτής, ου, ὁ, adulterator, a seq

νοθεύω, f. εύσω, (νόθος) adultero, corrumpo. 2) alieno, abalieno. 3) decipio, adulor. Pass. νοθεύομαι, adulteror, corrumpor, degenero. 2) pro adulterino habeor, perf. part. νενοθευμένος, adulteratus.

νοθογέννητος, ον, (γεννάω) spurius.

νοθοκαλλοσύνη, ης, ἡ, (κάλλος) non nativa, sed adulterina pulcritudo.

νόθος, ον, vel νόθος, η, ον, nothus, spurius, non legitimus. 2) peregrinus. Proprie qui prognatus est ex dissimilibus. Sic est ap. Homer. Il. Θ', 283.

νόθως, adv. vitiose, non legitime.

νοΐδιον, ου, τό, cogitatiuncula, sententiola. Dim. a νόος.

νομάδειος, ον, i. q. νομαδικός.

νομαδία, ἡ, coetus nomadum, coetus pastoritius.

νομαδιαῖος, αία, αῖον, nomadum more degens.

νομαδικός, ἡ, όν, (νομάς) pabulatione indigens, pabularis, pascuus. 2) pastoralis, pastoritius.

νομαδικῶς, adv. pastorum more.

νομαδίτης, ου, ὁ, ut νομαδίτης βίος, pastoritia vita. Fem. νομαδῖτις, ιδος.

νομαδόστοιχοι, ων, οἱ, (στοῖχος) qui ad pastum euntes, aut a pastu redeuntes, ordine incedunt. Hesych.

νομάζω, (*νομάς*) pasco, de pastore. Med. *νομάζομαι*, pascor, de pecore: item habito, ut *νέμω*.

νόμαιος, *αία*, *αιον*, (*νόμος*) ad legem pertinens, legalis. *τὰ νόμαια*, instituta publica, leges, ritus, mores, Hdt.

νομαῖος, *αία*, *αῖον*, (*νομός*, *νομή*) degens in pascuis, pascens. 2) veniens ab armento.

νομάρχης, *ου*, *ὁ*, (*νομός*, *ἄρχω*) nomarcha, nomi praefectus apud Aegyptios.

νομαρχία, *ας*, *ἡ*, dignitas s. officium nomarchae. A praec.

νομάς, *άδος*, *ὁ*, *ἡ*, (*νέμω*) in pascuis degens. 2) gregalis. *Νομάδες*, *οἱ*, Nomades, populi Scythiae, et Libyae, Numidae, qui nullis utentes certis et stabilibus sedibus, loca herbida cum armentis sectabantur, vitae dediti erraticae.

νομέας, *ου*, *ὁ*, i. q. *νομεύς*, ap. seriores.

νόμευμα, *ατος*, *τό*, (*νομεύω*) grex pecorum.

νομεύς, *έως*, *ὁ*, (*νέμω*) pastor. 2) dator, tributor, distributor. 3) *οἱ νομέες*, ap. Hdt. 1, 194, 2, 96. i. q. *ἐγκοίλια*, trabes in lateribus navis.

νομευτής, *οῦ*, *ὁ*, (*νομεύω*) i. q. *νομεύς*.

νομευτικός, *ή*, *όν*, pastoralis. A praec.

νομεύω, (*νομεύς*) pasco.

νομή, *ἡ*, (*νέμω*) pascuum. 2) pastus, pastio, ipsa pascendi actio: incrementum. *νομαί*, ulcera latius serpentia. 2) distributio, partitio, divisio; *νομαί*, donativa.

νομίζω, f. *ίσω*, Att. *ιῶ*, pf. *νενόμικα*, pf. pass. *νενόμισμαι*, (*νόμος*) lege sancio, usurpo consuetudine, *γλῶσσαν*, *φωνήν*, Hdt. *νομίζειν θεόν* vel *τινὰ θεόν* vel *τινὰ θεὸν εἶναι*, deum aliquem habere, cultum alicujus dei publice sancire. *οἱ νενομισμένοι θεοί*, dii publice sanciti. *νόμους* vel *δίκην νομίζειν*, leges vel jus aestimare et colere: it. de pecunia, quae publica auctoritate valet: *νομίζεται*, moris est, usitatum est. *τὰ νομιζόμενα* vel *νενομισμένα*, mores, consuetudines, leges, instituta: inpr. justa quae defunctis debentur, ritu vetusto et religione consecrata. 2) morem recipio ab aliquo, ut *Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων ταῦτα νενομίκασι*, hunc morem Graeci ab Aegyptiis receperunt, Hdt. 2, 51. 3) habeo, puto, existimo, arbitror, reor: *νομίζοντα λέγειν*, serio dicere, Plat. 4) c. inf. consuevi, soleo. 5) c. dat. uti soleo. 5) c. dat. uti soleo, pro more usurpo, *γλώσσῃ*, Hdt. 4, 117. *εὐσεβείᾳ*, Thuc. 3, 82. ita saepe de nummis, ut *οἱ Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι*, *οἱ Καρχηδόνιοι σκύτεσι*, Byzantini ferro, Carthaginienses coriis pro nummis utuntur.

νομικός, *ή*, *όν*, (*νόμος*) legalis, ad leges pertinens. 2) jurisconsultus, juris peritus, legis peritus. In sacris libris theologus Judaicus. Hinc *ἡ νομική*, *ῆς*, sc. *τέχνη*, jurisprudentia.

νομικῶς, adv. e legum praescripto, legitime.

νόμιμος, *ίμη*, *ιμον*, vel *νόμιμος*, *ον*, (*νόμος*) legitimus, ad legem pertinens, legibus consentaneus. 2) legibus obtemperans, aequus, justus. 3) idoneus, peritus, de historicis et philosophis. 4) quicunque in aliquo genere praestat. *νόμιμα*, quae usitata sunt, quae publice recepta sunt et usitata in civitate aliqua; justa. *νόμιμον πολιτικόν*, jus civile.

νομιμότης, *ητος*, *ἡ*, legum et juris observatio.

νομίμως, adv. legitime.

νόμιος, *ία*, *ιον*, vel -*ος*, *ον*, (*νομός*, *νομή*) pastoralis, *νόμιος θεός*, Hom. h. 18, 5. *νόμιον μέλος*, carmen pastorale. 2) i. q. *νόμιμος*, dub.

νόμισις, *εως*, *ἡ*, (*νομίζω*) opinio, ritus. *ἔξω τῆς εἰς τὸ θεῖον νομίσεως*, praeter religionem, Thuc.

νόμισμα, *ατος*, *τό*, mos receptus, consuetudo, quidquid jure civili sancitum est, aut auctoritate suprema. 2) aes signatum, numisma, moneta, pecunia, nummus. Ab eod.

νομισματικός, *ή*, *όν*, monetalis.

νομισμάτιον, *τό*, numus minutus. Dim. a *νόμισμα*.

νομισματοπώλης, *ου*, *ὁ*. argentarius.

νομισματοπωλική, *ῆς*, *ἡ*, sc. *ἐργασία*, argentaria.

νομιστά, *τά*, quae opinione tenus sunt.

νομιστεύω, f. *εύσω*, (*νομίζω*) legitime administro. Suid ubi *νομιστεύεσθαι*, *νομίμως διοικεῖσθαι*, legitime administrari.

νομιστί, adv. a *νομίζω*, legitime, rite.

νομοαίολος, *ον*, (*νόμος*, *αἰόλος*) varias modulationes habens.

νομογραφέω, (*νομογράφος*) leges scribo.

νομογραφία, *ας*, *ἡ*, legum praescriptio. A seq.

νομογράφος, *ου*, *ὁ*, (*γράφω*) legislator.

νομοδείκτης, *ου*, *ὁ*, (*δείκνυμι*) jurisconsultus.

νομοδιδάκτης, *ου*, *ὁ*, (*διδάσκω*) legis doctor, interpres.

νομοδιδάσκαλος, *ου*, *ὁ*, idem.

νομοδίφας, *ου*, *ὁ*, (*νόμος*, *διφάω*) in leges inquirens, leges crepans, legicrepa. (⏑ ⏑ - -)

νομοθεσία, *ας*, *ἡ*, (*θέσις*) legislatio, promulgatio, sanctio, constitutio, jurisdictio. 2) lex.

νομοθετέω, f. *ήσω*, (*νομοθέτης*) legem vel leges fero, promulgo, sancio legem, constituo. Pass. *νομοθετεῖσθαι*, lege constitui.

νομοθέτημα, *ατος*, *τό*, legis sanctio, edictum. A pr.

νομοθέτης, *ου*, *ὁ*, (*τίθημι*) legislator.

νομοθέτησις, *εως*, *ἡ*, (*νομοθετέω*) legum latio.

νομοθετητέον, adj. verb. a *νομοθετέω*, lex ferenda est.

νομοθετικός, *ή*, *όν*, (*νομοθέτης*) legislatorius. 2) legum ferendarum peritus. *νομοθετικὴ τέχνη*, ars legislatoria.

νομοθήκη, *ἡ*, poet. p. *νομοθεσία*.

νομοΐστωρ, *ορος*, *ὁ*, (*ἵστωρ*) legum peritus.

νομομάθεια, *ας*, *ἡ*, legum notitia. A seq.

νομομαθής, *ές*, (*νόμος*, *μανθάνω*) legis peritus, juris peritus.

νομόνδε, adv. (*νομός*) in pascuum.

νομοποιέω, f. *ήσω*, leges facio, legem fero.

νομοποιός, *οῦ*, *ὁ*. i. q. *νομοθέτης*.

νόμος, *ου*, *ὁ*, (*νέμω*) lex, jus, formula, Hes. op. 298. 390. Th. 66. 417. 2) consuetudo, mos, institutum. 3) cantilena, carminis modulatio, modus musicus. 4) doctrina, in N. T. Dat. *νόμῳ*, instar, ad morem.

νομός, *οῦ*, *ὁ*, (*νέμω*) pascuum, pabulum. 2) stabulatio, sedes, quam quis incolit, domicilium. 3) regio, tractus, praefectura, provincia praes. in Aegypto. saepe sic usurpatur ab Herodoto. 4) distributio.

νομοφύλακες, *οἱ*, Undecimviri, magistratus Athenis; Pollux.

νομοφυλακεῖον, *ου*, *τό*, locus, ubi *νομοφύλακες* judicabant. 2) ubi leges adservabantur.

νομοφυλακία, *ας*, *ἡ*, (*νομοφύλαξ*) legum custodia.

νομοφυλάκιον, *ου*, *τό*, tutela legum, juris custodia. 2) idem quod *νομοφυλακεῖον*.

νομοφυλακίς, *ίδος*, *ἡ*, femina legum custos, fem. a *νομοφύλαξ*.

νομοφύλαξ, *ακος*, *ὁ*, legis, legum custos. *νομοφύλακες*, magistratus Athenis, legum praesides.

νομώδης, *ες*, (*νομή*) aptus ad pastum. 2) depascens.

νομῳδός, *οῦ*, *ὁ*, (*ᾠδή*) legum cantor, legum interpres. Strab.

νομώνης, *ου*, *ὁ*, (*νόμος*, *ὠνέομαι*) qui pascua redimit.

νοοβλαβής, *ές*, (*νόος*, *βλάπτω*) mente laesus, qui non est sanae mentis.

νοοπλανής, *ές*, (*πλανάομαι*) mente errans. *τὸ νοοπλανές*, mentis error.

νοόπληκτος, *ον*, (*πλήσσω*) mente captus: item mentem adimens.

νόος, *ου*, *ὁ*, contr. *νοῦς*, *νοῦ*, mens, sensus, sententia, intellectus, animus. (proprie ea vis animi, quae *νέεται*, *νεῖται*, natat veluti, et cogitando huc illuc commeat, aut discurrit, quemadmodum *βουλή*, a jaciendo, aut volvendo est appellata; opponitur illi vi aut parti quasi mentis, quae *μένει*, permanet, et stabilis in sententia aut proposito est, ideoque *μένος* appellatur).

νοοσφαλής, *ές*. (*σφάλλομαι*) mente captus, errore mentis labens.

νοόω, f. *ώσω*, in mentem injicio. Eustath. a *νοῦς*.

νοσάζω, (*νόσος*) aegrotum reddo. Galen. *αἴτιον νοσάζον*, caussa morbi. Pass. *νοσάζεσθαι*, aegrotum reddi.

νοσακερός, *ρά*, *ρόν*, morbidus, aegrotus. Ab eod. (*ακερος* est terminatio mera, producta ab alia terminatione, *ακός*, *νοσακός*, quemadmodum est alia in *χός*, unde *πολλαχῇ*, *ἑνιαχοῦ*, et alia.)

νοσερός, *ρά*, *ρόν*, (*νόσος*) morbidus, morbosus, languidus, morbis obnoxius.

νοσερῶς, adv. more aegrotantium.

νόσευμα, *τος*, *τό*, morbus, Hipp. quasi a *νοσεύω*.

νοσέω, f. *ήσω*, (*νόσος*) aegroto, aeger sum. metaph. insanio.

νοσηλεία, *ας*, *ἡ*, (*νοσηλεύω*) aegrotatio, languor. 2) cura aegri.

νοσήλεια, *ων*, *τά*, officia et remedia, quae aegroto praestantur.

νοσηλεύω, f. *εύσω*, aegrum curo et necessaria suppedito. 2) aegroto: ita etiam in Medio.

νοσήλια, *τά*, i. q. *νοσήλεια*.

νόσημα, *ατος*, *τό*, (*νοσέω*) morbus.

νοσηματικός, *ή*, *όν*, morbidus, vitiosus. A praec.

νοσημάτιον, *ου*, *τό*, morbus levior. Dim. a *νόσημα*.

νοσηματώδης, *ες*, morbidus. 2) qui caussam et originem a morbo traxit. Ab eod.

νοσηματωδῶς, adv. more aegrotorum. A praec.

νοσηρός, *ρά*, *ρόν*, (*νοσέω*) morbidus, morbosus. *νοσηρὰ χωρία*, loca insalubria; Xenoph.

νοσίζω, (*νόσος*) aegrotum facio: Aristot.

νοσογνωμονική, *ῆς*, *ἡ*, sc. *τέχνη*, peritia cognoscendi et dijudicandi morbos.

νοσογνώμων, *ον*, (*γνώμη*) peritus morborum cognoscendorum.

νοσοεργός, *όν*, (*ἔργον*) morbos efficiens.

νοσόθυμος, *ον*, (*θυμός*) cujus animus morbo laborat.

νοσοκομεῖον, ου, τό, valetudinarium. A seq.

νοσοκομέω, f. ήσω, (νοσοκόμος) aegrotos curo. 2) aegrotis curandis praesum. νοσοκομοῦμαι, aegrotus curor. νοσοκομούμενον σῶμα, corpus morbidum et curandum.

νοσοκομία, ας, ἡ, aegrotorum curatio, infirmae valetudinis cura.

νοσοκόμος, ον, (κομέω) aegrotos curans.

νοσοποιέω, f. ήσω, morbos facio, adfero: τινά, morbo aliquem inficio.

νοσοποιός, όν, (ποιέω) morbos adferens, contagiosus.

νόσος, ου, ἡ, Ion. νοῦσος, morbus, languor, adversa valetudo. 2) infortunium, calamitas, malum, luctus. 3) morbus animi, impura libido, ut πάθος: quivis animi affectus vitiosus, ira, odium: vitium. 4) seditio et turbae civitatis, tumultus, bellum civile.

νοσοτροφία, ας, ἡ, (τρέφω) longior morbus, quum morbus velut alitur, morbus diuturnus, qui se ipsum alit.

νοσοτυφέω, (τῦφος) in morbo insolens ac delicatus sum.

νοσοφόρος, ον, (φέρω) morbos afferens.

νοσόω, f. ώσω, seditionem moveo. Hesych.

νοσσάδες ὄρνεις, (νοσσός) pulli gallinacei apud Athen.

νόσσαξ, ακος, ὁ, avicula recens exclusa, parvus pullus. Dim. a νοσσός.

νοσσεύω, f. εύσω, contr. e νεοσσεύω, nidulor, nidifico. Pass. νοσσεύεσθαι, quum pulli in nidis generantur.

νοσσεία, ἡ, contr. e νεοσσεία, pullities.

νοσσιά, ἡ, contr. e νεοσσιά, nidus.

ποδοκάκη, et ποδοκάκκη, ης, ἡ, (πούς, κακός) lignum, in quod inserti captivorum pedes in carcere constringuntur, cippus, pedica, compedes.

ποδόκοιλον, ου, τό, (κοῖλος) vola pedis.

ποδοκρουστία, ας, ἡ, (κρούω) plausus pedum, seu pulsatio.

ποδοκτυπέω, f. ήσω, (κτυπέω) salto.

ποδοκτύπη, ης, ἡ, saltatrix. A pr.

ποδονιπτήρ, ῆρος, ὁ, pelluvium, pelvis ad lavandos pedes.

ποδόνιπτρον, ου, τό, aqua, qua pedes lavantur: pelluvium, polluhrum.

ποδονομέω, (π. et νέμω n. 6. aut νόμος) salto.

ποδοπέδη, ἡ, pedica.

ποδορραγής, ές, (ῥήγνυμι) pede ruptus s. fractus.

ποδορρώη, ἡ, (ῥώννυμι) quae pedibus valet, Callim.

ποδόρτιον, s. ποδότριον, ου, τό, (πούς) vestis ad pedes demissa, talaris.

ποδόστημα, τό, (στῆμα) inferior pars puppis.

ποδοστράβη, ης, ἡ, (στράβη) instrumentum tortorum. 2) instrumentum medicum. 3) tendicula, qua cervi capiuntur. 4) i. q. ποδοκάκη.

ποδότης, ητος, ἡ, (πούς) pedatus.

ποδοτρόχαλος, ον, (τρέχω) pede rotam circumagens, ut figulus, sive ipsa rota, quae pede circumagitur.

ποδουχέω, (ἔχω) clavum teneo, ad gubernaculum sedeo.

ποδόψηστρον, ου, τό (ψάω) pedum substragulum.

ποδοψοφία, ἡ, (ψόφος) sonus pedum in incessu.

ποδοψόφος, ον, (ψοφέω) pedibus sonitum eiens in incessu.

ποδόω, (πούς) intendo funibus, qui πόδες dicuntur.

ποδώκεια, ας, ἡ, pedum pernicitas. A seq.

ποδώκης, ες, (ὠκύς) pedibus celer, velox.

ποδωκία, ας, ἡ, pedum pernicitas. A praec.

ποδῶκυς, εια, υ, ap. ser. i. q. ποδώκης.

πόδωμα, ατος, τό (ποδόω) pulpitum.

ποδώνυχος, ον, (ὄνυξ) usque ad pedum ungues pertinens.

ποδωτός, ή, όν, funibus, qui πόδες dicuntur, intentus, pedatus.

ποησιτρόφος, ον, (πόα, τρέφω) herbas alens seu nutriens, herbidus.

ποσσίχροος, ον, (πόα, χρόα) germinis colorem referens, viridis.

ποέω, cf. ποιέω.

πόη, ἡ, Ion. p. πόα.

ποηλογέω, f. ήσω, (πόα, λέγω) herbas colligo.

ποηφαγέω, f. ήσω, (ποηφάγος) herbis vescor.

ποηφαγία, ας, ἡ, cibi usus ex herbis.

ποηφαγής, ές, i. q. seq.

πενφάγος, ον, (πόα, φαγεῖν) herbis vescens. 2) animal Indicum, duplo majus, quam equus.

ποηφόρος, ον, (φέρω) gramina ferens.

ποθαίνω, ap. ser. i. q. ποθέω.

ποθεινός, ή, όν, (πόθος) desiderabilis, exoptatus, desideratus, amabilis.

ποθεινῶς, adv. magno desiderio. Comp. ποθεινοτέρως.

πόθεν, adv. (ὅθεν) unde? undenam? qui fiat? 2) servit negationi fortiori; jungitur fere γάρ. πόθεν γάρ, nullo modo.

ποθέν, adv. enclit. alicunde, ulla ex parte.

ποθέρπω, f. ψω, accedo. Dor. pro προσέρπω, formato e ποτί pro πρός et ἕρπω.

ποθέσπερος, ον, Dor. p. προσέσπερος, unde τὰ ποθέσπερα, adv. vesperi, Theocr.

ποθέω, f. έσω vel έσομαι et ήσω, pf. πεπόθηκα, pf. pass. πεπόθημαι, aor. pass. ἐποθέσθην, (ποθή, πόθος) opto, cupio, desidero. 2) desidero, sc. amissa et perdita vel quae non adsunt; requiro. 3) cum desiderio amo. Constr. c. acc. Nonnunquam eodem sensu Medium invenitur, ut Soph. Trach. 103.

ποθή, ῆς, ἡ, desiderium, amor. σῇ ποθῇ, desiderium tui, Il.

πόθημα, τό, (ποθέω) res desiderata: desiderium.

ποθήμεναι, inf. praes. Ep. a ποθέω, Od. 12, 110.

πόθησις, εως, ἡ, ipsa actio desiderandi. 2) desiderium, amor.

ποθητός, ή, όν, desideratus, desiderabilis.

ποθητύς, ύος, ἡ, poet. p. πόθησις. (ῦς, ὔος)

ποθήτωρ, ορος, ὁ, (ποθέω) qui desiderat, amat, poet.

πόθι, adv. poet. p. ποῦ, ubi? 2) p. ποῖ, quo?

ποθί, adv. enclit. poet. p. ποῦ, alicubi. 2) aliquando, tandem aliquando. 3) aliquo modo, fere.

ποθινός, ή, όν, poet. p. ποθεινός.

ποθόβλητος, ον, desiderio tactus, vel captus. 2) Cupidinis telis ictus, a Cupidine vulneratus. 3) amatorius.

πόθοδος, ἡ, Dor. p. πρόσοδος.

ποθολκίς, ίδος, ἡ, (ποτί, ἕλκω) habena, qua trahuntur vel reguntur jumenta. Dor. pro προσολκίς.

ποθοράω, ποθορέω, ποθόρημι, Dor. p. προσοράω.

πόθος, ου, ὁ, desiderium, amor, cupido, τινός. σός πόθος, desiderium tui, Od. 11, 202. 2) desiderium rei perditae, luctus.

ποῖ, adv. quo? quonam? quorsum? ubi? quousque? quamdiu? Ab οἷ, quo.

ποι, adv. enclit. aliquo. 2) alicubi. 3) quodammodo.

ποία, ἡ, Dor. p. ποίη, πόα.

ποιά, ἡ, aestas, annus, v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 412. Lobeck. Phryn. p. 496.

ποιάεις, εσσα, εν, Dor. p. ποιήεις. (ᾰ)

ποιανθής, ές, (ποίη, ἀνθέω) herbidus.

ποιέω, f. ήσω, facio, efficio, fabricor. 2) carmina compono. Sed hoc verbum varias significationes accipit diversis junctum substantivis aut particulis, in activo et medio, ut ποιεῖν τὸν νόμον, servare legem, at ποιεῖσθαι νόμον, legem sancire, sinere sibi irrogari, pati sibi ferri. θυσίας ποιεῖν, sacrificare. ἑορτὴν ποιεῖν, diem festum celebrare, ποιεῖν πρός τι, valere ad aliquid. ποιεῖν τινί vel εἴς τινα, facere cum aliquo. ποιεῖν εἴς τι, facere ad aliquam rem. κακά s. ἀγαθά ποιεῖν τινά, bonis s. malis afficere aliquem; eodem sensu dicitur etiam κακῶς vel εὖ ποιεῖν τινά. ποιεῖν λέγοντα, inducere loquentem: cum ἐπί, colloco, pono etc. In med. 1) cum subst. dicitur intransitive, ut χρόνον ποιεῖσθαι, morari, λόγον ποιεῖσθαι, dicere, ἀρχὴν ποιεῖσθαι, incipere, τιμωρίαν ποιεῖσθαι, opem ferre, γνώμην ποιεῖσθαι, animum inducere; it. putare, judicare. 2) ubi transitive est, dicitur cum relatione ad subjectum, ut παῖδα ποιεῖσθαι, adoptare, de quo et ποιοῦμαι, simpliciter dicitur. 3) cum particulis, περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, magnifacere, ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι, irridere, flocci facere. ἐν ὀλίγῳ ποιεῖσθαι, contemnere etc. 4) statuere sc. ut poenam, v. c. φυγὴν ποιεῖσθαι, exilii poenam proponere. 5) simulo. it. prae me fero. (Prima syllaba a poetis Atticis, Comicis inpr., corripitur interdum; unde quidam statuerunt, Atticam formam esse ποῶ, sed falso.)

ποίη, ἡ, Ion. p. πόα, gramen, herba.

ποιηβόρος, ον, (βορά) gramine vescens.

ποιήεις, ήεσσα, ῆεν, (ποία) herbosus, consitus. 2) viridis.

ποίημα, ατος, τό, (ποιέω) quod aliquis fecit, opus. 2) liber. 3) poema. 4) τὰ ποιήματα, ciborum confectiones.

ποιηματικός, ή, όν, ad carmen pertinens, poeticus.

ποιημάτιον, ου, τό, parvum poema, poematium. 2) libellus. Dim. a ποίημα.

ποιηματοκόπος, ὁ, (κόπτω) poeta, inpr. maledicus. dub.

ποιηρός, ρά, ρόν, (ποία) herbosus.

ποίησις, εως, ἡ, (ποιέω) faciendi actio, facere. 2) poesis, poema, carmen. 3) modus rei agendae; ἡ κατὰ τὸ κεχαρισμένον ποίησις, si quis facit, quod lubet. 4) factura, instructio.

ποιητέον, adj. verb. a ποιέω, facere oportet. Proprie neutr. a seq.

ποιητέος, έα, έον, faciendus.

ποιητής, οῦ, ὁ, poeta, vates. 2) factor, effector, nominatim legislator. it. auctor, inventor.

ποιητίζω, poetor. A praec.

ποιητικεύομαι, rem poeticam tracto, carminibus scribendis operam do. A seq.

ποιητικός, ή, όν, (ποιητής) faciendi vim habens, per quem aliquid fit. 2) poeticus, i. e. poetis conveniens, poetarum proprius. 3) vim habens excogitandi, sollerter, ingeniose inveniendi et comminiscendi.

ποιητικῶς, adv. poetice, more poetarum.

ποιητός, ή, όν, (ποιέω) factus. 2) factitius. 3) adoptivus, adscititius.

ποιήτρια, ας, ἡ, (ποιητής) poetria.

ποιητρόφος, ον, (ποίη, τρέφω) gramina nutriens, herbidus.

ποιηφαγέω, (ποίη, φαγεῖν) herbis vescor, Hdt.

ποιηφάγος, ον, (φαγεῖν) herbis vescens.

ποικιλανθής, ές, (ποικίλος, ἄνθος) floridus, varios habens flores, variegatus.

ποικιλείμων, ονος, ὁ, ἡ, (εἷμα) picta s. versicolori veste indutus. 2) variegatus, multicolor.

ποικιλέρυθρος, ον, rubris maculis distinctus.

ποικιλεύς, έως, ὁ, idem qui ποικιλτής.

ποικιλήνιος, ον, Dor. ποικιλάνιος, (ἡνία) variegatas habens habenas.

ποικιλία, ας, ἡ, (ποικίλος) varietas. it. prudentia, versutia.

ποικιλίς, ίδος, ἡ, varia, versicolor, picta. 2) nomen avis, quibusdam carduelis.

ποικίλλω, f. ιλῶ, (ποικίλος) variego, varie distinguo, vario. 2) vafre comminiscor aut fingo: perplexe loquor, Soph. Tr. 412. 1121. 3) muto. πεποικιλμένος, varius, variegatus.

ποίκιλμα, ατος, τό, ornatus versicolor, opus quodlibet versicolor et varie ornatum. A praec.

ποικιλμός, οῦ, ὁ, varietas.

ποικιλόβοτρυς, υος, ὁ, ἡ, (βότρυς) uvas versicolores habens.

ποικιλόβουλος, ον, (βουλή) consiliis varius. 2) astutus, versutus, callidus, vafer.

ποικιλόγηρυς, υος, ὁ, ἡ, (γῆρυς) Dor. ποικιλόγᾱρυς, varie sonans, variam vocem sonumque habens.

ποικιλόγραμμος, ον, (γραμμή) variis seu versicoloribus lineis distinctus, varius, pictus, maculosus.

ποικιλογράφος, ον, (γράφω) qui varia scripsit.

ποικιλόδειρος, ον, (δειρή) cui collum est varium, i. e. versicolor, maculosum, pictum.

ποικιλόδερμος, ον, (δέρμα) i. q. seq.

ποικιλοδέρμων, ονος, ὁ, ἡ, (δέρμα) variam habens cutem, i. e. variegatam.

ποικιλοδίνης, ου, ὁ, i. q. ποικιλόδινος. (δίνης, ‒‒)

ποικιλόδινος, ον, (δίνη) qui varie circumagitur, seu versatur, qui in orbem agitur.

ποικιλόδιφρος, ον, qui variis utitur bigis.

ποικιλόδωρος, ον, (δῶρον) varia donans, liberalis.

ποικιλοεργός, όν, (ἔργον) varii coloris.

ποικιλόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, varios habens capillos.

ποικιλόθρονος, ον, (θρόνος) solio varie ornato insidens, Sappho.

ποικιλόθροος, ου, (θρόος) varium sonitum ciens.

ποικιλολογία, ἡ, (λέγω, λόγος) oratio nimium depicta et in qua nihil rectum aut proprium sit; ei contraria est ὁμοιολογία.

ποικιλόκαυλος, ον, varios caules habens, cujus caulis varius est.

ποικιλομήτης, ου, ὁ, (μῆτις) varia et multiplicia habens consilia, versipellis.

ποικιλόμητις, ιος, ὁ, ἡ, idem.

ποικιλομήχανος, ον, (μηχανή) qui varias machinas et technas callet; callidus, versutus.

ποικιλομορφία, ας, ἡ, quasi dicatur multiformitas, varia formatio. A seq.

ποικιλόμορφος, ον, (μορφή) varias formas habens. 2) versicolor.

ποικιλόμυθος, ον, cujus sermo varius est, vel vario distinctus lepore, facundus, disertus.

ποικιλόνοος, ον, (νόος) i. q. ποικιλόφρων.

ποικιλόνωτος, ον, varium tergum habens.

ποικιλοπράγμων, ον, (πρᾶγμα) qui varia facit.

ποικιλόπτερος, ον, (πτερόν) variegatas pennas habens. v. ἐγχρώματος

ποικίλος, η, ον, varius, variegatus, picturatus, it. varias artes callens; versutus. 2) dubius, inconstans. 3) difficilis.

ποικιλόστερνος, ον, (στέρνον) varium pectus habens, versutus, dolosus.

ποικιλόστικτος, ον, variis maculis notatus.

ποικιλόστολος, ον, (στολή) stolam gerens variegatam.

ποικιλόστομος, ον, (στόμα) cujus os seu rostrum est varium.

ποικιλοτερπής, ές, (τέρπω) varie, valde oblectans.

ποικιλότευκτος, ον, (τεύχω) artificiosus, artificiose structus, factus, callidus. Ut ποικιλότευκτος θέσις, expl. positio artificiosa in ludo duodecim scriptorum etc.

ποικιλοτέχνης, ου, ὁ, qui varias artes callet.

ποικιλότραυλος, ον, (τραυλός) varios vocis flexus habens, μέλη ποικιλότραυλα, Theocr. epigr. 4, 10.

ποικιλοφόρμιγξ, ιγγος, ὁ, ἡ, qui suaviter cithara canitur.

ποικιλοφρονέω, callidus sum; item, in bonam partem, plenus sum consilio, ingenio valeo. A seq.

ποικιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) cui mens est versuta et callida, versutus. 2) prudens, plenus consilio. 3) ingeniosus.

ποικιλόφωνος, ον, (φωνή) varios sonos edens, Epith. instrumenti musici, lyrae etc. suavisonus. 2) copiosus in dicendo, in varianda oratione.

ποίκιλσις, εως, ἡ, (ποικίλλω) artificium variegandi.

ποικιλόχροος, ον, contr. ους, ουν, (χρόα) versicolor.

ποικιλόχρωμος, ον, (χρῶμα) idem.

ποικιλόχρως, ωτος, ὁ, ἡ, idem.

ποικιλόω, variego, varie exorno, Aesch.

ποικιλτής, οῦ, ὁ, (ποικίλλω) qui variat, qui versicolore ornatu vestimenta elaborat: variator, plumarius. Femin. ἡ ποικίλτρια.

ποικιλτικός, ή, όν, pertinens, ad phrygioniam artem. ἡ ποικιλτική, Subst. sc. τέχνη, ars phrygionum. A praec.

ποικιλτός, ή, όν, (ποικίλλω) variatus, varie pictus, versicolor.

ποικίλτρια, ἡ, fem. a ποικιλτής.

ποικιλῳδός, όν, (ᾠδή) vario modulamine canens, cantum suaviter variare peritus. 2) perplexa loquens. Epith. Sphyngis. Soph.

ποικίλως, adv. (ποικίλος) varie, multis modis. 2) callide, versute. 3) inconstanter.

ποιμαίνω, f. ανῶ, (ποιμήν) pasco, rego. 2) curam gero, curo. ποιμαίνειν ἔρωτα, fallere amorem, Theocr. 11. 80. Med. vagor.

ποιμανδρία, ας, ἡ, vas sacrum, ad sanguinem victimae excipiendum.

ποιμανεύς, έως, ὁ, (ποιμαίνω) pastor, dub.

ποιμανεύω, pasco. 2) custodio. A praec.

ποιμανόριον, ου, τό, (ποιμάνωρ) grex, non ovium tantum, sed et populi.

ποιμαντέον, Adj. verb. a ποιμαίνω, Theogn. 689.

ποιμαντήρ, ῆρος, ὁ, (ποιμαίνω) pastor.

ποιμαντικός, ή, όν, (ποιμαίνω) pastoritius, pastoralis. Subst. ἡ ποιμαντική, sc. τέχνη, ars pascendi, res pastoritia.

ποιμάντωρ, ορος, ὁ, pastor. (ᾰ)

ποιμάνωρ, ορος, ὁ, (ποιμαίνω) idem. 2) rex, dux. (ᾰ)

ποιμασία, ἡ, (ποιμαίνω) pascendi actio, custodia.

ποιμενίδης, ου, ὁ, pastore natus, pastoritii generis.

ποιμενικός, ή, όν, pastoralis, pastoritius. 2) pascendo pecori deditus.

ποιμένιος, ία, ιον, pastoralis.

ποιμήν, ένος, ὁ, opilio, pastor: rector, ductor.

ποιμναῖος, αία, αῖον, ad gregem pertinens.

ποίμνη, ης, ἡ, grex ovium, ovile. 2) pascuum. 3) ovis e grege.

ποίμνηθεν, adv. a grege. A praec.

ποιμνήϊος, ΐα, ϊον, ad ovium gregem pertinens.

ποίμνιον, τό, contr. e ποιμένιον, grex ovium, pecus. 2) ovis e grege.

ποιμνίτης, ου, ὁ, fem. ῖτις, ιδος, pastoralis, pastoritius.

ποιναῖος, αία, αῖον, (ποινή) poenarius, poenalis, poenas infligens.

ποινάτωρ, ορος, ὁ, ultor. (ᾰ) A seq.

ποινάω, f. άσω, Ion. ήσω, punio, poenas exigo. Med. vindictam sumo ab aliquo, τινά, Eur. (α in praes. breve, in fut. longum.)

ποινή, ῆς, ἡ, (φόνος?) poena, ultio injuriae seu peccati, pretium, quo injuria pensatur, satisfactio quaevis. 2) Furia. 3) molestia, aegritudo.

ποινηλασία, ας, ἡ, (ἐλαύνω) exactio poenae, multae.

ποινηλατέω, f. ήσω, furiis poenalibus agito. A seq.

ποινήλατος, ον, (ποινή, ἐλαύνω) furiis agitatus.

ποίνημα, ατος, τό, (ποινάω) poena, quam quis luit.

ποινήτειρα, ἡ, fem. a ποινητήρ.

ποινητήρ, ῆρος, ὁ, (ποινάω) vindex, ultor.

ποινήτης, ου, ὁ, fem. ποινῆτις, ιδος, i. q. ποίνιμος.

ποινήτωρ, ορος, ὁ, i. q. ποινητήρ.

ποίνιμος, ον, (ποινή) ulciscens; ultor, ultrix, vindex. 2) puniendus.

ποινοποιός, όν, (ποιέω) molestiam adferens.

ποιολογέω, herbas lego. ποιολογεῦσα, herbas legens. part. pro ποιολογοῦσα. A seq.

ποιολόγος, ον, (ποία, λέγω) herbas legens.

ποιονόμος, ον, (νέμω) qui gramine pascitur.

ποιόνομος, ον, (νομή) pascua herbida habens.

ποῖος, ποία, ποῖον, (οἷος) qualis.

ποιός, ποιά, ποιόν, certa qualitate praeditus, certo modo adfectus.

ποιότης, ητος, ἡ, (ποῖος) qualitas rei cujuslibet.

ποιοτρόφος, ον, (ποία, τρέφω) herbas alens, herbidus.

ποιοφάγος, ον, i. q. ποιηφάγος.

ποιόω, (ποῖος) unde πεποιωμένος, qualitate aliqua affectus.

ποιπνυός, οῦ, ὁ, minister, famulus. Hesych. A seq.

ποιπνύω, opus, ministerium facio sedulo, satago, Hom. (Radix πνέω, πέπνυμαι, ut primitus significet, anhelo, spiritum celeriter duco prae festinatione.) (υ in praes. et impf. anceps; in reliquis tempp. longum.)

ποιφύγδην, adv. (ποιφύσσω) terrifico cum flatu.

ποίφυγμα, τό, (ποιφύσσω) vehemens spiritus emissio. 2) terriculamentum, terror.

ποίφυξις, εως, ἡ, idem. A seq.

ποιφύσσω, f. ξω, (φυσάω) spiro, flatum emitto. 2) terreo, exterrefacio.

ποιώδης, ες, (ποία) herbidus.

πόκα et ποκά, adv. Dor. p. πότε et ποτέ.

ποκάζω, (πόκος) idem quod ποκίζω.

ποκάριον, ου, τό, parvum vellus. Dim. a πόκος.

ποκάς, άδος, ἡ, (πόκος) lanigera. 2) coma.

πόκες, v. πόκος.

πόκη, ἡ, v. πόκος.

ποκίζω f. ίσω, (πόκος) tondeo. 2) como, pecto.

ποκοειδής, ές, (εἶδος) velleri similis. 2) impexus.

πόκος, ὁ, (πέκω) vellus, lana vellendo demta et conglobata. 2) tonsura ovium. 3) Proverb. εἰς ὄνου πόκας, ad tonsuram asini, i. e. ad nihilum, Ar. qui accusativus modo ab αἱ πόκες, modo ab ἡ πόκη derivatur, quod neutrum extat: itaque rectius πόκας acc. heteroclit. a recto πόκος existimatur. Hinc

ποκόω, f. ώσω, vellere circumdo, vestio. Hinc πεποκωμένος, vestitus.

πολέες, έων, plur. Ep. a πολύς pro πολλοί, πολλῶν, Hom.

πολεμάδοχος, ον, Dor. pro πολεμηδόχος.

πολεμάρχειος, ον, ad Polemarchum pertinens.

πολεμαρχέω, f. ήσω, (πολέμαρχος) exercitui praesum; belli dux sum. 2) Polemarchus sum.

πολεμάρχης, ου, ὁ, (πόλεμος, ἄρχω) belligerator, dux belli.

πολεμαρχία, ας, ἡ, munus Polemarchi. A seq.

πολέμαρχος, ου, ὁ, dux belli. 2) nomen magistratus apud Athen. 3) praefectus morae, (μόρας) apud Lacedaem. Xenoph.

πολεμᾱτόχος, ον, Dor. p. πολεμητόκος, q. v.

πολέμειος, ον, v. πολεμήϊος.

πολεμέω, f. ήσω, (πόλεμος) bellum gero, pugno, τινί, cum aliquo. Hinc dissideo ab aliquo, discepto, de re aliqua contendo quam alter appetit; it. disputo. 2) bello peto, aggredior, oppugno, c. acc. Pass. πολεμοῦμαι, bello petor, bellum mihi infertur, Dem.

πολεμηδόχος, ον, Dor. πολεμᾱδόχος, (δέχομαι) bellum opperiens, bellicosus.

πολεμήϊος, ον, Ion. p. obsol. πολέμειος, bellicus. 2) hostilis.

πολεμησείω, (πολεμέω) bellare gestio, bellare cupio, ad bellum specto.

πολεμητήριον, ου, τό, (πολεμέω) locus hosti imminens, et opportunus ad illi nocendum.

πολεμητόκος, ον, Dor. πολεμᾱτόκος, (τίκτω) bellum gignens. 2) πολεμητόκος, ον, ad bellum natus, fortis, bellator.

πολεμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, bellicosus, poet.

πολεμία, ας, ἡ, sc. χώρα, (πόλεμος) solum hostile seu hosticum.

πολεμίζω, f. ίσω, Dor. ίξω, bellum gero, τινί, cum aliquo: pugno, decerto, litigo. 2) trans. bello peto.

πολεμικός, ή, όν, bellicus, militaris, bellicosus, rei militaris peritus. Hinc Subst. ἡ πολεμική, ῆς, sc. ἐπιστήμη, ars militaris: et τὸ πολεμικόν, sc. σημεῖον, classicum, bellicum.

πολεμικῶς, adv. bellicose, hostiliter.

πολέμιος, ία, ιον, (πόλεμος) qui animo hostili est erga aliquem, infestus. 2) hostilis, inimicus. 3) invisus. 4) pro πολεμικός, militaris. 5) τὰ πολέμια, res militaris.

πολεμιστά, ὁ, Epice p. πολεμιστής.

πολεμιστήρ, ῆρος, ὁ, i. q. πολεμιστής.

πολεμιστήριος, ία, ιον, bellicus. 2) bellator, habilis ad bellum. τὰ πολεμιστήρια, ων, certamina equestria. 2) instrumenta bellica.

πολεμιστής, οῦ, ὁ, (πολεμίζω) bellator, habilis ad bellum.

πολεμίως, adv. (πολέμιος) hostiliter, hostili atque infesto animo.

πολεμοδόκος, ον, idem quod πολεμηδόκος.

πολεμοκέλαδος, ον, bellicosus, bello gaudens. Epith. Palladis.

πολεμόκλονος, ον, idem. Epith. Martis et Palladis.

πολεμόκραντος, ον, (κραίνω) bellum perficiens, finiens.

πολεμόνδε, adv. in bellum, ad bellum, in praelium.

πολεμοποιέω, f. ήσω, bellum moveo. 2) seditiones excito. 3) inimicum et hostem reddo. A seq.

πολεμοποιός, όν, (ποιέω) bellum movens, hostilis.

πόλεμος, ου, ὁ, (* πέλω, pello, moveo, trudo, verso. v. πολέω) bellum. 2) praelium, pugna. 3) apparatus bellicus, inpr. milites.

πολεμοτροφέω, (τρέφω) bellum nutrio seu foveo.

πολεμοφθόρος, ον, (φθείρω) bello consumens.

πολεμόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) animi bellicosi.

πολεμόω, f. ώσω, (πόλεμος) ad bellum excito, ad bellum alicui inferendum incito, hostem reddo, τινά. Pass. πολεμόομαι, ad movendum contra aliquem bellum instigor, med. hostili animo sum.

πολεμώνιον, ου, τό, polemonium, (Valeriana,) herba.

πολεύω, f. εύσω, verso. 2) curo, ministro. 3) versor alicubi, habito. A seq.

πολέω, f. ήσω, verto, verso. 2) versor. 2) aro. 4) pasco.

πόληες, ήων, Epice p. πόλεες, πόλεις, plur. a πόλις, Hom.

πόλησις, ἡ, (πολέω) conversio.

πολιαίνομαι, (πολιός) canesco, canus sum; spumo, de mari.

πολιᾶνομέω, f. ήσω, aedilis, praefectus urbi sum. A seq.

πολιᾶνόμος, ου, ὁ, (πόλις, νέμω) aedilis, praefectus urbi.

πολιάοχος, ον, Dor. p. πολιήοχος, Pind. (ᾰ)

πολιαρχέω, f. ήσω, urbi praesum. A seq.

πολίαρχος, ου, ὁ, praefectus urbi vel urbium. 2) princeps urbis vel urbium.

πολιάς, άδος, ἡ, (πόλις) Atheniensibus dicta Minerva, praeses arcis, quae arcem tenet ac tuetur.

πολίδιον, ου, τό, oppidulum. Dim. a πόλις.

πολίδριον, τό, idem.

πολιεύς, έως, ὁ, urbis custos et tutor, Jovis epith.

πολίζω, f. ίσω, (πόλις) urbem condo, urbem statuo. πεπολισμένη, condita, part. perf. pass.

πολιήοχος, ον, pro πολιοῦχος, ubi vid.

πολιήτης, ου, ὁ, civis, municeps, pro πολίτης.

πολιῆτις, ιδος, ἡ, civis, mulier. A praec.

πόλινδε, adv. ad civitatem.

πολιόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (πολιός, θρίξ) canos habens capillos.

πολιοκρόταφος, ον, (κρόταφος) cana habens tempora, senex.

πόλιον, ου, τό, polium; herba graveolens.

πολιορκέω, f. ήσω, (πόλις, εἴργω, ἕρκος) obsidione cingo, circumsideo, obsideo, machinis et tormentis urbem oppugno. 2) vexo, affligo, etiam de singulis hominibus, aut corpore humano. 3) bello peto, de regione.

πολιορκητής, οῦ, ὁ, urbium obsessor. 2) urbium expugnator.

πολιορκητικός, ή, όν, obsidionalis, ad obsidionem pertinens.

πολιορκία, ας, ἡ, obsessio, obsidum sive obsidio, oppugnatio, vastatio. 2) vexatio, afflictio.

πολιός, ά, όν, canus, albus, candidus. πολιαί, cani capilli, sc. τρίχες vel ἔθειραι.

πολιότης, ητος, ἡ, canities. A pr.

πολιότριχος, ον, (θρίξ) i. q. πολιόθριξ.

πολιοῦχος, ον, (πόλις, ἔχω) urbis praeses, tutelaris deus vel dea. 2) quum de Minerva Atheniensi sermo est, significat praesidem arcis.

πολιοφυλακέω, f. ήσω, (πόλις, φύλαξ) praesidio urbem teneo, urbem defendo, it. intra muros me teneo.

πολιόχρως, χρωτος, ὁ, ἡ, (πολιός, χρώς) canus, albus, candidus, ut cygnus.

πολιόω, f. ώσω, (πολιός) canum facio. Med. canesco.

πολίπορθος, ὁ, (πόλις, πορθέω) urbis expugnator, vel vastator.

πολιῤῥαίστης, ου, ὁ, (ῥαίω) idem.

πόλις, εως, ἡ, Ion. et Dor. gen. πόλιος, Att. poet. πόλεος. Ep. πόληος, (πόλος, πολέω) urbs, civitas, oppidum. 2) regio urbis, ager ad urbem pertiuens. 3) arx urbis, pro ἀκρόπολις.

πόλισμα, ατος, τό, (πολίζω) urbs, oppidum, oppidulum.

πολισμάτιον, ου, τό, oppidulum. Dim. a πόλισμα.

πολισμός, οῦ, ὁ, (πολίζω) urbis extructio.

πολισοῦχος, ον, i. q. πολιοῦχος.

πολισσονόμος, ον, (νέμω) urbem administrans. π. βιοτά, vita civitatis legibus adstricta, Aesch. Pers. 849.

πολισσόος, ον, (σώζω) urbem servans.

πολισσοῦχος, ον, poet. p. πολιοῦχος, πολισοῦχος.

πολιστής, οῦ, ὁ, (πολίζω) conditor et auctor civitatis. 2) civitatis princeps.

πολῑτάρχης, ου, ὁ, (πολίτης, ἄρχω) conditor et auctor civitatis. 2) magister civium, seu urbis praefectus.

πολίταρχος, ου, ὁ, i. q. πολιτάρχης. (ῑ)

πολῑτεία, ας, ἡ, (πολιτεύω) administratio reipublicae, civitatis regimen; forma et descriptio civitatis. 2) Reipublicae status, vel respublica. 3) civitas, jus civitatis. 4) libera respublica, democratia. 5) vitae institutum et ratio., gubernatio, gestio rei cujusque, etiam rei privatae, et hominis singularis. 6) apud scriptores eccles. significat, etiam bona opera, vexationes corporis per jejunia, vigilias etc. pietatis caussa.

πολίτευμα, ατος, τό, (πολιτεύω) reipublicae regimen, reipublicae gubernatio, vel administratio. 2) vita civilis, commercia civium inter se, civitas. it. vitae genus omnisque agendi et versandi modus ἀναστροφή. 3) sollertia in re administranda quavis. (ῑ)

πολῑτευτέον, Adj. verb. versandum in repuldica, reipublicae danda opera.

πολιτευτής, οῦ, ὁ, reipublicae, seu civitatis administrator, magistratus.

πολιτεύω, f. εύσω, (πολίτης) rempublicam gero. 2) universe, aliquid curo, administro, curando, agendo (praesertim in magistratu) efficio. 3) in civitate vivo, cjus legibus et institutis utor et obedio. In medio eadem significat, praeterea, vivo, gero me, versor, de moribus et institutis vitae.

πολῑτηΐη, ης, ἡ, Ion. pro πολιτεία.

πολίτης, ου, ὁ, (πόλις) civis, municeps. 2) civis, socius alterius in juri civili, pro συμπολίτης. (ῑ)

πολῑτίζω, f. ίσω, rempublicam administro, civilia negotia tracto.

πολῑτικός, ή, όν, (πολίτης) civilis, urbanus, civicus. 2) peritus rerum civilium. qui in administratione reipublicae versatur, item orator, concionator. Hinc ἡ πολιτική, ῆς, sc. τέχνη, ratio seu ars bene instruendae vel administrandae reipublicae. 3) facilis, comis. 4) urbanus, elegans, facetus. 5) popularis, ad sensum populi accommodatus. 6) civitati utilis. τὸ πολιτικόν, exercitus qui civibus indigenis constat. item quod est ex usu reipublicae. it. vehementia, qualis oratorum est.

πολιτικῶς, adv. civiliter, vel ut decet rempublicam administrantem, aut ipsam reipublicae administrationem. 2) leniter. 3) leviter. 4) urbane, facete.

πολῖτις, ιδος, ἡ, civis, mulier. 2) quae ejusdem civitatis est. Femin. a πολίτης.

πολῑτισμός, οῦ, ὁ, (πολιτίζω) administratio reipublicae.

πολῑτογραφέω, f. ήσω, (πολίτης, γράφω) civium numero adscribo, civitate dono. aor. 1. ἐπολιτογραφήθην.

πολῑτογραφία, ας, ἡ, receptio in civium numerum. A praec.

πολῑτοκοπέω, (πολιτοκόπος) vexo cives vel rempublicam.

πολῑτοκοπία, ας, ἡ, vexatio civium. A seq.

* πολῑτοκόπος, ου, ὁ, (κόπτω) vexator civium aut reipublicae.

πολῑτοφθόρος, ον, (φθείρω) civibus perniciosus, civitati pestifer.

πολῑτοφύλακες, οἱ, civium custodes, defensores.

πολῑτοφυλακέω, f. ήσω, cives observo et ab iis caveo. 2) cives custodio, aut praesidio urbem teneo. A praec.

πολῑτοφυλακία, ας, ἡ, pars militum, quae intra muros manet, ac civium custodiae praeest, urbis praesidium, urbis custodia.

πολίχνη, ης, ἡ, (πόλις) oppidulum.

πολίχνιον, ου, τό, Dim a praec.

πολιώδης, ες, (πολιός) canus, canos referens. 2) facile canescens.

πολίωσις, εως, ἡ, (πολιόω) quum quid canescit.

πολλάκις, Ion. πολλάκι, adv. (πολλός, πολύς) saepe, saepenumero, frequenter. τὸ πολλάκις, major pars temporis, plurimum tempus, Pind. 2) vario modo, varia ratione. 3) forte. 4) interdum dicitur de numero: pluries.

πολλαπλασιάζω, f. άσω, (πολλαπλάσιος) multiplico.

πολλαπλασίασις, εως, ἡ, multiplicatio. A praec.

πολλαπλασιασμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

πολλαπλασιόνως, adv. (πολλαπλασίων) multipliciter.

πολλαπλάσιος, ία, ιον, et πολλαπλάσιος, ον, (πολύς) multiplex.

πολλαπλασιόω, f. ώσω, (πολλαπλάσιος) multiplico.

πολλαπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, idem. 2) multo major, multo copiosior.

πολλαπλασίως, adv. (πολλαπλάσιος) multipliciter. 2) multo amplius, multo plus.

πολλαπλασίωσις, εως, ἡ, multiplicatio. A seq.

πολλαπλόος, όη, όον, contr. πολλαπλοῦς, πλῆ, πλοῦν, (πολλός, πολύς) multiplex: versutus, callidus.

πολλαχῆ, adv. (* πολλαχός, multiplex) multis in locis, passim. 2) saepe.

πολλαχόθεν, adv. multis e locis, partibus, rebus.

πολλαχόθι, adv. multis rebus, locis.

πολλαχόσε, adv. ad multa loca, ad multas partes.

πολλαχοῦ, adv. multis in locis. 2) saepe.

πολλαχῶς, adv. multifariam, plurifariam.

πολληπλήσιος, ίη, ιον, Ion. idem quod πολλαπλάσιος.

πολλοδεκάκις, adv. multipliciter.

πολλός, πολλόν, Ion. nom. sing. masc. et neutr. p. πολύς, πολύ, Hom. Trag.

πολλοστημόριος, ον, (πολλοστός, μόριος)

ex una multarum partium constans, unam e multis partibus habens; unde exiguus, minimus, paucissimus. τὸ πολλοστημόριον, pars una e multis, pars minima.

πολλοστός, ή, όν, (πολλός, πολύς) unus e multis, multesimus; unde parvus, exiguus. 2) πολλοστῷ ἔτει, post multos annos. πολλοστῷ χρόνῳ, post multum tempus, Ar. 3) multiplex, LXX.

πολλοστῶς, adv. ex parte aliqua. 2) multifariam. 3) longo post intervallo.

πολλοῦ, adv. (πολύς) ex longo jam tempore, jam diu. 2) magno pretio.

πολογραφία, ἡ, (γράφω) descriptio poli.

πόλος, ου, ὁ, (* πέλω, πολέω) polus coeli, s. vertex et cardo mundi. 2) coelum. 3) terra aratro scissa. 4) instrumentum astronomicum, Hdt.

πολτάριον, ου, τό, pulticula. Dim. a πόλτος.

πολτίον, ου, τό, idem et Dimin. ab eod.

πολτοποιέω, f. ήσω, pultem conficio.

πόλτος, ου, ὁ, puls, pulmentum.

πολτώδης, ες, qui ex pulte est, vel pulti similis.

πολυαγάπητος, ον, carissimus.

πολυάγκιστρον, ου, τό, multis hamis consertum, multis uncis hamatum.

πολυαγρής, ές, (ἄγρα) qui multam capit praedam. 2) venationis studiosus.

πολυαγρία, ἡ, captura multae praedae in venatione.

πολύαγρος, ον, i. q. πολυαγρής.

πολυάδελφος, ον, multos fratres habens.

πολύαθλος, ον, qui multis vicit certaminibus.

πολυαής, ές, (ἄημι) multum spirans.

πολύαιγος, ον, (αἴξ) capris abundans.

πολυάϊκος, ον, idem quod πολυάϊξ, dicitur de rumore vario et incerto, magno. (⏑⏑‒‒⏑)

πολυαίματος, ον, (αἷμα) multum sanguinis habens, sanguine abundans.

πολυαιμέω, (πολύαιμος) sanguine abundo.

πολυαιμία, ας, ἡ, sanguinis abundantia.

πολύαιμος, ον, (αἷμα) sanguine abundans.

πολυαίμων, ὁ, ἡ, idem et ab eod.

πολυαίνετος, ον, (αἰνέω) i. q. seq.

πολύαινος, ον, (αἶνος) multum laudatus, multa laude dignus, celeber. 2) loquax, garrulus.

πολυᾶϊξ, ῖκος, ὁ, ἡ, (ἀΐσσω) impetuosus, varios impetus seu motus habens. 2) valde turbulentus. v. πολυάϊκος. (⏑⏑‒‒, ῖκος, ‒⏑)

πολυάκανθος, ον, (ἄκανθα) multas spinas habens. 2) Subst. ἡ π. genus fruticis sic dictum a multitudine spinarum.

πολυαλγής, ές, (ἄλγος) valde molestus, gravis.

πολυάλγητος, ον, (ἀλγέω) valde afflictus, vexatus.

πολυαλδής, ές, (ἀλδαίνω) multum s. valde nutriens.

πολυαλθής, ές, (ἄλθω) varium ad medendum habens usum.

πολυάλφιτος, ον, (ἄλφιτον) multam farinam habens, vel reddens.

πολυάμπελος, ον, vitibus abundans.

πολυαναγνωσία, ας, ἡ, (ἀνάγνωσις) multa lectio.

πολυανδρέω, (πολύανδρος) viris abundo.

πολυάνδριον, ου, τό, locus sepulturae destinatus, quo multorum virorum corpora mortua feruntur: adeoque et sepulcrum capax, pluribus destinatum, et locus major pluribus sepulcris destinatus, ubi sepulcra sunt, coemeterium

πολύανδρος, ον, (ἀνήρ) viris frequens. 2) de femina, quae saepius nupsit.

πολυάνθεμος, ον, (ἄνθεμον) multos habens flores. Epith. veris.

πολυανθής, ές, (ἄνθος) idem.

πολύανθος, ον, idem quod πολυάνθεμος.

πολυάνθραξ, ὁ, ἡ, carbonibus abundans.

πολυανθρωπησία, ας, ἡ, idem quod seq.

πολυανθρωπία, ας, ἡ, multitudo et frequentia hominum; magnus hominum concursus. A seq.

πολυάνθρωπος, ον, frequens hominibus.

πολυάνωρ, ορος, ὁ, ἡ, poet. p. πολύανδρος. (ᾱ)

πολυάρατος, ον, i. q. πολυάρητος. (⏑⏑‒‒⏑)

πολυάργυρος, ον, copiosus argento, de metallis.

πολυάρητος, ον, (ἀράομαι) multis votis expetitus. (⏑⏑‒‒⏑)

πολυάριθμος, ον, multiplex.

πολυαρκής, ές, (ἀρκέω) ad multa sufficiens, sufficiens. 2) diu durans, pertinacis usus. 3) copiosus, abundans rebus necessariis, ut aliorum ope non indigeat, dives; etiam de flumine magno.

πολύαρκυς, υος, ὁ, ἡ, (ἄρκυς) retibus abundans.

πολυαρκῶς, adv. (πολυαρκής) abunde, copiose.

πολυάρματος, ον, (ἅρμα) curros multos habens.

πολυαρμόνιος, ον, (ἁρμονία) multas harmonias habens, valde harmonicus.

πολύαρνι, multas oves habenti, Il. 2, 106 quasi a πολύαρς, e πολύ et * ἀρήν, unde ἄρνα et ἄρνες in usu.

πολύαρνος, ον, (* ἀρήν) multos agnos habens, dives.

πολυάρουρος, ον, (ἄρουρα) agris dives.

πολυαρχία, ας, ἡ, multorum dominatus. 2) deorum multitudo. A seq.

πολύαρχος, ον, multis dominans, potens.

πολυάστερος, ον, poet. p. πολύαστρος.

πολυαστήρ, ερος, (ἀστήρ) i. q. πολύαστρος.

πολυαστράγαλος, ον, (ἀστράγαλος) multas vertebras habens. μάστιξ π. i. q. ἀστραγαλωτή.

πολύαστρος, ον, (ἄστρον) valde stellatus.

πολυάσχολος, ον, (ἄσχολος) multis negotiis occupatus et districtus, occupatus.

πολυαῦλαξ, ακος, ὁ, ἡ, multos sulcos habens. 2) magnus, latus, de agro.

πολυαυξής, ές, (αὐξάνω) multum augescens, qui est multi incrementi.

πολυαύχενος, ον, (αὐχήν) q. d. multicervix, i. e. multa habens capita.

πολυαυχήν, ένος, i. q. praec.

πολυάφορμος, ον, (ἀφορμή) facultatem copiosam habens; it. dives.

πολυάχητος, ον, Dor. p. πολυήχητος. (ᾱ)

πολυαχθής, ές, (ἄχθος) valde molestus.

πολυάχυρος, ον, (ἄχυρον) multum habens paleae.

πολυβάδιστος, ον, (βαδίζω) multum tritus. Epith. viae. dub.

πολυβάρβαρος, ον, (βάρβαρος) valde barbarus.

πολυβάτειος, ον, (βάτος) rubis abundans.

πολύβατος, ον, (βαίνω) tritus, frequens hominibus.

πολυβαφής, ές, (βάπτω) multum tinctus.

πολυβέλεμνος, ον, (βέλεμνον) telis abundans, multis telis gaudens.

πολυβενθής, έος, ὁ, ἡ, (βένθος) valde profundus. Epith. maris.

πολυβήματος, ον, (βῆμα) multos pedes habens, s. saepe saliens. 2) multa bemata, (mensura est geometrica) explens, amplus.

πολύβιβλος, ον, libris abundans, voluminosus.

πολύβιος, ον, (βίος) vivax: victu abundans, dives.

πολυβλαβής, ές, (βλάπτω) valde noxius. 2) multis damnis obnoxius.

πολυβλαστής, ές, (βλαστάνω) multum germinans.

πολυβλαστία, ας, ἡ, uberrima germinatio. A praec.

πολυβλέφαρος, ον, (βλέφαρον) multas palpebras habens, Nonn.

πολυβόειος, ον, poet. πουλυβ. item -βοεία, (βόειος) e multis pellibus bubulis constans.

πολυβόλος, ον, (βάλλω) multum jacens s. jaculans.

πολυβόρος, ον, (βορά) vorax.

πολύβοσκος, ον, (βόσκω) multos alens.

πολυβόтανος, ον, (βοτάνη) herbis abundans, herbosus.

πολυβότειρα, ας, ἡ, poet. πουλυβ. multorum altrix, alma. Epith. terrae. Fem. a seq.

πολυβοτήρ, ῆρος, ὁ, (βόσκω) i. q. πολύβοτος.

πολύβοτος, ον, (βόσκω) abundans pascuis. 2) multos pascens s. alens.

πολύβοτρυς, υος, ὁ, ἡ, racemis abundans.

πολύβουλος, ον, (βουλή) valde prudens.

πολυβούτης, ου, ὁ, multos boves seu multa pecora habens, dives.

πολυβρόμος, ον, valde fremens s. sonans.

πολύβροχος, ον, (βρέχω) multum madefactus.

πολύβυθος, ον, (βυθός) valde profundus, profundissimus. dub.

πολύβυρσος, ον, (βύρσα) multis coriis indutus, tectus. Epith. scuti.

πολυβῶλαξ, ακος, i. q. πολύβωλος.

πολύβωλος, ον, (βῶλος) magnus, latus, de agro: proprie multas glebas habens. 2) fertilis, ferax.

πολύβωμος, ον, multas aras habens.

πολυγαθής, ές, Dor. p. πολυγηθής, Pind.

πολυγάλακτος, ον, (γάλα) lacte abundans.

πολύγαλον, ου, τό, polygalon, herba; sic dicta quod lactis copiam praebeat.

πολυγαμέω, plures duco uxores. 2) plures uxores habeo.

πολυγαμία, ας, ἡ, quum quis eodem tempore duas vel plures habet uxores. 2) quum quis plures deinceps ducit uxores. A seq.

πολύγαμος, ον, qui plures duxit uxores, vel quae pluribus nupsit viris, vel simul, vel deinceps.

πολύγελος, ον, i. q. πολυγέλως.

πολυγέλως, ωτος, ὁ, ἡ, (γέλως) multum ridens, risus s. joci amans, epith.

Gratiarum.

πολυγένειος, ον, (γένειον) multibarbus.

πολυγενής, ές, (γίγνομαι, γένος) fecundus.

πολυγηθής, ές, (γηθέω) multum laetitiae afferens. 2) laetissimus, de homine.

πολύγηθος, ον, i. q. praec.

πολυγήραος, ον, contr. -γήρως, ων, (γῆρας) valde senex.

πολυγλαγής, ές, (γλάγος) lacte abundans.

πολύγλευκος, ον, (γλεῦκος) musto abundans.

πολύγληνος, ον, (γλήνη) multas habens pupillas, sive oculos.

πολυγλυφής, ές, (γλύφω) diligenter sculptus, Nonn.

πολύγλωσσος, Att. πολύγλωττος, ον, qui multarum linguarum est 2) multarum linguarum gnarus. 3) multiloquus, verbosus. 4) e multis nationibus compositus.

πολυγλώχιν, ῖνος, ὁ, ἡ, multos habens angulos. 2) multas habens cuspides.

πολύγναμπτος, ον, qui variis modis flectitur, et incurvatur, multos flexus habens, crispus.

πολυγνωμόνως, adv. (πολυγνώμων) prudenter, perite.

πολυγνωμοσύνη, ἡ, (πολυγνώμων) multa prudentia, peritia.

πολυγνώμων, ονος, ὁ, ἡ, (γνώμη) sententia et animo inconstans. 2) multarum rerum peritus.

πολυγνώριστος, ον, (γνωρίζω) idem quod seq.

πολύγνωτος, ον, (γιγνώσκω) multis notus seu cognitus, celeber.

πολύγομφος, ον, multis clavis compactus.

πολυγόμφωτος, ον, (γομφόω) idem.

πολυγόνατον, τό, (γόνυ) polygonatos, herba, a geniculorum frequentia dicta.

πολυγονέω, (πολύγονος) multa gigno. Plerumque in Med. fecundus sum.

πολυγονία, ας, ἡ, fecunditas.

πολύγονον, ου, τό, herba, Lat. sanguinaria.

πολύγονος, ον, fecundus, ferax.

πολυγράμματος, ον, (γράμματα) admodum litteratus.

πολύγραμμος, ον, (γραμμή) multis lineis distinctus.

πολύγραος, ον, (γράω) vorax, Hippocr. apud Galen.

πολυγράφος, ον, (γράφω) multa scribens.

πολυγύμναστος, ον, (γυμνάζω) multum s. multis exercitatus.

πολυγύναιος, ὁ, (γυνή) qui multas uxores habet vel habuit. it. πολυγύνης, ου, ὁ, et genit. πολυγύναικος, etc. ab inusitato πολυγύναιξ, Strab. 17. p. 1192. B.

πολυγώνιος, ον, (γωνία) multangulus, angulosus.

πολύγωνος, ον, (γῶνος) idem.

πολυδαίδαλος, ον, multo et vario artificio elaboratus, adfabre factus.

πολυδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, valde divinus, sanctus, Orph. 17, 11.

πολυδάκρυος, ον, i. q. seq.

πολύδακρυς, υος, ὁ, ἡ, (δάκρυ) lacrimosus, act. et pass.

πολυδάκρυτος, ον, (δακρύω) lacrimabilis. (ῡ)

πολυδακρύτως, adv. cum multis lacrimis. (ῡ)

πολυδάκτυλος, ον, multos digitos habens.

πολύδαμνος, ον, (δαμάω) multos domans.

πολυδάπανος, ον, (δαπάνη) sumtuosus, qui multos requirit sumtus.

πολυδαπάνως, adv. sumtuose.

πολυδέγμων, ὁ, ἡ, (δέχομαι) amplus, capax.

πολυδεής, ές, (δέομαι) multarum rerum indigus.

πολυδείματος, ον, (δεῖμα) ingentem terrorem excitans.

πολύδεινος, ον, gravissimus.

πολυδειράς, άδος, ὁ, ἡ, juga seu cacumina multa habens.

πολυδέκτης, ου, ὁ, (δέχομαι) qui multos capit, capax, amplus, epith. Plutonis.

πολυδένδρεος, ον, (δένδρον) arboribus abundans s. frequens.

πολύδενδρος, ον, idem et ex eod.

πολυδερκής, ές, (δέρκω) multa cernens, acutum cernens.

πολύδεσμος, ον, multis ligatus vinculis. 2) multis clavis compactus. Epith. navis.

πολυδευκής, ές, (δεῦκος) valde dulcis.

πολυδεύκης, εος, contr. ους, ὁ, Poll.

πολύδημος, ον, (δῆμος) populo abundans, frequens.

πολυδηνής, ες, (δῆνος) consultus, prudens, multi consilii.

πολυδιάφθορος, ον, (διαφθείρω) valde vastatus, sterilis ob vastitatem, saepe vastatus.

πολυδικέω, multa litigia moveo. A seq.

πολύδικος, ον, (δίκη) litigiosus.

πολυδινής, ές, (δίνη) multos vortices habens. 2) multum agitatus et circumactus.

πολυδίνητος, ον, (δινέω) multum circumactus. (ῑ)

πολύδινος, ον, i. q. πολυδινής.

πολυδίψιος, ον, (δίψα) siticulosus, aqua egens, aridus, Ἄργος, Il. 4, 171. Alii explicant: multum desideratus.

πολύδοξος, ον, (δόξα) valde clarus, multum illustris.

πολύδονος, ον, (δονέω) qui multum agitatur.

πολυδουλία, ας, ἡ, servorum copia.

πολύδουλος, ον, qui multos habet servos.

πολυδράστεια, ἡ, (δράω) multum efficax.

πολυδρόμος, ον, vagus, errabundus.

πολύδροσος, ον, rore plenus, valde roscidus.

πολύδρυμος, ον, (δρυμός) silvosus.

πολυδύναμος, ον, (δύναμις) multipotens.

πολυδωρία, ας, ἡ, larga munificentia. A seq.

πολύδωρος, ον, (δῶρον) multa donans. 2) qui multa dona accepit. Hom.

πολύεδνος, ον, (ἕδνον) Epith. sponsae, quae magna dona a sponso accepit.

πολύεδρος, ον, (ἕδρα) multas sedes, it. multos angulos et latera habens, de corpore solido in Geom.

πολυεθνής, ές, (ἔθνος) populosus, frequens.

πολυειδήμων, ονος, ὁ, ἡ, multiscius, peritus.

πολυειδής, ές, (εἶδος) diversas species habens, multifarius, multiplex, varius.

πολυειδία, ας, ἡ, varietas. A praec.

πολυειδῶς, adv. vario modo.

πολυείμων, ον, (εἷμα) vestibus abundans.

πολυέλαιος, ον, (ἔλαιον) abundans oleo.

πολυέλεος, ον, valde misericors.

πολυέλικτος, ον, multis voluminibus tortus, volubilis, tortuosus.

πολυελκής, ές, (ἕλκος) ulceribus multis scatens.

πολυένος, ον, (ἔνος) qui multorum annorum est, multennis. Suid.

πολυέξοδος, ον, (ἔξοδος) magnos sumtus faciens.

πολυεπαίνετος, ον, (ἐπαινέω) multum laudatus, Xen.

πολυέπαινος, ον, multum laudatus, dub. lect. Xen.

πολυεπής, ές, (ἔπος) multum loquens.

πολυεπία, et πολυέπεια, ας, ἡ, multiloquium.

πολυέραστος, ον, valde amabilis, maxime amatus.

πολυεργής, ές, i. q. πολύεργος.

πολυεργία, ἡ, laboriositas, diligentia.

πολύεργος, ον, (ἔργον) multi laboris, laboriosus, operosus, act. et pass.

πολυέταιρος, ον, multos amicos habens.

πολυέτηρος, ον, idem quod seq.

πολυετής, ές, (ἔτος) longaevus, annosus, grandaevus.

πολυετία, ας, ἡ, grandaevitas. A praec.

πολύευκτος, ον, (εὔχομαι) multum optatus, multis expetitus. 2) votis omnibus expetendus.

πολύευνος, ον, (εὐνή) quae multis nupsit.

πολυεύτακτος, ον, (τάσσω) bene ordinatus.

πολυεύχετος, i. q. πολύευκτος, Hom. h. Cer. 165.

πολυέψητος, ον, (ἕψω) multum coctus.

πολύζαλος, ον, (ζάλη) procellosus, fluctuosus.

πολύζηλος, ον, (ζῆλος) quem aemulari et imitari multa animi contentione solemus. 2) magno studio expetitus. 3) invidiosus.

πολυζήλωτος, ον, multo studio aemulandus, seu expetendus.

πολυζήμιος, ον, (ζημία) damnosus.

πολύζυγος, ον, multa habens transtra, jugosus. Epith. navis magnae.

πολύζωος, ον, (ζωή) i. q. πολύβιος, longaevus.

πολύζωστος, ον, bene succinctus.

πολυήγορος, ον, (ἀγορεύω) multiloquus, garrulus.

πολυήθης, ες, (ἦθος) versutus, omnibus aptus.

πολυηκοΐα, ἡ, magna doctrina. A seq.

πολυήκοος, ον, (ἀκούω) qui multa audivit, vel audit, peritus, doctus.

πολυήμερος, ον, (ἡμέρα) qui multorum dierum est, longaevus.

πολυήρατος, ον, (ἐράω) perjucundus, optabilis.

πολύηρος, ον, (*ἔρα) dives agri.

πολυήσυχος, ον, valde quietus, tranquillus.

πολυηχής, ές, (ἦχος) multos sonitus edens, multisonus, item valde sonorus.

πολυήχητος, ον, (ἠχέω) idem.

πολυηχία, ἡ, magnitudo soni. A seq.

πολύηχος, ον, valde strepens, sonorus. Epith. maris.

πολυθάητος, ον, (θεάομαι) poet. p. πολυθέατος, spectabilis, admirabilis. (ᾰ)

πολυθάλμιος, ιον, (θάλλω) almus, omnia florere faciens.

πολυθαμβής, ές, (θάμβος) multum seu vehementer stupefactus.

πολυθαρσής, ές, (θάρσος) multa fiducia praeditus. 2) audax. τὸ πολυθαρσές, έος, audacia, animi confidentia.

πολυθαύμαστος, ον, valde admirandus.

πολυθεάμων, ονος, ὁ, ἡ, (θέαμα) qui multa spectavit. (ᾰ)

πολυθέατος, ον, (θεάομαι) conspicuus, spectabilis.

πολυθεΐα, ας, ἡ, deorum multitudo. A seq.

πολύθεος, ον, qui multos deos colit. δόξα πολύθεος, opinio quae deorum multitudinem adstruit.

πολυθεότης, ητος, ἡ, deorum multitudo. A praec.

πολυθερής, ές, (θέρος) fertilis, fecundus.

πολύθερμος, ον, (θερμός) multum callidus, percalidus.

πολύθεστος, ον, (θέσσασθαι) percarus.

πολυθέως, adv. (πολύθεος) multos deos statuendo.

πολυθηρία, ἡ, ferarum copia. A seq.

πολύθηρος, ον, (θήρ) feris abundans.

πολύθουρος, ον, (θοῦρος, θορεῖν) impetuosus, multo seu vehementi ruens impetu.

πολύθραυστος, ον, (θραύω) valde aut in multas partes fractus.

πολυθρέμματος, ον, idem quod seq.

πολυθρέμμων, ονος, ὁ, ἡ, (θρέμμα) pecorosus, multa alens pecora.

πολύθρεπτος, ον, (τρέφω) multos pascens seu alens.

πολυθρήνητος, ον, (θρηνέω) deflendus.

πολύθρηνος, ον, (θρῆνος) luctuosus, multum luctum adferens, lacrimosus, lamentabilis.

πολύθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) pilosus.

πολύθρονος, ον, (θρόνον) multa habens remedia. 2) multa medendi vi praeditus.

πολύθροος, ον, contr. πολύθρους, ουν, (θρόος) sonorus.

πολυθρύλλητος, ον, (θρυλλέω) vulgi sermonibus celebratus, famigeratus, omnibus notus.

πολυθρυλλήτως, adv. celebrando multorum sermonibus.

πολύθυρος, ον, (θύρα) multas habens fores seu januas, multis portis pervius, fenestratus.

πολυθύσανος, ον, multas fimbrias habens.

πολυθυσίαστος, ον, (θυσιάζω) cui multae victimae mactantur.

πολύθυτος, ον, (θύω) ubi multae cadunt victimae, ubi saepe sacrificatur.

πολυθώϋστος, ον, impetuosus, acer, bellicosus.

πολυΐαχος, ον, (ἰάχω) multum clamans.

πολυΐδμων, ονος, ὁ, ἡ, (ἴδμων) multa callens, multiscius.

πολυϊδρεία, ας, ἡ, et -δρία, multa scientia. 2) prudentia. A seq.

πολύϊδρις, gen. Ion. ιος, Att. εως, ὁ, ἡ, (ἴδρις) qui multa scit, multa callens, multa expertus, callidus.

πολύϊνος, ον, (ἴς) multas habens fibras seu venas.

πολυϊππία, ας, ἡ, copia equorum, equitatus. A seq.

πολύϊππος, ον, equis abundans.

πολυΐστωρ, ορος, ὁ, ἡ, multiscius, multiplici doctrina praeditus.

πολυΐχθυος, ον, (ἰχθύς) piscosus, piscibus abundans.

πολύϊχθυς, υος, ὁ, ἡ, idem.

πολυκαγκής, ές, (κάγκω, καίω) admodum aridus, siccus.

πολυκαής, ές, (καίω) ardens, aestuosus.

πολυκάθεδρος, ον, (καθέδρα) multa habens transtra. Epith. navis.

πολυκαινής, ές, (καίνω) multos occidens.

πολυκαισαρία, ας, ἡ, (Καῖσαρ) Caesarum multitudo, Plut. Anton. 82.

πολυκάλαμος, ον, quasi dicatur multicalamus, multiplici calamo vel culmo adsurgens.

πολυκάματος, ον, laboriosus, aerumnosus. 2) multo labore, multa et varia arte factus.

πολυκάμμορος, ον, (κάμμορος) miser, infortunatus.

πολυκαμπής, ές, (καμπή) multos habens flexus, flexuosus.

πολύκαμπτος, ον, varie flexus, seu flexibilis.

πολυκανής, ές, (καίνω) qui multos interfecit.

πολύκαπνος, ον, fumosus. 2) qui multo fumo infestari solet. 3) nimio fumo niger factus.

πολυκάρηνος, ον, (κάρηνον) multa habens capita.

πολυκαρπέω, (πολύκαρπος) multos fructus produco.

πολυκαρπία, ας, ἡ, ubertas fructuum, uber fructus.

πολύκαρπος, ον, (καρπός) fecundus, fructuosus.

πολυκατασκεύαστος, ον, multa arte factus, perfectus.

πολύκαυλος, ον, multos caules habens.

πολυκέλαδος, ον, multum sonans, multum strepens, canorus.

πολύκενος, ον, in quo multum vacui est.

πολυκέντητος, ον, (κεντέω) idem quod πολύκεστος.

πολυκέρδεια, ας, ἡ, magna astutia seu vafrities. A seq.

πολυκερδής, ές, (κέρδος) multum quaestuosus, multum lucri adferens. 2) valde astutus seu vafer.

πολυκέρως, ωτος, ὁ, ἡ, (κέρας) multa habens cornua.

πολύκεστος, ον, varie acu pictus, varius.

πολυκέφαλος, ον, (κεφαλή) multa habens capita 2) genus modi tibicinum, ap. Plut. de Musica.

πολυκήδεια, ἡ, maeror gravis. A seq.

πολυκηδής, ές, (κῆδος) multum maeroris adferens, valde luctuosus.

πολυκήτης, ες, (κῆτος) multa cete habens. 2) magnis piscibus abundans.

πολυκίνδυνος, ον, valde periculosus.

πολυκινησία, ας, ἡ, (κίνησις) multiplex motus, concursatio.

πολυκίνητος, ου, ὁ, ἡ, (κινέω) qui multiplici motu agitatur. (ῐ)

πολύκλαδος, ον, (κλάδος) multos ramulos habens vel emittens.

πολύκλαυστος, ον, et πολύκλαυτος, ον, (κλαίω) multum defletus, aut deflendus. 2) valde lugens seu deflens, lugubris.

πολύκλειστος, ον, accurate clausus.

πολύκλειτος, ον, (κλειτός) valde celeber.

πολυκλήεις, ήεσσα, ῆεν, (κλείω) idem.

πολυκληΐς, ῖδος, ὁ, ἡ, (κλείς, 3.) multis transtris instructus. 2) multa compage junctus. Epith. navis. (ῑ)

πολυκλήϊστος, ον, (κληΐζω) perceleber.

πολύκληρος, ον, (κλῆρος) dives, locuples.

πολύκλητος, ον, (καλέω) a multis vocatus. 2) e multis locis convocatus.

πολυκλινής, ές, (κλίνω) cum multis una cubans.

πολύκλινος, ον, (κλίνη) multos lectos habens.

πολυκλόνητος, ον, (κλονέω) multum agitatus.

πολυκλόπος, ον, (κλέπτω) qui multa suffuratur.

πολύκλυστος, ον, (κλύζω) multum ablutus, qui multis fluctibus abluitur: undosus, undis agitatus.

πολύκλωνος, ον, (κλών) multos habens ramos, surculosus.

πολύκμητος, ον, (κάμνω) valde elaboratus, aut circa quem valde laboratur, a fabris inprimis.

πολύκνημος, ον, (κνημός) saltuosus.

πολύκνισσος, ον, (κνίσσα) nidorosus, multo nidore fumans aut redolens.

πολυκοίλιος, ον, (κοιλία) amplum ventrem habens.

πολυκοίμητος, ον, (κοιμάομαι) quietissimus, tranquillus.

πολύκοινος, ον, multis communis, pervulgatus.

πολυκοιρανίη, ης, ἡ, Ion. pro πολυκοιρανία, ας, ἡ, imperium vel dominium multorum. A seq.

πολυκοίρανος, ου, ὁ, multorum dominus et rex.

πολύκολπος, ον, (κόλπος) sinuosus.

πολυκόλλητος, ον, e multis conglutinatus.

πολυκόλυμβος, (κολυμβάω) ut πολυκόλυμβα μέλη βατράχων, cantilena ranarum, inter quas crebro aquis se submergunt sive innatant, aut per hypall. Epith. ipsarum, Ar.

πολύκομος, ον, (κόμη) cui multa coma, spissa est caesaries.

πολύκομπος, ον, jactans, jactabundus.

πολυκόπος, ον, (κόπτομαι) valde, assidue plangens. 2) gestus plangentium exprimens.

πολύκοσμος, ον, valde ornatus.

πολυκράνος, ον, (κρᾶνον) multa habens capita.

πολυκρατέω, potentissimus sum. A seq.

πολυκρατής, ές, (κράτος) multum habens potestatis, potentissimus.

πολυκρέκτος, ον, (κρέκω) canorus, Epith. citharae.

πολύκρημνος, ον, (κρημνός) multa habens praecipitia, ideoque asper et difficilis adscensu, praeruptus.

πολυκριθάω, hordeo abundo. A seq.

πολύκριθος, ον, (κριθή) dives hordei.

πολύκριμνος, ον, (κρίμνον) multum hordei proferens. 2) fertilis.

πολύκριτος, ον, (κρίνω) concretus e multis partibus aut mixtus.

πολυκρότητος, ον, (κροτέω) multum pulsatus. 2) diversos et non congruentes sonos edens.

πολύκροτος, ον, multis plausibus resonans. 2) navis, quae pluribus remis impellitur. 3) callidus, quasi multis et crebris

adversorum casuum et periculorum, veluti malleorum quorundam, ictibus tusus et fabrefactus.

πολύκρουνος, ον, (κρουνός) multas scaturigines habens.

πολύκρωζος, ον, (κρώζω) multum crocitans.

πολυκτέανος, ον, (κτέανον) praedives.

πολυκτημοσύνη, ης, ἡ, divitiae.

πολυκτήμων, ονος, ὁ, ἡ, (κτῆμα) dives, locuples.

πολύκτηνος, ον, dives pecoris.

πολυκτησία, ἡ, (κτῆσις) divitiae.

πολύκτητος, ον, (κτάομαι) dives.

πολύκτιτος, ον, (κτίζω) multum aedificans, multa efficiens.

πολυκτόνος, ον, (κτείνω) multos interficiens.

πολυκύδιστος, ον, et πολυκύδιστος, ίστη, ιστον, (κῦδος) multum venerandus. it. nobilis, gloriosus, jactator. (κῡ)

πολυκυήματος, ον, (κύημα) multos fetus habens, multiplici fetu gravida, plures enixa.

πολύκυκλος, ον, flexuosus, sinuosus.

πολυκυλίνδητος, ον, (κυλινδέω) multum volutatus.

πολύκυκος, ον, (κυκάω) turbulentus.

πολυκύμαντος, ον, (κυμαίνω) fluctuosus. (κῡ)

πολυκύματος, ον, i. q. πολυκύμων.

πολυκυμία, ας, ἡ, undarum multitudo.

πολυκύμων, ονος, ὁ, ἡ, (κύω, κῦμα) fluctuosus, undis abundans. 2) multiplici fetu gravida, plures enixa. (κῡ)

πολυκυριότης, ητος, ἡ, multitudo dominorum.

πολυκώθων, ωνος, ὁ, ἡ, bibacissimus, vinosissimus.

πολυκώκυτος, ον, (κωκύω) luctuosus.

πολύκωλος, ον, (κῶλον) multa membra habens.

πολύκωμος, ον, deditus comessationibus. 2) comessationibus abundans.

πολύκωπος, ον, (κώπη) multos remos habens, epith. navis magnae.

πολυκώτιλος, ον, (κωτίλος) valde garrulus.

πολυλαλέω, f. ήσω, (πολύλαλος) garrio.

πολυλάλητος, ον, garrulus. A pr.

πολύλαλος, ον, multiloquus, loquax.

πολυλαμπής, ές, (λάμπω) multum splendens.

πολύλαος, ὁ, frequens hominibus, populosus, dub.

πολυλήϊος, ον, (λήϊον) multas segetes habens, locuples.

πολυλίμενος, ον, (λιμὴν) portibus abundans.

πολυλιμενότης, ητος, ἡ, portuum copia.

πολύλιμος, ὁ, (λιμός) magna fames, i. q. βουλιμία.

πολύλλιστος, ον, (λίσσομαι) i. q. πολύλλιτος.

πολυλλιτάνευτος, ον, (λιτανεύω) idem quod seq.

πολύλλιτος, ον, (λίτομαι) multis precibus petitus. 2) multis precibus invocandus. 3) valde supplex.

πολύλοβος, ον, multos folliculos habens, qui multis folliculis siliquatur.

πολυλογέω, f. ήσω, (πολυλόγος) multa dico, copiose loquor.

πολυλογία, ας, ἡ, expositio, quae multis fit verbis, sermo aut oratio de multis: multiloquium, loquacitas, verbositas.

πολυλόγος, ον, (λέγω) qui multa verba facit, multiloquus, verbosus.

πολύλογος, ον, (λέγω) qui multis verbis indiget, ut intelligatur.

πολυλόγως, adv. multis verbis, longo sermone, loquaciter.

πολύλοπος, ον, pluribus corticibus et tunicis vestitus, pluribus tunicis involutus.

πολυμάθεια, et πολυμαθία, ας, ἡ, (πολυμαθής) multarum rerum scientia, magna eruditio seu doctrina.

πολυμαθέω, multa discere appeto.

πολυμαθημοσύνη, ης, ἡ, multa et varia doctrina.

πολυμαθής, ές, (μανθάνω) qui multa didicit, eruditus, peritus, doctus, sagax, multiscius.

πολυμαθῶς, adv. cum peritia multarum rerum, seu cum magna eruditione, more ejus, qui multarum rerum peritus est. A praec.

πολύμακαρ, αρος, ὁ, ἡ, (μάκαρ) felicissimus, beatissimus, ditissimus.

πολύμαλλος, ον, villosus, lanosus, s. pecore lanuso, i. e. ovibus abundans. Schol. Lycophr.

πολυμάντευτος, ον, (μαντεύομαι) multis vaticiniis clarus.

πολυμάσχαλος, ον, (μασχάλη) multas habens alas. πολυμάσχαλος δρῦς, quercus corpore sinuoso.

πολυμάχητος, ον, (μάχομαι) de quo multi et saepe contendunt.

πολυμέδιμνος, ον, multos exhibens medimnos frumenti, Epith. Cereris.

πολυμεθής, ές, (μέθη) multum ebrius.

πολυμέλαθρος, ον, (μέλαθρον) multas habens aedes, seu multa atria, cubicula.

πολυμελής, ές, (μέλος) Epith. tibiae, varie sonans.

πορφυρεύω, (πορφύρα) purpuras venor. 2) purpura tingo.

πορφυρέω, f. ήσω, (πορφύρα) purpureo colore nigrico vel rubeo, purpurasco.

πορφυρίζω, f. ίσω, (πορφύρω) purpureo colore sum.

πορφύριον, ου, τό, parva purpura. πορφύρια, murices. 2) officina ubi purpura tingitur. Dim. a πορφύρα.

πορφυρίς, ίδος, ἡ, purpurea vestis. 2) avis nomen. 3) nomen insulae.

πορφυρίτης, ου, ὁ, purpurae similis. (ῑ)

πορφυρῖτις, ιδος, ἡ, idem.

πορφυρίων, ωνος, ὁ, nomen avis aquaticae, sic dictae a colore rostri et pedum. 2) piscis quidam. 3) nomen gigantis, Pind.

πορφυρόβαπτος, ον, purpureo colore imbutus aut tinctus.

πορφυροβαφεῖον, ου, τό, officina purpurariorum s. purpurae.

πορφυροβαφής, ές, (βάπτω, βαφή) purpura tinctus.

πορφυροβάφος, ὁ, purpurarius.

πορφυρογέννητος, ον, (γεννάω) in purpura natus, Byzant.

πορφυροειδής, ές, (εἶδος) purpurae speciem gerens, purpureo colori similis, caeruleus.

πορφυροειδῶς, adv. in modum purpurae, ita, ut purpuram referat. A pr.

πορφυρόεις, όεσσα, όεν, purpuram referens. epith. maris.

πορφυρόζωνος, ον, (πορφύρα, ζώνη) violaceo seu purpureo cingulo circumdatus.

πορφυρόκαυλος, ον, cujus caulis purpureus est.

πορφυρομιγής, ές, (μίγνυμι) purpura mixtus.

πορφυρόπεζος, ον, (πέζα) purpureos, i. e. pulcros habens pedes. Epith. feminae. 2) purpureum limbum habens.

πορφυροπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) purpurarius.

πορφυρόπωλις, ιδος, ἡ, quae purpuram, sive lanam aut vestem purpuream vendit.

πορφυρόστρωτος, ον, purpura stratus.

πορφυροῦς, ᾶ, οῦν, Att. contr. ex πορφύρεος.

πορφυρόω, (πορφύρα) purpura tingo, inficio, vel orno, praetexo.

πορφύρω, (πορφύρα) purpureo colore nigresco vel rubesco, nigrico, rubeo: aestuo, de mari: curis perturbor, sollicitor, de animo, Il. 21, 551. Od. 4, 427. al. unde delibero, meditor, Ap. Rh. 2) purpureo colore perfundo, Nonn. (ῦ)

πορφυρώδης, ες, i. q. πορφυροειδής.

πορφυρώματα, τά, carnes porcorum Cereri et Proserpinae immolatorum, Hesych.

* πόρω, unde in usu aor. 2. ἔπορον, Epice πόρον, inf. πορεῖν, Ep. πεπορεῖν, praebeo, suppedito, do: efficio, praesto.

* πός, * πή, * πόν vel * πό, pronomen interrog. obsol. unde πῆ vel πῇ, ποῖ, ποῦ, πῶ, πόθεν, πόθι, πόσε, πότε, πότερος.

ποσάκις, adv. (πόσος) quoties?

ποσαπλάσιος, ία, ιον, (πόσος) quotuplex.

ποσαπλασίων, ωνος, ὁ, ἡ, idem et ab eod.

ποσαπλῶς, adv. quot modis?

ποσάπους, ποδος, ὁ, ἡ, (πούς) quot pedum?

ποσαχῆ, adv quot in locis?

ποσαχῶς, adv. quot modis?

πόσε, adv. quo? quem in locum?

Ποσειδᾶν, ᾶνος, ὁ, Dor. pro Ποσειδῶν.

Ποσειδάνειος, εία, ειον, ad Neptunum pertinens.

Ποσειδήιον, τό, templum Neptuni. A seq.

Ποσειδεών, ῶνος, ὁ, (Ποσειδῶν) mensis Atticus, ultimae Decembris parti, et primae mediaeque Januarii congruens.

Ποσειδεωνίς, ίδος, ἡ, halcyone. A seq.

Ποσειδῶν, ῶνος, ὁ, Neptunus: Romanis Consus.

Ποσειδώνια, ίων, τά, sacra in honorem Neptuni, Neptunalia. A pr.

Ποσειδώνιον, et ειον, ου, τό, templum Neptuni.

πόσθη, ης, ἡ, pellis, qua glans pudendi virilis tegitur. 2) penis.

ποσθία, ας, ἡ, tuberculum in palpebris super pilos. A pr.

πόσθιον, ου, τό, pudendum virile. Dim. a πόσθη.

ποσθονεύς, έως, ὁ, i. q. πόσθων.

πόσθων, ωνος, ὁ, qui magno pene est, aut praeputio. 2) puerulus, infans, per ὑποκορισμόν.

Ποσιδήϊον, τό, Ion. p. Ποσειδήιον.

πόσιμος, ίμη, ιμον, (πίνω) potabilis, potui aptus. A seq.

πόσις, εως, ἡ, (πίνω) potio, potus.

πόσις, ιος, ὁ, maritus: it. sponsus.

πόσος, η, ον, quantus? πόσου; i. q. ἀντὶ πόσου ἀργυρίου; quanti?

ποσός, ή, όν, aliquantus. ἐπὶ ποσόν, vel ἐπὶ ποσόν τι, per aliquantum temporis, aliquantum. τὸ ποσόν, quantitas.

ποσσίκλυτος, ον, (πούς, κλυτός) pedum celeritate inclitus.

ποσοσύλλαβος, ον, (συλλαβή) quot syllabarum.

ποσότης, ητος, ἡ, (πόσος) quantitas, i. e. numerus et mensura. 2) multitudo.

ποσόω, f. ώσω, quantum facio, quantitatem attribuo. πεποσωμένος, quantitatem habens.

ποσσῆμαρ, adv. (πόσσος, ἦμαρ) quot dies, per quot dies, quot diebus.

ποσσίκροτος, ον, (πούς, κρότος) qui pedibus pulsatur.

πόσσος, poet. pro πόσος.

ποσταῖος, αία, αῖον, (πόστος) quoto die? quot diebus? quot dierum spatio?

ποστημόριος, ία, ιον, quotae partis? τὸ ποστημόριον, quota pars, parva particula, haec portiuncula.

πόστος, η, ον, (πόσος) quotus?

ποσῶς, adv. aliquantulum.

πότα, Aeol. p. πότε.

πόταγε, Dor. p. πρόσαγε, Theocr.

ποτάγω, f. άξω, (ποτί pro πρός, ἄγω) adduco, accedo, Dor. pro προσάγω.

ποταγωγίδης, ου, ὁ, explorator, delator. Sed Aristot. polit. 5, 9, 3. αἱ ποταγωγίδες, vox Syracus. Plat. προσαγωγίδες. (videntur lenae esse. v. προσαγωγεύω), Cf. Gottling. ad l. l. p. 407.

ποταείδω, et ποταείδομαι, accino, cano, carmina cano. Dor. pro προσαείδω.

ποταίνιος, ία, ιον, it. duar. term. (ποτί, αἶνος) recens, novus: inauditus, insolitus, inexspectatus.

ποταμείβομαι, f. ψομαι, respondeo, Dor. p. προσαμ.

ποτάμειος, εία, ειον, (ποταμός) fluvialis.

ποταμέλγω, f. ξω, mulgeo, Dor. p. προσαμέλγω.

ποταμηγός, όν, (ποταμός, ἄγω) in fluvio ductus s. vectus, fluvialis, epith. navis, cymbae.

ποταμηδόν, adv. (ποταμός) fluvii more.

ποταμήϊος, ΐη, ΐον, Ion. et poet. p. ποτάμειος.

ποταμηΐς, ΐδος, ἡ, fem. poet. a ποτάμειος.

ποταμηπόρος, ον, (πόρος) fluvium trajiciens.

ποταμήρυτος, ου, i. q. ποταμόῤῥυτος.

ποτάμιον, ου, τό, rivus. Dim. a ποταμός.

ποτάμιος, ία, ιον, fluvialis, flumineus, amnicus.

ποταμίσκος, ου, ὁ, fluvius parvus. Dim. a ποταμός.

ποταμίτης, ου, ὁ; aquilex. (ῑ)

ποταμογείτων, ονος, ὁ, ἡ, fluvio vicinus, accola fluvii, nomen herbae, vel plantae.

ποταμοδιάρτης, ου, ὁ, (διαίρω) qui traji-

cit ab altera ad alteram ripam.

ποταμόκλυστος, ον, (κλύζομαι) qui amnibus alluitur.

ποταμόνδε, adv. ad fluvium.

ποταμόῤῥυτος, ον, (ῥέω) per quem amnes fluunt. 2) in fluvio fluens, in fluvio advectus, ὄλβος, Paul. Silent. ecphr. 596.

ποταμός, οῦ, ὁ, (πίνω, πότος, ut sit proprie aqua potabilis) fluvius, flumen, amnis.

ποταμοφόρητος, ον, (φορέω) qui a fluvio aufertur sive rapitur.

ποταμόχωστος, ον, limo arenave a fluvio devecta opertus.

ποτᾱνός, ά, όν, Dor. p. ποτηνός, Pind.

ποτάομαι, Epice p. πέτομαι, Hom. 3 pl. pf. πεποτήαται, Il. 2, 90. Invenitur etiam ποτέομαι, Od. 24, 7. Hes. Th. 691.

ποτάομαι, ῶμαι, volo, as. Ab eod.

ποταπός, ή, όν, qualis. v. ποδαπός.

ποταπῶς, adv. qualiter. A praec.

ποταυλέω, Dor. pro προσαυλέω, ubi v.

ποτᾶῷος, α, ον, orientalis, ad orientem vergens vel spectans. Dor. pro προσηῷος, ubi v.

πότε, adv. quando?

ποτέ, adv. aliquando. Hinc οὐδέποτε, μηδέποτε, nunquam.

ποτέομαι, v. ποτάομαι.

ποτέος, έα, έον, bibendus. Adj. verb. a πίνω.

ποτερίσδω, Dor. pro προσερίζω, cum aliquo certo.

πότερος, έρα, ερον, uter, πότερον et πότερα, utrum.

ποτέρχομαι, Dor. pro προσέρχομαι.

ποτέρωθι, adv (πότερος) utra in parte? utro in loco?

ποτέρως, adv. utro modo.

ποτέρωσε, adv. utram in partem, vel utra in parte?

ποτέχω, Dor. pro. προσέχω.

ποτή, ῆς, ἡ, (πέτομαι) volatus.

πότημα, ατος, τό, (πίνω) compotatio, epulum. LXX.

ποτηματοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) qui pocula conficit.

ποτηνός, ή, όν, Dor. ποτᾶνός, (ποτάομαι) volucer, alatus.

ποτήρ, ῆρος, ὁ, (πίνω) poculum.

ποτηρίδιον, ου, τό, pocillum. Dimin. a ποτήριον.

ποτηριογλύπτης, ου, ὁ, poculorum caelator.

ποτήριον, ου, τό, (ποτήρ) poculum, calix; in sacris literis, portio destinata: de bonis et malis rebus.

ποτηριοφόρος, ον, (φέρω) poculi aut poculorum gestator, seu gestatrix.

ποτηροθήκη, ἡ, (ποτή, θήκη) abacus ubi calices reponuntur s. exponuntur.

ποτηροπλύτης, ου, ὁ, cratera, ubi calices eluuntur.

ποτής, ῆτος, ἡ, (πίνω) potio, potus.

πότης, ου, ὁ, potor, bibax, bibulus.

ποτητός, ή, όν, (ποτάομαι) volucer.

ποτί, Dor. pro πρός, ad.

ποτιάπτω, Dor. p. προσάπτω.

ποτιβάλλω, Dor. p. προσβάλλω.

ποτιβλέπω, Dor. p. προσβλέπω.

ποτιδέγμενος, Dor. p. προσδεχόμενος, part. praes. προσδέχομαι, Hom.

ποτιδεῖν, Dor. p. προσιδεῖν.

ποτιδέρκομαι, Dor. p. προσδέρκομαι.

ποτιδεύομαι, Dor. p. προσδεύομαι.

ποτιδόρπιος, ον, Dor. p. προσδόρπιος.

ποτειλέω, Dor. p. προσειλέω.

ποτίζω, f. ίσω, (πότος) potum praebeo seu ministro. 2) aquatum duco, adaquo. 3) rigo, irrigo.

ποτικάρδιος, ία, ιον, Dor. p. προσκάρδιος, (καρδία) qui est in corde, ut vulnus.

ποτικλίνομαι, Dor. p. προσκλίνομαι.

ποτικός, ή, όν, (πότος) bibax.

ποτίκρανον, ου, τό, Dor. v. πρόσκρανον.

ποτιλέγω, f. ξω, Dor. pro προσλέγω.

ποτιμάττομαι, Dor. pro προσμάττομαι.

πότιμος, ον, (πότος) potui aptus.

ποτιμυθέομαι, Dor. pro προσμυθέομαι.

ποτινίσσομαι, accedo, Dor. pro προσνίσσομαι.

ποτίσδω, Dor. pro ποτίζω, potum praebeo.

πότις, ιδος, ἡ, (πότης) potrix, bibax.

πότισις, εως, ἡ, (ποτίζω) aquatio, potatio.

πότισμα, ατος, τό, potio, potus.

ποτισμός, οῦ, ὁ, aquatio, irrigatio. 2) potio.

ποτισταζω, Dor. pro προσστάζω, instillo, adfundo.

ποτίστατος, η, ον, bibacissimus, Superl. Att. a πότης.

ποτιστήριον, ου, τό, canalis, aqualiculus.

ποτιστής, οῦ, ὁ, irrigator, qui potum praebet.

ποτίστρα, ας, ἡ, ubi animalia aquantur, seu aquatum compelluntur.

ποτιτέρπω, f. ψω, Dor. pro προστέρπω, delecto.

ποτιτροπαῖος, αία, αῖον, Dor. pro προστρόπαιος.

ποτιφθέγγομαι, Dor. pro προσφθέγγομαι.

ποτίφορος, Dor. pro πρόσφορος.

ποτιφωνήεις, ήεσσα, ῆεν, Dor. pro προσφωνήεις, vocalis, qui loqui potest.

ποτιχρίμπτω, Dor. pro προσχρίμπτω.

πότμος, ου, ὁ, sors, fatum, casus seu fortuna fatali sorte obveniens. 2) interitus, mors. 3) somnus. (Ab antiquo πέτω, unde πίπτω, quod alicui in sortem cadit).

πότνᾰ, ἡ, i. q. πότνια. Invenitur non nisi in nominativo. Meineke ad Theocr. 18, 14.

πότνια, ἡ, honorifica compellatio dearum et matronarum, augusta, veneranda, honoranda, praeclara. 2) domina.

ποτνιάδες, αἱ, (ποτνιάω) Epith. Baccharum, a clamore vocantium Bacchum. Hesych. interpr. furorem injicientes.

ποτνιάζω, idem quod ποτνιάω.

ποτνιάνακτος, ον, (πότνιος, ἄναξ) dominatu venerandus, f. l. Hom. ep. 4. 6.

ποτνίασις, εως, ἡ, (ποτνιάζω) supplex obtestatio, precatio cum lacrimis et clamoribus, imploratio.

ποτνιασμός, οῦ, ὁ, supplicatio deorum.

ποτνιάω, et ποτνιάομαι, oro, imploro, obsecro, obtestor, suppliciter deprecor, cum ejulatu, clamore supplico. 2) aegre fero, indignor, quiritor, queror.

ποτόδδω, Lacon. p. ποτόσδω, προσόζω.

ποτόν, οῦ, τό, (πίνω) potio, potus, quod bibitur. 2) fluvius.

πότος, ου, ὁ, potatio, compotatio. 2) convivium, etiam in bonam partem.

ποτός, ή, όν, (πίνω) potabilis, potulentus.

ποτόσδω, Dor. pro προσόζω.

ποττάν, Dor. pro πρὸς τάν, πρὸς τήν.

ποττόν, Dor. pro πρὸς τόν.

ποττῶ, Dor. pro πρὸς τῷ, vel πρὸς τοῦ.

ποῦ, adv. interrog (proprie gen. a * πός;) ubi? quo in loco? ποῦ γῆς, ubinam terrarum? 2) quo? Il. 13, 217. 3) quo modo? qua ratione?

πού, adv. indefinit. enclit. aliquo modo, fere. 2) alicubi, uspiam, usquam.

πουλύ, adv. multum, Ion. pro πολύ, a πολύς, et sic reliqua composita: ut

πουλυβότειρα, πουλυγάλακτος, etc. quae quaerenda in πολυβότειρα etc.

πουλύς, multus. Ion. pro πολύς.

πούς, (minus recte πους, v. Rostii gramm. gr. §. 57. A. 1. p. 102.) ποδός, ὁ, pes. 2) mensura sexdecim digitorum. 3) radix seu ima pars montis. 4) pes metricus. 5) funis nauticus. πόδες, lat. pedes, dicuntur, quibus extremi anguli veli versus puppim adducuntur. 6) clavus, temo. 7) canticum quoddam, longis periodis constans, quod contenta continuataque voce, et uno quasi spiritu a praecone recitabatur, quum populum dimittere et finem spectaculo facere vellet. Notandae tironibus hae formae: 1) ἀνὰ πόδα, retro. 2) ἐκ ποδός, e vestigio, presso pede. ἐκ ποδῶν, v. ἐκποδών. 3) ἐν ποσί dicuntur, praesentia, obvia, instantia prope, vulgaria. 4) ἐπὶ πόδα, cessim, pedem referendo. 5) κατὰ πόδα, idem quod ἐκ ποδός, item, cursu, item statim. 6) πὰρ ποδός, et πὰρ πόδας, idem quod ἐν ποσί, interdum idem quod ἐκ ποδός. 7) περὶ πόδα, apte. 8) πρὸ ποδός, idem quod ἐν ποσί. 9) ὑπὸ πόδας, quum de motu sermo, idem est quod ἀνὰ πόδα.

ποώδης, ες, (πόα) herbosus, herbis abundans, herbidus. 2) herbae similis.

πρᾶγμα, ατος, τό, (πράττω) res, negotium. it. negotium mercatorium. 2) in plur. res publica, administratio reip. it. ipse status reipubl. 3) status, conditio hominis. ἐν ἀγαθοῖς πράγμασι, laetis in rebus. 4) dolus. 5) lites, controversiae, et hinc molestiae.

πραγματεία, ας, ἡ, studium, quod adhibetur ad efficiendam rem quampiam, commentatio et intentio animi, artes, etiam fraudes, quibus aliquid molior. 2) opus commentatione compositum, tractatio. 3) negotiatio, mercatura, nundinatio.

πραγματειώδης, ες, (εἶδος) negotio similis, negotiosus.

πραγματεύομαι, (πρᾶγμα) negotior, occupatus sum, facio, fabrico, aliquid efficere cupio, in quacunque re elaboro, operam do alicui rei, etiam de scriptoribus, tracto cogitando, discendo, studeo, laboro, quaero; certo modo tracto; dic. historice, certo consilio scribo historias.

πραγματευτής, οῦ, ὁ, negotiator, actor.

πραγματευτικός, οῦ, ὁ, negotiator, mercator.

πραγματικός, ή, όν, (πρᾶγμα) strenuus, sollers, in negotiis agendis et rebus tractandis. 2) aptus ad usum in rebus gerendis: negotiosus, forensis, rerum peritus.

πραγματικῶς, adv. apte ad rem gerendam, diligenter, accurate, sollerter, perite, acriter. A pr.

πραγμάτιον, ου, τό, res parva, negotiolum. Dim. a πρᾶγμα.

πραγματογραφέω, f. ήσω, (πρᾶγμα, γράφω) curiose in scribendo pertracto.

πραγματοδίφης, ου, ὁ, (διφάω) qui litem seu lites scrutatur. (ῑ)

πραγματοειδής, ές, laboriosus, negotiosus, molestus.

πραγματοκοπέω, f. ήσω, (πρᾶγμα, κόπτω) res novas molior. 2) immisceo me rebus gerendis.

πραγματολογέω, f. ήσω, (λόγος) in disputationibus rerum versor, in narrandis rebus occupatus sum.

πραγματομαθής, ές, (μανθάνω) cui est rerum usus, negotiorum expertus, prudens. 2) industrius.

πραγματοῤῥάφος, ου, ὁ, (ῥάπτω) controversiarum concitator, calumniator.

πραγματώδης, ες, (πρᾶγμα) i. q. πραγματοειδής, negotiosus, operosus, molestus.

πρᾶγος, εος, contr. πράγους, τό, (πράσσω) negotium, res.

πραΐως, adv. a πραΰς, leniter.

πραθέειν, poet. p. πραθεῖν, inf. aor. 2. a πέρθω.

πραθείς, part. aor. 1. pass. a πιπράσκω.

πραιτώριον, ου, τό, praetorium. Vox lat.

πραιτωρίδιον, ου, τό, parvum praetorium, apud Arrian. Dim. a pr.

πρακτέος, έα, έον, Adj. verb. a πράσσω, agendus, faciendus.

πρακτήρ, ῆρος, ὁ, (πράσσω) actor, qui agit. 2) negotiator, mercator. 3) exactor, coactor tributorum.

πράκτης, ου, ὁ, idem et ab eod.

πρακτικεύομαι, (πρακτικός) facturio, i. e. opus parturio, ad operandum me applico.

πρακτική, ἡ, quaestoria, quaestuaria, actualis scientia. Proprie femin. a seq.

πρακτικός, ή, όν, (πράσσω) aptus ad agendum, consilio manuque promtus; it., qui res gerit. 2) in agendo positus. 3) efficax, strenuus, expeditus, de milite, cui feliciter, quod agit, procedit, qui consequitur, impetrat, quod petit: actuarius, agilis.

πρακτικῶς, adv. efficaciter, sollerter, strenue. 2) expedite, apte ad agendum. A praec.

πρακτορεία, ἡ, (πράκτωρ) cura quaestus.

πρακτόριον, τό, (πράκτωρ) pignerarium, Philox.

πρακτός, ή, όν, (πράσσω) qui agi potest, sub actionem cadens, in actione versans.

πρακτοψηφιστής, οῦ, ὁ, (ψηφιστής) actorum censor, judex.

πράκτωρ, ορος, ὁ, (πράσσω) auctor facinoris. 2) exactor, quaestor. 3) ultor.

πράμνειος, vel πράμνιος οἶνος, vinum nigricans, dictum vel a rupe quadam, vel a πραΰνειν, mitigare, etc.

πραμος, ὁ, i. q. πρόμος, Ar. Thesm. 53.

πράν, adv. Dor. pro πρίν, πρώην, nuper, non ita pridem. πρὰν ποκα, nuper aliquando, Theocr. (ᾱ)

πρᾱνής, ές, Dor. et Att. pro πρηνής.

πρᾱνίζω, f. ίξω, Dor. pro πρηνίζω.

πραξικοπέω, f. ήσω, (πρᾶξις, κόπτω) molitione clandestina, sive per proditionem urbem occupo, item prodo.

πράξιμος, η, ον, qui vel unde exigi potest, vel debet.

πρᾶξις, εως, ἡ, (πράσσω) actio, facinus. 2) successus rerum. 3) exactio. 4) dolus, proditio. αἱ πράξεις, res gestae, historia.

πραόνως, adv. (πρᾶος, νοῦς) miti animo, Ar.

πρᾶος, πρᾶον, i. q. πραΰς, lenis, mitis, mansuetus. Invenitur tantum in masc. et neutro sing.; neutr. plur. et fem. formantur a πραΰς, q. v. Adv. πράως. (ᾱ) (Sine caussa quidam scribunt πρᾷος. Vide tamen Buttm. gramm. plen. I. p. 261. Dindorf. ad Xen. Symp. p. XI.)

πρᾳότης, ητος, ἡ, lenitas, mansuetudo, ut πραΰτης, q. v.

πραπίδες, ων, αἱ, praecordia. 2) mens, sollertia, sollers industria.

πρασιά, ᾶς, ἡ, (πράσον) area, seu areola in horto.

πρασίζω, f. ίσω, (πράσον) porrum imitor, porraceus seu prasinus sum.

πράσιμος, ον, (πρᾶσις) venalis, vendibilis. (ᾱ)

πρασινοειδής, ές, (εἶδος) porro similis.

πράσινος, ον, (πράσον) porraceus, porro similis in viridi colore.

πράσιον, ου, τό, origani genus. 2) marrubius.

πράσιος, ον, i. q. πράσινος.

πρᾶσις, εως, ἡ, Ion. πρῆσις, (πιπράσκω) venditio, venundatio, auctio.

πρασίτης, ου, ὁ, fem. πρασῖτις, ιδος, (πράσον) qui porracei coloris est. ἡ πρασῖτις, sc. λίθος, Prasius lapis, sic dictus a colore porraceo, Theophr.

πρασοειδής, ές, (πράσον, εἶδος) porro similis.

πρασόεις, εσσα, εν, (πράσον) porraceus.

πρασοκουρίς, ίδος, ἡ, (κείρω) animaleulum viride, porri speciem gerens, quod lactucas in hortis et imprimis porrum depascitur.

πρασόκουρον, ου, τό, falx, qua porrum detondent.

πράσον, ου, τό, porrum. 2) algae genus.

πρασόργη, ἡ, culter ad porrum secandum.

πρασοφαγέω, porro vescor, a seq.

πρασοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui porro vescitur, porrum comedens.

πρασόχρους, ουν, (χρόα) porracei coloris.

Πρασσαῖος, ου, ὁ, (πράσον) porri colorem imitans, ranae nomen, a viridi colore. In Batrachom. 255.

Πρασσοφάγος, ὁ, qui porrum comedit, seu algae illam speciem, quae πράσον vocatur, ranae nomen in Batrachom. 255.

πράσσω, Att. πράττω, f. ξω, ago, actito, facio. 2) administro, tracto, curo. 3) operam do. 4) rem ex voto conficio. 5) vitam ago etc. 6) patior, ut contra πάσχω pro facio 7) exigo, pro εἰσπράττω, (quo sensu et in medio) et accipio. 8) prodo. 9) per clandestinas consultationes, collusiones, aliquid perficio. Aliis modis dicitur cum praepos. qui sine formulis explicari non possunt, ut ἐς Πελοπόννησον πράττειν, mittere in Peloponnesum, qui curent. it. bellum et conjurationem ibi concitare. πράττειν σωτηρίαν τινός, de alicujus salute deliberare. πρᾶξαι κακόν τινα, malo afficere aliquem. πρᾶξαι κακόν τινι, malum alicui culpa sua consciscere, conciliare. πράσσειν τινί, clam favere alicui; de proditoribus.

πρασώδης, ες, (πράσον) porro similis, porraceus.

πρατέος, έα, έον, vendendus. Adj. verb. a πιπράσκω.

πρατήρ, ῆρος, ὁ, venditor, qui auctionatur.

πρατήριον, ου, τό, locus, in quo res venales venum exponuntur, forum, ubi hasta auctionalis figitur. Neutr. a seq.

πρατήριος, ια, ιον, Ion. πρητήριος, (πρατήρ) venalis, ad vendendum pertinens.

πράτης, ου, ὁ, i. q. πρατήρ. (ᾱ)

πρατίας, ου, ὁ, i. q. πρατήρ.

πρᾶτος, πράτα, πρᾶτον, Dor. p. πρῶτος.

πρατός, ή, όν, (πιπράσκω) vendendus, vendibilis.

πράτρια, ας, ἡ, venditrix. Fem. a πρατήρ. (¯ ˘ ˘)

πραΰγελως, ωτος, ὁ, ἡ, (πραΰς, γέλως) leniter ridens.

πραΰθυμος, ον, (θυμός) qui mansueto est animo, mansuetus, mitis.

πραΰλογος, ον, (λόγος) leniter dicens, cujus sermo est mitis et mitigans.

πραϋμενής, ές, (μένος) qui mansueto est animo, mansuetus, mitis.

πραϋμενῶς, adv. mansueto animo, leniter, mansuete. A pr. v. πρευμενῶς.

πραΰμητις, ιος, ὁ, ἡ, cujus lenia sunt consilia.

πραΰνοος, ον, (νόος) lenis, mitis animo.

πραΰνσις, εως, ἡ, (πραΰνω) sedatio irati animi, irae mitigatio. (ᾱ)

πραϋντικός, ή, όν, mitigandi et sedandi vim habens.

πραΰνω, Ion. πρηΰνω, (ῡ) f. υνῶ, (πραΰς) lenio, mitigo, mansuefacio, sedo. 2) molliter tracto. Med. πραΰνομαι, mitesco.

πραϋπάθεια, ας, ἡ, mansuetudo, lenitas animi.

πραϋπαθέω, leniter fero. A seq.

πραϋπαθής, ές, (πραΰς, πάσχω) mansuete omnia tolerans.

πραϋπαθῶς, adv. leniter. A pr.

πραΰς, εῖα, πραΰ, Gen. έος, είας, έος, Ion. πρηΰς, adv. πραΐως, lenis, mitis, modestus, mansuetus. Comp. πραότερος. cf. πρᾶος et v. Lobeck. Phryn. p. 403.

πραΰτης, ητος, ἡ, lenitas, modestia, mansuetudo. A pr.

πραΰτροπος, ον, lenes mores habens.

πράως, adv. (πρᾶος) leniter, mansuete: paullatim. (ᾱ)

πρειγεία, ἡ, Cretice p. πρεσβεία.

πρειγευτής, ὁ, Cret. p. πρεσβευτής.

πρείγιστος, η, ον, Cret. p. πρέσβιστος.

πρεμνίζω, f. ίσω, (πρέμνον) una cum stipite et radice evello, una cum stipite amputo, excodico.

πρέμνιον, τό, Dim. a πρέμνον.

πρέμνον, ου, τό, stipes, stirps, caudex, truncus, ramus major.

πρέμνοθεν, adv. radicitus.

πρέμνος, ου, ὁ, i. q. πρέμνον, dub.

πρεμνώδης, ες, (πρέμνον, εἶδος) trunco similis, crassus.

πρέπει, v. πρέπω.

πρέπον, οντος, τό, part. a πρέπω, quod decet et convenit, decorum. 2) quod aptum est, v. c. tempori.

πρεπόντως, adv. (πρέπων, πρέπω) convenienter, ut decet.

πρεπτός, ή, όν, (πρέπω) insignis, honore dignus, venerandus, colendus.

πρέπω, decorus s. conspicuus sum, insignis sum, excello. ἐσθῆτι πρέπειν, veste ornatum esse, Eur. βοὴ πρέπει, insignis est clamor, Pind. 2) similis sum, convenio, verisimilis sum, videor, appareo, seq. inf. πρέπει ὡς τύραννος εἰσορᾶν, tyrannus esse videtur aspectu, Soph. τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπει; quid convenit huic tonsurae luctuosae? Eur. 3) Impers. πρέπει, decet, convenit, dignum est. Constr. πρέπει μοι ποιεῖν τι vel πρέπει μοί τι, rarius πρέπει με c. inf. Aesch. Suppl. 210. 218.

πρεπώδης, ές, decens, decorus. A pr.

πρέσβα, ης, ἡ, Ion. πρέσβη, fem. poet. a πρέσβυς, senior, aetate provecta. 2) veneranda.

πρεσβεία, ας, ἡ, (πρεσβεύω) legatio. 2) ipsi legati. 3) quod per legatos petitur. 4) deprecatio, postulatio, preces, intercessio. 5) dignitas.

πρεσβεῖον, ου, τό, (πρέσβυς) honorarium, quod meretur natu maximus, quo quis honoratur velut major natu, aut tempore prior in aliqua re, munus praecipuum. 2) senium.

πρεσβειόω, munere honoro, aestimo, colo, praefero, pluris facio. A pr.

πρέσβειρα, ας, ἡ, honorabilis, praeses, patrona.

πρέσβευμα, ατος, τό, (πρεσβεύω) honorarium, legatio honoraria.

πρεσβεύς, έως, ὁ, legatus, Lyc. cf. Lobeck. Phryn. p. 69.

πρέσβευσις, εως, ἡ, legatio.

πρεσβευτής, οῦ, ὁ, legatus, deprecator.

πρεσβευτικός, ή, όν, ad legatum vel legationem pertinens. A pr.

πρεσβεύω, f. εύσω, (πρέσβυς) senior sum, natu major vel maximus sum, in honore et pretio sum; gravitatem senis prae me fero; honore adficio ut grandaevum; honoro simpliciter. 2) legatus eo, legatione fungor. Med. legatum mitto. 2) deprecor pro aliquo, caussam alicujus suscipio apud alterum, cum Acc.

πρέσβη, ἡ, v. πρέσβα.

πρεσβήϊον, τό, Ion. p. πρεσβεῖον.

πρεσβηΐς, ΐδος, ἡ, antiqua.

πρέσβις, ἡ, poet. p. πρεσβεία, senectus, κατὰ πρέσβιν, Hom. h. Ap. 431.

πρέσβις, ἡ, vetula. 2) mulier legata.

πρεσβίστατος, άτη, ατον, i. q. seq. Nic.

πρέσβιστος, ίστη, ιστον, superl. a πρέσβυς, Hom. h. 30, 2.

πρέσβος, τό, res vel persona honore digna, Aesch.

πρεσβυγένεθλος, ον, (γενέθλη) i. q. πρεσβυγενής.

πρεσβυγένεια, ας, ἡ, antiquior genitura, primogenitura. A seq.

πρεσβυγενής, ές, (γένος) prior natus, maximus natu. Il. 11, 249. unde omnino senex, priscus. 2) οἱ πρεσβυγενεῖς, Lacon. pro οἱ γέροντες, senatus.

πρέσβυς, υος, vel εως, ὁ, πρέσβεια, ἡ, 1) Adj. priscus, antiquus; senex: honoratus, augustus, dignus honore. πρεσβύτερόν τι ἔχειν τινός, majore aliquid in honore habere quam aliud. 2) Subst. legatus; senex. οἱ πρέσβεις, Ion. πρέσβηες, Hes. sc. 245. senes, majores natu in populo, primates, principes, optimates. it. legati. Compar. πρεσβύτερος, α, ον. Superl. πρεσβύτατος, η, ον, irreg. πρέσβιστος, Hom. h. 30, 2. πρεσβίστατος, Nic.

πρεσβύτατος, άτη, ατον, Superlat. a πρέσβυς, q. v.

πρεσβυτερεῖον, ου, τό, ramus olivae, quem πρέσβυς, vel legatus manu praeferebat vittatum, quum pacem peteret ab hoste, dub.

πρεσβυτέριον, ου, τό, presbyterium, collegium Presbyterorum, senatus ecclesiasticus. 2) Senatus Judaicus.

πρεσοσβύτερος, έρα, ερον, Comparat. a πρέσβυς, q. v. 2) οἱ πρεσβύτεροι, Seniores in N. T. et sacerdotes sacra dignitate per ordinationem in Ecclesia insigniti.

πρεσβυτέρως, Comp. adv. antiquius.

πρεσβύτης, ου, ὁ, senex, grandaevus. 2) qui tantum procul distantia ab oculis discernere potest, oppon. μύωψ. (ῦ)

πρεσβυτής, ῆτος, ἡ, (πρέσβυς) senectus.

πρεσβῦτικός, ή, όν, (πρεσβύτης) senilis, priscus.

πρεσβῦτικῶς, adv. seniliter, senum more.

πρεσβῦτις, ιδος, ἡ, vetula, anus. Femin. a πρεσβύτης.

πρεσβῦτοδόκος, ον, (δέχομαι) senes recipiens: ubi senes sedent, commorantur.

πρευμένεια, ας, ἡ, benevolus et propensus animus, benevolentia, placabilitas. A seq.

πρευμενής, ές, i. q. πραϋμενής, πρηϋμενής, benevolus, benignus, mitis.

πρευμενῶς, adv. benevole, placide. A praec.

πρεών, όνος, ὁ, i. q. πρηών, Crinag. 8, 2.

πρῆγμα, τό, Ion p. πρᾶγμα.

πρηγορεύω, pro προαγορεύω, Hesych.

πρηγορεών, ῶνος, ὁ, i. q. προηγορεών, Ar. Av. 1113. Eq. 374.

πρηθῆναι, Ion. p. πραθῆναι, inf. aor. pass. a πιπράσκω.

πρήθω, f. ήσω, incendo, inflammo. 2) inflo, tumidum reddo. 3) flo, spiro. — Aor. irreg. ἔπρεσε, Hes. Th. 856.

πρηθών, όνος, ἡ, (πίμπρημι, πρήθω) inflatio, tumor, inflammatio interiorum partium.

πρηκτήρ, ῆρος, ὁ, Ion. p. πρακτήρ q. v.

πρημαδίη, ης, ἡ, genus oleae, fortassis pausia. ap. Nicand. 2) i. q. πρημάς.

πρημαίνω, (πρήθω) spiro, flo, vehementi et furenti impetu spiro.

πρημάς, vel πρημνάς, άδος, ἡ, genus thynnorum. Nicand. Athen. πρημαδίαι, Aristot.

πρηνηδόν, adv. procidendo in os, sive in caput. 2) impellendo pronum, prone. 3) deorsum. A seq.

πρηνής, ές, pronus, in caput propendens, praeceps. Dor. et Att. πρᾱνής, illud est Ion. (Ab antiquo * πρήν, quod idem fuit, atque πρίν, antrorsum, in anteriora.)

πρηνίζω, f. ξω, pronum in caput dejicio, praecipito. A pr.

πρηνισμός, οῦ, ὁ, praecipitatio. A praec.

πρῆξις, ιος, ἡ, Ion. p. πρᾶξις.

πρῆσις, ιος, ἡ, Ion. p. πρᾶσις, venditio.

πρῆσις, εως, ἡ, (πρήθω) inflatio: combustio.

πρῆσμα, ατος, τό, combustio. 2) inflatio, tumor.

πρήσσω, Ion. pro πράσσω.

πρηστήρ, ῆρος, ὁ, (πρήθω) qui incendit et inflammat, quasi flator. 2) prester, serpens quidam, ab ardore dictus, quem venenum ejus in vulneribus relinquit, vel ab inflando; quia ab eo morsi intumescunt, ut cutis rumpatur. 3) turbo igneus e nubibus prorumpens, ventus immanis et turbinibus furens. 4) exterior pars gutturis faucibus subjecta, quae in ira inflammatur.

πρηστήριος, ον, amburens, ut prester. A praec.

πρηστικός, ή, όν, (πρήθω) adurendi et inflammandi vim habens.

πρῆστις, ιδος, ἡ, v. πρίστις.

πρητήν, ῆνος, ὁ, annotinus, ut περύσινος.

πρητήριον, ου, τό, (πιπράσκω) locus, in quo res venduntur, mercatus. Ion. pro πρατήριον.

πρηΰγελως, ωτος, ὁ, ἡ, poet. pro πραΰγελως, ubi v.

πρηΰνομος, ὁ, ἡ, (πρηΰς, νόμος) legibus comiter obediens, vel cui leges scriptae sunt mites et aequae.

πρηΰνοος, poet. pro πραΰνοος.

πρηΰνω, Ion. pro πραΰνω.

πρηΰς, εῖα, ύ, Ion. p. πραΰς.

πρηϋτένων, οντος, ὁ, (τένων) qui miti et mansueto cervice est, mansuete jugum subiens.

πρηών, ῶνος, ὁ, eminentia montis, cacumen, vertex.

* πρίαμαι, emo, verb. defect. cujus aor. ἐπριάμην refertur ad ὠνέομαι. Constr. c. dat. pretii, κτεάτεσσιν ἑοῖσιν, Od. 14, 115. 452. frequentius c. gen. pretii.

πριαμόω, (Πρίαμος, Priamus, rex Trojae) calvum reddo, quia Priamus calvus in scenam produci solebat.

Πριαπίζω, f. ίσω, Ion. Πρειηπ. Priapum imitor, lascivio.

Πριαπίσκος, ου, ὁ, priapiscus, lignum in modum penis longum et teres, Dim. a Πρίαπος.

Πριαπισμός, οῦ, ὁ, priapismus, lascivia.

Πρίαπος, ου, ὁ, Ion. Πρίηπος, Priapus, Veneris et Bacchi filius, hortorum et vinearum custos. 2) membrum virile.

Πριαπώδης, ες, Priapo similis, valde mutoniatus. A pr.

πρίζω, f. ίσω, i. q. πρίω, serro, serra seco, seco simpliciter.

Πρίηπος, ὁ, Ion. p. Πρίαπος.

πριμαδίαι, ῶν, αἱ, primadiae, pisces, qui se in coeno abscondunt. v. πρημάς.

πρίν, adv. prius, ante, antea. 2) priusquam, antequam. 3) donec, quoad. Hinc πρὶν ἄν, priusquam, antequam; πρὶν δή, donec, usque dum, quoad; πρὶν ἤ, vel πριινή, antequam. v. πρήν et πρόν. Construitur haec particula vel cum inf. ut πρὶν λαβεῖν, priusquam acceperunt; vel c. indicat. et opt. et, quando additum est ἄν, c. conjunctivo. (ι breve; sed producitur interdum tum ab Epicis, tum a Tragicis.)

πρινίδιον, ου, τό, parva ilex. Dim. a πρῖνος.

πρίνινος, ίνη, ινον, (πρῖνος) iligneus, ex ilice confectus: robustus. (−◡◡◡)

πρῖνος, ου, ὁ, ilex, arbor.

πρινώδης, ες, iligneus; durus. A praec.

πρινών, ῶνος, ὁ, ilicetum.

πριόνιον, ου, τό, (πρίων) serrula.

πριονοειδής, ές, (εἶδος) serrae figuram habens, serratus.

πριονοειδῶς, adv. in modum serrae. A praec.

πριονόω, (πρίων) in serrae figuram conformo.

πριονώδης, ες, (πρίων, εἶδος) serrae figuram habens, serratus.

πριονωτός, ή, όν, (πριονόω) serratus. Rectius tamen scribitur πριόνωτος, v. Jacobs. ad Philostr. imag. p. 263.

πριόω, f. ώσω, idem quod πρίω.

πρίσις, εως, ἡ, (πρίω) fissio seu sectio per serram.

πρίσμα, ατος, τό, scobs eorum, quae serra secantur; segmentum. 2) lignorum caries. 3) geometricum corpus.

πρισμάτιον, τό, Dim. a πρίσμα.

πρισμός, οῦ, ὁ, (πρίθω) vehemens in-

flatio, afflatus.

πριστηροειδής, *ές*, (*εἶδος*) figuram serrae habens.

πριστήρ, *ῆρος*, *ὁ*, (*πριόω*) qui serra aliquid secat: serra. *πριστῆρες ὀδόντες*, dentes incisores.

πρίστης, *ου*, *ὁ*, qui serra aliquid secat et findit. 2) piscis e genere cetorum.

πρίστις, *ιως*, *ἡ*, serra. 2) piscis e cetorum genere, pristrix. 3) genus poculi. 4) genus navigii.

πριστός, *ή*, *όν*, serra sectus seu dissectus, sectilis.

πρίω, (ῑ) serra seco, seco, reseco. 2) frendeo. 3) frendere facio, exacerbo, exaspero. Pass. et Med. irascor. 4) dentibus compressis teneo, retineo, stringo, constringo. — Invenitur non nisi in praes. et impf., nam *πρισθείς* pertinet ad *πρίζω*.

πρίωμα, *ατος*, *τό*, idem quod *πρίσμα*, Hesych. (ῑ)

πρίων, *ονος*, *ὁ*, (*πρίω*) serra. (ῑ)

πριωτός, *ή*, *όν*, (*πριόω*) serra dissectus: perforatus.

πρό, Praep. regens Gen. ante, coram, prae, pro. In Compositione notat prioritatem temporis, dignitatis, loci. Hinc *ἀπὸ πρό* procul a, *ἀπόπροθι* et *ἀπόπροθεν*, procul, eminus; *διάπρο*, penitus; *περιπρό*, summe, supra modum, vehementer, valde. Saepe usurpatur pro *πρός*. v. *προδοκή*. Interdum tamen in compositione redundat.

προαγγελία, *ας*, *ἡ*, praenunciatio. A seq.

προαγγέλλω, f. *ελῶ*, praedico, praenuncio, denuncio, certiorem facio. *προηγγελμένος*, praenunciatus, perf. pass. part.

προάγγελος, *ον*, praenuncius vel praenuncia, praenunciator.

προάγγελμα, *τό*, (*προαγγέλλω*) praedictio.

προάγγελσις, *εως*, *ἡ*, idem, denunciatio, significatio, quum aliquem certiorem facimus, quid futurum sit, vel minus.

προαγγελτικός, *ή*, *όν*, praenunciandi vim habens.

προαγγελτικῶς, adv. praenunciando.

προάγνευσις, *εως*, *ἡ*, praeparatio ad sacra rite obeunda, purgatio corporis ante sacra per castimoniam. A seq.

προαγνεύω, purifico, lustro, ad sacra scilicet rite obeunda. 2) perago *τὴν ἁγνείαν* abstinentiam a Venere et largiore pastu, quo praeparetur corpus ad sacra imminentia.

προαγοράζω, f. *άσω*, praeemo.

προαγορανομέω, perf. *προηγορανομηκώς*, qui aedilis fuit, vir aedilitius.

προαγορασία, *ας*, *ἡ*, praeemtio.

προαγοραστής, *οῦ*, *ὁ*, praeemtor.

προαγόρευμα, *ατος*, *τό*, (*προαγορεύω*) oraculum.

προαγόρευσις, *εως*, *ἡ*, praedictio, vaticinium.

προαγορευτική, *ἡ*, ars praedicendi seu divinandi.

προαγορεύω, f. *εύσω*, praedico, praenuncio, praemoneo. 2) denuncio, praecipio, edicto praecipio aut veto, praeconis voce denuncio, edico, jubeo. 3) testor.

προαγορέω, f. *ήσω*, verba facio nomine aliorum, verba praeeo; ap. Xenoph.

προαγός, *ὁ*, (*ἄγω*) dux.

προαγρυπνέω, f. *ήσω*, (*ἀγρυπνέω*) antea insomnis sum, antea vigilo.

προάγω, f. *άξω*, deduco, perduco, promoveo, proveho, magis magisque augeo. 2) impello, incito ad aliquid, moveo. 3) profero, produco, educo, ut comas. 4) abduco. 5) praeeo, progredior, praecedo. 6) adeo, vado. 7) praecello, praeeo. 8) perduco sc. feminam. v. seq. 9) ad honores proveho. *τὰ προηγμένα* v. infr.

προαγωγεία, *ας*, *ἡ*, promotio, nempe ad honores. 2) institutio. 3) perductio mulierum, lenocinium. A seq.

προαγωγεύω, f. *εύσω*, propr. produco. 2) instituo, sed in malam partem; unde 3) perduco, perductor sum, prostituo feminam. item cum *ἑαυτόν*, semet ipsum offerre verbis, nutu, blanditiis etc. alius libidini. Aristoph. v. *ποταγωγίδες*. 4) pellicio lenociniis aut aliis artibus. A seq.

προαγωγή, *ῆς*, *ἡ*, idem quod *προαγωγεία*, it. ipsi honores.

προαγωγικός, *ή*, *όν*, ad lenocinium aptus, vim lenocinandi habens. 2) producendi vim habens.

προαγωγός, *οῦ*, *ὁ*, perductor, sive productor. 2) leno, prostitutor.

προαγών, *ῶνος*, *ὁ*, praeludium certaminis. 2) prolusio actionis oratoriae, praefatio. 3) pars quaedam in comoedia. 4) praejudicium.

προαγωνίζομαι, f. *ίσομαι*, ante alium certo aut pugno, antepugno. 2) certo sive pugno pro aliquo, i. e. propugno, *τινός*.

προαγωνιστής, *οῦ*, *ὁ*, propugnator, defensor.

προαδικέω, f. *ήσω*, injuria lacesso.

προᾴδω, *ᾴσω*, (*ᾄδω*) praecino, prius cano. (⏑ – –)

προαθετέω, f. *ήσω*, antea spurium judico, Schol. Harl. ad Od. 4, 276.

προαθρέω, f. *ήσω*, ante video, perspicio.

προαθροίζω, ante congrego s. colligo.

προαιδέομαι, f. *έσομαι*, alicui reverentiam ante alios debeo, prae ceteris in honore habeo, magis colo.

προαικίζομαι, verberari jubeo, ante scilicet supplicium, de magistratu. *προαικίζω*, de lictore s. carnifice, qui virgis caedit, vel alio modo cruciat ante supplicium.

προαίρεσις, *εως*, *ἡ*, (*προαιρέομαι*) propositum, institutum, studium, voluntas, delectus, liberae voluntatis decretum, consilium. 2) benevolentia, benefaciendi voluntas. 3) factio, partes in republica.

προαιρετέον, Verbale a *προαιρέω*, praeferendum est.

προαιρετικός, *ή*, *όν*, qui certo animi proposito ad rem aliquam fertur, neutr. quod eligitur, liberum, arbitrarium, voluntarium. 2) *ῥῆμα προαιρετικόν*, verbum pertinens ad voluntatem, actionem voluntatis exprimens.

προαιρετικῶς, adv. sponte, volenti animo.

προαιρετός, *ή*, *όν*, spontis humanae et arbitrarius.

προαιρέω, f. *ήσω*, (*αἱρέω*, irreg.) promo, depromo, e penu promo: sed *προαιρέομαι*, praefero, antepono, *τί τινος*, *τὶ πρό τινος* vel *τὶ ἀντί τινος*. 2) constituo, mihi certum est. 3) consulto, certa deliberatione aliquid facio, opto, deligo, aliud alii praefero.

προαίρω, (*αἴρω*) antea proficiscor, prius abeo.

προαισθάνομαι, f. *σθήσομαι*, (*αἰσθάνομαι*, irr.) praesentio.

προαίσθησις, *εως*, *ἡ*, praesensio.

προαιτιάομαι, f. *άσομαι*, ante criminor, ante accuso. aor. 1. *προητιασάμην*, in superioribus accusavi s. convici.

προαιώνιος, *ον*, (*αἰών*) qui fuit ante omne aevum, aeternus, Eccl.

προακμάζω, f. *άσω*, in ea sum aetate, quae florem s. virilem aetatem, antecedit, i. e. in ipsa adolescentia.

προακονάω, f. *ήσω*, (*ἀκονάω*) acuo sc. cuspidem.

προακοντίζομαι, jaculi modo feror.

προακούω, f. *ούσομαι*, (*ἀκούω*, irr.) prius seu prior audio, ante audio et cognosco, praesentio.

προακροβολίζω, f. *ίσω*, (*ἀκροβολίζω*) eminus jaculor, nam pilorum, jaculorum emissio, est quasi prolusio verae pugnae, quae fit confertis manibus, cominus.

προακτικός, *ή*, *όν*, (*προάγω*) praecedens.

προαλγέω, perf. *προήλγηκα*, ante dolore affectus fui, dolui, v. c. quum capitis dolor praecessit morbum.

προαλείφω, f. *ψω*, (*ἀλείφω*) ante ungo.

προαλέστατον, Superl. adv. valde temerarie. A seq.

προαλής, *ές*, (*ἅλλομαι*) declivis. 2) temerarius, praeceps, audax, petulans.

προαλίσκομαι, f. *αλώσομαι*, (*ἁλίσκομαι*, irr.) prius s. ante capio, praesumo.

προαλίζω, f. *ίσω*, (*ἁλίζω*) ante congrego.

προαλλοιόω, f. *ώσω*, (*ἀλλοιόω*) ante muto.

προάλλομαι, f. *αλοῦμαι*, (*ἅλλομαι*, irr.) prosilio.

προαλῶς, adv. (*προαλής*) temere, praecipitanter.

προαμαρτάνω, f. *τήσομαι*, (*ἁμαρτάνω*, irr.) ante pecco.

προαμείβω, f. *ψω*, (*ἀμείβω*) prius commuto. *προαμείβεσθαι γῆν*, prius praeterire s. praetervehi regionem. 2) responsione occupo, prompte respondeo. 3) Med. prius mihi exhiberi jubeo, *ἔργον*, Plat.

προαμύνομαι, (*ἀμύνω*) protego, propugno, *τινός*, Thuc.

προαναβαίνω, f. *βήσομαι*, (*βαίνω*, irr.) prius vel prior conscendo.

προαναβάλλομαι, (*βάλλω*, irr.) praeludo. v. *ἀναβάλλομαι*.

προαναβλέπω, f. *ψω*, (*βλέπω*) suspicio, prius suspicio.

προαναβοάω, f. *ήσω*, (*βοάω*, irr.) ante proclamo.

προαναβολή, *ῆς*, *ἡ*, dilatio. *κατὰ προαναβολάς*, per intervalla.

προαναγιγνώσκω, (*γιγνώσκω*, irr.) ante lego. 2) praelego, ut ediscat audiens, Plut.

προαναγράφω, f. *ψω*, (*γράφω*) ante scribo. *τὰ προαναγεγραμμένα*, ante, supra scripta.

προανάγω, f. *ξω*, (*ἄγω*, irr.) ante deduco naves, s. abduco. Med. ante discedo, de navigantibus.

προαναθρέω, i. q. *προαναβλέπω*.

προαναθρώσκω, f. *θοροῦμαι*, (*θρώσκω*, irr.) prosilio. 2) in certamen descendo.

προαναιρέω, f. *ήσω*, (*αἱρέω*, irr.) prius occido, prius e medio tollo.

προαναισιμόω, f. *ώσω*, (*ἀναισιμόω*) prius

impendo, prius insumo.

προανάκειμαι, f. κείσομαι, (κεῖμαι, irr.) ante dedicatus fui.

προανακηρύσσω, Att. -ττω, f. ξω, (κηρύσσω) ante per praeconem denuncio, ante declaro.

προανακινέω, f. ήσω, (κινέω) ante commoveo seu impello. 2) i. q. προεξαγκωνίζομαι.

προανακόπτω, f. ψω, praecido, prius incido.

προανακράζω, f. ξω, (κράζω, irr.) ante exclamo, proclamo.

προανακρίνω, (κρίνω) prius interrogo, seu percontor primo loco. (ῑ)

προανάκρουσις, ἡ, i. q. προαναβολή, it. exordium, initium. A seq.

προανακρούω, prior retro pello seu retro inhibeo; et Med. προανακρούομαι, prior retro cedo inhibito cursu: trop. repugno, refractarius sum. 2) (prior) exordior.

προαναλαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, irr.) ante suscipio. 2) ante breviter expono. 3) occupo, praeverto aliquem aliquid agendo, v. c. prior amplector.

προαναλίσκω, f. ώσω, (ἀναλίσκω, irr.) prius consumo, ante absumo.

προανάλωμα, τό, impensa operis susceptionem antecedens. (⏑⏑−−⏑) A praec.

προαναμέλπω, f. ψω, (μέλπω) praecino, ante decanto.

προαναπίπτω, f. πεσοῦμαι, (πίπτω, irr.) prius concido, ante collabor seu corruo. (ι natura longum.)

προαναπλάσσω, Att. -ττω, f. άσω, (πλάσσω) prius relingo, ante reformo.

προαναπνέω, f. εύσω, (πνέω, irr.) prius respiro.

προαναπτῆναι, inf. aor. a προαναπέτομαι, (πέτομαι, irr.) prius evolo.

προαναρπάζω, f. άσω, ante seu prior abripio.

προαναῤῥήγνυμι, f. ῥήξω, (ῥήγνυμι, irr.) ante prorumpere facio, s. emitto.

προανασείω, ante concutio.

προανασκευάζομαι, praestruo, multo ante compono.

προανασκοπέω, prospicio, provideo.

προαναστέλλω, f. ελῶ, ante cohibeo et reprimo, prior compesco.

προαναστρέφω, f. ψω, prior redeo.

προανατάσσω, Att. -ττω, f. άξω, priori loco pono.

προανατείνω, ante attollo. 2) praetendo.

προανατέλλω, (τέλλω) prius orior.

προανατρέχω, f. δραμοῦμαι, (τρέχω, irr.) retro, ad priora redeo, superiora, vel rem altius repeto.

προανατυπόω, verbum pictorium, de adumbratione, adumbro, delineo.

προαναφαίνω, ante ostendo, extollo, praetendo, ut cernatur.

προαναφωνέω, f. ήσω, vaticinor, praedico. 2) indico, declaro, polliceor, quid facturus, dicturus sit.

προαναφώνημα, τό, est quum indicat poeta etc. quid dicturus sit. 2) praedictio, vaticinium. A praec.

προαναφώνησις, εως, ἡ, idem.

προαναφωνητικός, ή, όν, utens προαναφωνήσει. Ab eodem.

προαναφωνητικῶς, adv. vaticinando, ante declarando.

προαναχωρέω, ante discedo.

προαναχώρησις, ἡ, discessio ante facta. A praec.

προαναψηφίζω, f. ίσω, ante suffragiis latis constituo, prius decerno.

προανειπεῖν, (εἰπεῖν) ante indicere.

προανεκτείνω, idem quod seq.

προανέχω, f. έξω, (ἔχω, irr.) prior attollo, elevo. 2) emineo, antecello: ante emergo, exorior.

προανθέω, f. ήσω, praefloreo, ante, primus floreo.

προάνθησις, ἡ, primus flos. A pr.

προανίπταμαι, (ἵπταμαι, irr.) ante in altum evolo.

προανίσταμαι, prior exsurgo, ante alios surgo.

προανιστορέω, f. ήσω, ante seu prius commemoro, seu percontor.

προανύτω, f. ύσω, ante vel citius perficio.

προανύω, f. ύσω, (ἀνύω) prius perficio, prior ad finem perduco.

προαπαγγέλλω, prius annuncio, praenuncio. 2) abnuncio, ap. Dion.

προαπαγορεύω, deficio viribus ante rem perfectam. 2) renuncio, v. c. conjugium. cum Gen.

προαπάγχομαι, ante suspendo me.

προαπαίρω, (αἴρω) ante castra moveo.

προαπαλείφω, f. ψω, (ἀλείφω) ante deleo, sc. e tabulis.

προαπαλλάσσω, Att. ττω, f. ξω, (ἀλλάσσω) prius dimitto, ante libero. προαπαλλάσσειν τινὰ τοῦ βίου, prius aliquem vita privare. 2) intr. et in Med. prius discedo de medio, prius morior, (βίου)

προαπαντάω, f. ήσω, praeoccurro, obviam curro.

προαπάντησις, εως, ἡ, obviam itio. A praec.

προαπαυδάω, prius deficio seu defatigor.

προάπειμι, (εἶμι) ante abeo.

προαπειπεῖν, (εἰπεῖν, irr.) prius renunciare. 2) prius deficere, prius animum despondere, ut προαπαγορεύω.

προαπέρχομαι, f. ελεύσομαι, (ἔρχομαι, irr.) prior abeo seu discedo. 2) addito vel omisso τοῦ βίου, prior decedo, prior morior. 3) loco alicujus morior, τινός.

προαπηγέομαι, Ion. pro προαφηγέομαι.

προαπικνέομαι, Ion. pro προαφικνέομαι.

προαποβάλλω, f. βαλῶ, (βάλλω, irr.) prius abjicio, ante pedes projicio.

προαποβρέχω, f. ξω, prius perfundo.

προαποβύω, f. ύσω, prius obturo.

προαπογεύομαι, ante degusto, edo.

προαποδείκνυμι, f. δείξω, prius demonstro, indico, prodo.

προαπόδειξις, εως, ἡ, demonstratio praevia, proposita, res ante demonstrata. A praec.

προαποδημέω, prius seu prior peregre abeo, prius proficiscor.

προαποδίδωμι, f. δώσω, ante reddo.

προαποδύομαι, prius exuo. (ῡ)

προαποζέννυμι, (ζέννυμι) prius decoquo.

προαποθνήσκω, f. θανοῦμαι, (θνήσκω, irr.) praemorior, ante morior, immature decedo.

προαποικίζω, ante deduco, de colonis.

προαποκαλύπτω, ante revelo.

προαποκάμνω, f. καμοῦμαι, (κάμνω, irr.) fatigor, deficio. v. προαπαγορεύω.

προαποκινδυνεύω, ante periculum facio.

προαποκλείω, ante claudo, excludo.

προαποκληρόω, f. ώσω, prius sortior, ante vel modo sortior, ap. Lucian. Hinc perf. pass. part. τὰ προαποκεκληρωμένα, de quibus modo sortiti sumus.

προαποκόπτω, f. ψω, praecido.

προαποκρούομαι, propulso.

προαποκτείνω, prius interficio.

προαποκτιννύω, vel προαποκτίννυμι, idem.

προαπολαύω, f. αύσω, (ἀπολαύω, irr.) prius fruor, praecerpo, praecipio.

προαπολείπω, f. ψω, ante relinquo seu deficio. 2) ante morior, intell. τὸν βίον.

προαπολεπίζω, f. ίσω, prius decortico.

προαπολεπισθείς, prius decorticatus, aor. 1. part. pass.

προαπολήγω, prius desino.

προαπόλλυμι, (ὄλλυμι, irr.) ante perdo. pass. προαπόλλυμαι, prius pereo.

προαποξηραίνω, ante exsicco. προαπεξηραμμένος, part. perf. pass. ante arefactus.

προαπολύω, (λύω, irr.) prius solvo. Med. prius me purgo, prius diluo seu refuto crimina. (De quantitate v. simplex.)

προαποπέμπω, f. ψω, ante dimitto.

προαποπίπτω, f. πεσοῦμαι, (πίπτω, irr.) ante decido. (ι natura longum.)

προαποπλύνω, (πλύνω) prius abluo.

προαπόπτωτος, ον, (ἀποπίπτω) qui ante decidit. 2) qui immature decidit.

προαπορέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, prior dubito, prior quaero, vel disputo.

προαπορέω, f. ήσω, (ἀπορέω) prius ambigo.

προαποῤῥέω, f. ῥεύσομαι, (ῥέω, irr.) prius defluo vel effluo.

προαποῤῥίπτω, f. ψω, (ῥίπτω, irr.) ante abjicio. (ῑ)

προαποσβέννυμι, f. σβέσω, (σβέννυμι, irr.) ante exstinguo. 2) in pf. et aor. 2. act., in Med. et Pass. intr. prius exstinguor, evanesco.

προαποσμήχω, f. ξω, ante detergo.

προαποσπάω, f. άσω, (σπάω) ante detraho, abstraho. (ᾰ)

προαποσταυρόω, ante vallo discludo, s. excludo.

προαποστέλλω, f. ελῶ, (στέλλω) ante emitto, seu praemitto.

προαποσφάζω, f. ξω, (σφάζω) ante jugulo, prius macto.

προαποτάσσω, f. ξω, (τάσσω) ante finem impono. Med. ante valedico, τινί.

προαποτέμνω, f. τεμῶ, praecido.

προαποτίκτω, f. τέξω, (τίκτω, irr.) prius pario, ὠά.

προαποτίθημι, prius vel antea repono, pono, adservo.

προαποτρέπω, f. ψω, (τρέπω) prius averto.

προαποφαίνω, f. φανῶ, (φαίνω) declaro, indico.

προαπόφημι, (φημί, irr.) ante nego.

προαποφθέγγομαι, praedico.

προαποφοιτάω, f. ήσω, praemorior. προαποπεφοίτηκε, praemortuus est.

προαποχράομαι, f. ήσομαι, (χράομαι, irr.) ante occido.

προαποχωρέω, ante recedo.

προαρδεύω, f. εύσω, prius rigo.

προαριθμέω, f. ήσω, praenumero.

προαρίθμησις, εως, ἡ, praenumeratio. A pr.

προαριστάω, f. ήσω, (ἀριστάω) ante prandeo.

προαριστίδιος, ον, prandio praevius.

προάρον, ου, τό, (ἀρόω) poculum ligneum, quo vinum miscetur, Athen.

προαροτριάω, et οω, ante aro.

προαρπαγή, ῆς, ἡ, praereptio. A seq.

προαρπάζω, f. άσω, praeripio.

προαῤῥαβωνίζομαι, prius vel ante dato pignore de reliquis et subsecuturis aliquem certum facio.

προάρχω, (ἄρχω) προάρχοντες, magistratus, principes. προάρξας, antecessor, praedecessor, Gl. Vet. aor. 1. part. προάρχομαι, prior incipio; τῆς ἀδικίας, sum auctor injuriae.

προᾶσμα, ατος, τό, (ᾆσμα) praecentio.

προασκέω, (ἀσκέω) prius exerceo, praeparo.

προασπίζω, f. ίσω, clipeo objecto protego, propugno.

προασπιστήρ, ῆρος, ὁ, propugnator, protector. A pr.

προασπιστής, οῦ, ὁ, idem.

προάστειον, et προάστιον, ου, τό, Ion. προαστήϊον, (ἄστυ) suburbium, suburbanum.

προάστειος, ον, (ἄστυ) suburbanus.

προασφαλίζω, f. ίσω, (ἀσφαλίζω) praemunio. Med. caveo mihi.

προαυδάω, f. ήσω, (αὐδάω) praedico, denuncio.

προαυλέω, f. ήσω, in cantu praeludo.

προαύλημα, ατος, τό, praeludium. A praec.

προαυλίζομαι, f. ίσομαι, castra antê locum quendam habeo.

προαύλιον, ου, τό, (αὐλός) praeludium in tibiarum fidiumque cantu. 2) (αὐλή) vestibulum exterius, ut αὐλή, interius. τὰ προαύλια, dies, qui nuptias antecedit.

προαυξάνω, sive προαύξω, f. ξήσω, (αὐξάνω, irr.) ante augeo, in subsidium futuri temporis. Med. praeaugesco, succresco.

προαυξής, ές, adultior, aetate provectior. 2) quod aetate provectioribus accidere solet. A pr.

προαύξησις, εως, ἡ, corporis incrementum, adaucta moles. Ab eod.

προαφαιρέω, f. ήσω, (αἱρέω, irr.) adimo, seu aufero, praecerpo, decerpo.

προαφανίζω, f. ίσω, aboleo, corrumpo, perdo, sc. ante maturitatem, ante tempus.

προαφαυαίνομαι, ante arefio. τὰ προαφαυανθέντα, quae ante exaruerunt. part. aor. 1. pass.

προαφέψω, f. ψήσω, (ἕψω, irr.) prius decoquo.

προαφηγέομαι, f. ήσομαι, ante enarro, prius expono.

προαφίημι, (ἵημι, irr.) emitto, ante mitto.

προαφικνέομαι, f. ίξομαι, (ἱκνέομαι, irr.) prior seu ante pervenio.

προαφίστημι, προαφίσταμαι, prior abscedo seu absisto, ante tempus abscedo. 2) prior deficio.

προβάδην, adv. (προβαίνω) inter progrediendum, inter eundum, s. progrediendo.

προβαδίζω, praecedo.

προβαθύς, ύ, gen. έος, (βάθος) profundus, βαθὺς εἰς τὸ πρόσω, alte profundus.

προβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω, irr.) progredior, procedo 2) anteeo, praecedo, proprie et trop. 3) progredior, provehor. 4) glisco, succedo feliciter. 5) trans. promoveo, ut πόδα, poet.

προβακχήϊος, ὁ, Ion. p. προβάκχειος, Baccharum dux, epith. Bacchi, Eur. Bacch. 407.

προβαλάνειον, τό, (βαλανεῖον) balneum praevium.

προβάλλω, f. βαλῶ, (βάλλω, irr.) aor. προὔβαλον, projicio. 2) emitto, profero, produco. 3) propono, vel explicandum, vel refellendum: vox rhetorum et philosophorum. Gl. Vet. promitto. προβάλλομαι, in med. produco, v. c. testes, qui me adjuvent testimonio suo; sed proprie 2) projicio, clipeum sc. vel scutum (v. προβολή) tegendi corporis caussa; unde 3) munio me aliqua re, objicio aliquid hostis avertendi caussa. 4) defendo me, atque etiam in pass. alios. 5) praetendo, obtendo, praetexo. 6) publici criminis, inprimis adversus religiones deorum, accuso, apud Demosth. 7) rejicio, improbo, aversor, exsecror. 8) honores peto: (vel, nomino aliquem, qui eligi possit) unde passive creor, designor. 9) commemoro, in ore semper habeo. 10) supero, praesto. 11) interrogo, etiam in act.

πρόβαλος, ου, ὁ, sc. ἀσπίς, clipeus, qui hosti objicitur. Hesych. A pr. (sed v. πρόβολος.)

προβαπτίζω, ante baptizo.

προβασανίζω, ante torqueo, vexo, crucio.

προβασιλεύω, ante impero.

πρόβασις, εως, ἡ, (προβαίνω) progressus, progressio. 2) proventus, (proprie pecorum) seu reditus: copiae rei familiaris.

προβασκάνιον, ου, τό, praefiscine, amuletum. 2) pudenda statûa, mutonium.

προβατεία, ας, ἡ, (προβατεύω) res pecuaria.

προβάτειος, εία, ειον, (πρόβατον) ovillus, vervecinus.

προβατεύς, έως, ὁ, (προβατεύω) opilio, pastor.

προβατεύσιμος, ον, et προβατεύσιμος, ίμη, ιμον, ovibus, pecoribus alendis aptus. A praec.

προβατευτής, οῦ, ὁ, idem quod προβατεύς.

προβατευτικός, ή, όν, pecuarius. Hinc προβατευτική, ῆς, sc. τέχνη, pecuaria. A seq.

προβατεύω, f. εύσω, (πρόβατον) pasco, pecus alo.

προβάτημα, ατος, τό, i. q. πρόβατον et ab eod.

προβατικός, ή, όν, ad oves seu pecudes pertinens.

προβάτιον, ου, τό, ovicula. Dim. a πρόβατον.

προβατοβοσκός, οῦ, ὁ, (βόσκω) pecuarius.

προβατογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, (πρόβατον, γνώμη) homo pecuinae, sive parvae atque pusillae indolis, vel rei pecuariae gnarus, incertae signif., Aesch. Ag. 804.

προβατοκάπηλος, ου, ὁ, qui ovibus emendis et vendendis quaestum facit.

πρόβατον, ου, τό, pecus, ovis, vervex, pecus quodlibet, animal τετράποδον, quod non est ferum. (ex eo sic dictum, quod a pastore agitur, προβαίνει, antecedit eum, et προβατεύεται, ab eo ad lente procedendum adigitur. Pari modo Arabes pecus omne genus pastile *Maschiach*, h.e. τὸ προβατικὸν χρῆμα, genus lente inambulans, appellant.)

προβατοπώλης, ου, ὁ, ovium vel pecudum venditor.

προβατόσχημος, ον, (σχῆμα) ovis speciem prae se ferens.

προβατοτρόφος, ον, (τρέφω) oves, pecora alens, pecuarius.

προβατώδης, ες, (πρόβατον, εἶδος) ovi similis, ovis specie praeditus.

προβεβαιόω, (βεβαιόω) ante confirmo.

προβέβουλα, perf. ab inusitato προβούλομαι, (βούλομαι, irr.) magis volui, malui, praetuli, τί τινος, Il. 1, 113.

προβεβουλευμένως, adv. (προβουλεύομαι) cogitate, prudenter.

πρόβημα, ατος, τό, (προβαίνω) progressus.

προβιάζομαι, ante, vel prior vim infero.

προβιβάζω, f. άσω, Att. f. προβιβῶ, (βιβάζω) produco. 2) admoveo, persuadeo, impello. 3) promoveo, proveho. προβιβασθείς, promotus, adactus. 4) adjuvo, augeo.

προβιβάς, part. praes. Ep. a προβαίνω, Hom.

προβίβασις, εως, ἡ, idem quod seq. A praec.

προβιβασμός, οῦ, ὁ, promotio, praemotio; institutio. Ab eod.

προβιβρώσκω, f. προβρώσω, (βιβρώσκω, irr.) ante comedo.

προβιβῶν, ῶντος, part. praes. Ep. a προβαίνω, Hom.

προβιόομαι, f. ώσομαι, (βιόω, irr.) antevivo. τὰ προβεβιωμένα, vita ante acta. προβεβιωμένοι, qui ante nos vixere.

προβιότης, τητος, ἡ, vita ante acta. Clem. Alex. A praec.

προβλαστάνω, f. στήσω, (βλαστάνω irr.) praegermino, prius germino.

προβλεπτικός, ή, όν, qui futura prospicit. A seq.

προβλέπω, f. ψω, provideo, prospicio.

πρόβλημα, ατος, τό, (προβάλλω) propositio, quaestio; unde dubitatio, res magnae dubitationis. 2) quicquid defendendi caussa opponitur, tegmen, munimen, propugnaculum, πρόβλημα τείχους, promurale, nempe munimentum. 3) praetextus. 4) quicquid prominet, eminet. 5) obex.

προβλημάτιον, ου, τό, quaestiuncula. Dimin. a praec.

προβληματουργικός, ή, όν, (πρόβλημα, ἔργον) artifex machinarum, rerum, quibus vis defenditur. Subst. προβληματουργική, ἡ, sc. τέχνη, ars ipsa talium conficiendorum.

προβληματώδης, ες, (πρόβλημα) in quaestione et disputatione positus.

πρόκροσσος, ον, it. προκρόσση, (κρόσσαι) prominens ut pinnae murorum. νῆες πρόκροσσαι, naves aliae pone alias collocatae, scalarum modo, Il. 14, 35.

προκρούω, ante subigo sc. feminam. 2) extendo vi, ut longius fiat: unde Procrustes nomen habuit, quasi extensor.

προκρόω, Dor. p. προκρούω.

προκτίζω, ante condo.

προκυβερνάω, f. ήσω, quasi dicatur praeguberno, sum proreta sive anteriorem navis partem guberno.

προκυκλέω, idem quod ἐκκυκλέω, n. 1.

προκυλινδέομαι, provolvor ad pedes alicujus, more supplicis accedo ad pedes alicui vel alicujus.

προκυλίνδημα, ατος, τό, actus provolvendi. A pr.

προκυλίνδω, provolvo.

προκύλισις, εως, ἡ, supplicatio, qua sc. supplex ad alius pedes provolvitur. A seq.

προκυλίω, f. ίσω, provolvo, προκυλισθείς, provolutus, Philox. aor. 1. part. pass. (ῑ)

προκυμαία, ας, ἡ, (κῦμα) scil. οἰκοδομή, vel tale quid, moles opposita fluctibus.

προκυμία, ας, ἡ, idem, ap. Joseph. qui habet etiam vocab. seq.

προκυμάτιον, ου, τό, moles opposita fluctibus.

πρόκυνες, ων, οἱ, (κύων) reprehensores, qui prius in latratus et reprehensiones erumpunt, quam dicant, quid reprehensione dignum sit, Q. Macc. 5, 4.

προκυνεῖν, dicuntur canes ante inventam praedam latrantes. A pr.

προκύπτω, f. ψω, inclinans me seu incurvans propendeo, me inclino. 2) emineo seu promineo.

προκυρόω, f. ώσω, ante sancio. προκεκυρωμένος, prius sancitus, perf. part. pass.

προκύων, κυνός, ὁ, (κύων) Procyon s. Antecanis, sidus ab eo appellatum, quod ante canem majorem oritur; Hygin.

προκώμιον, τό, (κώμη) praeludium.

πρόκωνα, vel προκώνια ἄλφιτα, (κῶνος) farina ex hordeo recenti et tenero.

πρόκωπος, ον, (κώπη) remex, qui est ad remum. 2) districtus, de gladio.

προλαβή, ῆς, ἡ, ansa, manubrium.

προλαγχάνω, (λαγχάνω, irr.) ante sortior, sorte prior fio.

προλάζομαι, prius apprehendo, anticipo.

προλάζυμαι, idem.

προλάκκιον, ου, τό, (λάκκος) lacuna.

προλαλέω, proloquor, declaro.

πρόλαλος, ον, praeceps in loquendo, garrulus.

προλαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, irr.) antecapio, praesumo, occupo, anticipo. 2) praecedo, praevenio. 3) deprehendo, v. c. in furto. Dicitur et pro suscipio ap. Lysiam.

προλάμπω, f. ψω, ante luceo, praeluceo. 2) splendorem et lucem prodo, illuceo. 3) praefulgeo, antecello.

προλιαίνω, ante laevigo, ante mollio vel complano.

προλέγω, f. ξω, ante dico, praenarro, praedico, edico, denuncio. 2) ante deligo. προλελεγμένος, ante delectus: ap. Hom. delectus.

προλείπω, f. ψω, relinquo, desero, deficio.

πολεπτύνω, ante extenuo.

προλεσχηνεύω, prius garrio, prius colloquor.

πρόλεσχος, ον, (λέσχη) qui ante alios loquitur, qui alios in sermone praevenit. garrulus.

προλευκαίνω, ante dealbo.

προλεύσσω, praevideo, prospicio.

πρόλημμα, ατος, τό, (προλαμβάνω) quod anticipatur, seu anticipando capitur, praesumtio, praerogativa, commodum praecipuum, ut πλεονέκτημα.

προλήνιον, ου, τό, (ληνός) quasi antetorcular, torcular, LXX.

πρόληψις, εως, ἡ, (προλαμβάνω) anticipatio, occupatio, presumtio, praerogativa. 2) suspicio, divinatio. 3) notiones insitae de natura divina, ap. Epicureos. 4) ap. historiae scriptores est, quum aliquid dicitur per anticipationem temporis.

προληπτικός, ή, όν, anticipans.

προληπτικῶς, per anticipationem.

προλιμνάδες ποταμῶν, (λιμνάς) stagna fluviorum.

προλιμνάζω, stagno ante fluvium.

προλιμοκτονέω, prius fame neco.

προλιχνεύω, praelambendo degusto, ligurrio.

προλόβιον, ου, τό, pendula τοῦ λοβοῦ pars in aure.

πρόλοβος, ου, ὁ, sinus in avium gutture prominens, in quem primum cibos ingerunt, ingluvies, gurgulio.

προλοβώδης, ες, similis προλόβῳ.

προλογίζω, f. ίσω, praefationem dico, praeloquor. 2) primus in scenam prodiens verba facio. A seq.

πρόλογος, ου, ὁ, (λόγος) prologus, praefatio.

προλούω, (λούω, irr.) praeluo. Med. ante me lavo.

προλογίζω, f. ίσω, insidiis occupo.

προλυμαίνομαι, ante corrumpo: vitio.

προλυπέω, f. ήσω, ante incommodo, injuria adficio.

προλύπησις, εως, ἡ, injuria prior. (ῡ) A pr.

προλύται, οἱ, (λύω) prolytae, lytis in jurisprudentia provectiores. λυται autem dicebantur a solvendis quaestionibus. Procem. Pandect.

πρόμακρος, ον, oblongus, praelongus.

προμαλακτήριον, ου, τό, (προμαλάσσω) prima pars balnei, in qua corpora lavantium praemolliebantur.

προμαλακύνω, praemollio, prius emollio.

προμαλάσσω, Att. -ττω, f. ξω, idem.

πρόμαλος, ἡ, vitex. 2) myrica.

προμάμμη, ἡ, proavia, Philox. abavia, Gl. Vet.

προμανθάνω, quasi dicatur praedisco, ante disco. προμαθών, praedoctus, qui prius didicit. aor. 2. part.

προμαντεία, ας, ἡ, praevaticinatio. 2) in oraculo consulendo princeps locus alicui honoris caussa datus.

προμάντευμα, ατος, τό, praesagium. A seq.

προμαντεύομαι, f. εύσομαι, vaticinor, praedico, praesagio.

προμαντεύς, έως, ὁ, oraculi antistes. A pr.

πρόμαντις, εως, ὁ, ἡ, idem. 2) fatidicus, praesaga.

προμαρτύρομαι, ante testor, praenuncio. (ῡ)

προμαχέω, (πρόμαχος) in prima acie pugno. 2) propugno, defendo.

προμαχεών, ῶνος, ὁ, propugnaculum.

προμαχίζω, f. ίσω, in prima acie pugno. 2) propugno, defendo.

προμάχομαι, f. ήσομαι, (μάχομαι, irr.) propugno, quasi dicatur praepugno, pugno ante.

πρόμαχος, ον, (μάχη) qui pugnam init in prima acie, antesignanus. 2) propugnator.

προμαχών, ῶνος, ὁ, propugnaculum.

προμεθύω, ante ebrius sum, prius inebrior.

προμελετάω, f. ήσω, meditor, commentor, exerceor, ut si cui sit oratio habenda, isque domi suae periculum memoriae gesticulationisque suae faciat.

προμελέτησις, εως, ἡ, meditatio, commentatio. A pr.

προμένειον, τό, genus mali apud Nican... a quodam Promene dictum.

προμεριμνάω, f. ήσω, prius sollicitus sum, prius curiose contemplor et commentor.

προμετρέω, f. ήσω, praemetior, demensum praebeo. 2) mercede frumentum emtoribus in foro dimetior.

προμετρητής, οῦ, ὁ, qui venale frumentum in foro et alia semina emtoribus dimetitur. A pr.

προμετρητός, ή, όν, praemensus.

προμετωπίδιον, ου, τό, suprema frontis pars. 2) frontale, ornamentum vel tegumentum frontis. A seq.

προμετωπίδιος, ον, (μέτωπον) qui ante frontem ponitur.

προμετωπίς, ίδος, ἡ, frontale.

προμήθεια, ας, ἡ, (προμηθής) providentia, prudentia, cura, respectus.

προμηθέομαι, f. ήσομαι, provideo, prospicio, de re aliqua sollicitus sum, curam alicujus gero, rationem habeo, respectum habeo.

προμηθεύομαι, f. εύσομαι, idem. A seq.

προμηθεύς, έως, ὁ, qui ante rem agendam utitur consilio, Aesch. Prom. 86.

προμηθευτικός, ή, όν, (προμηθεύομαι) providus, prudens.

προμηθευτικῶς, adv. provide, prudenter.

προμηθής, ές, (a μῆδος vel a μανθάνω, μαθεῖν) providus. 2) circumspectus, consultus, prudens. Comp προμηθέστερος, cautior.

προμηθία, ἡ, Ion. et poet. p. προμήθεια.

προμηθικῶς, adv. prudenter. A pr.

προμήκης, ες, (μῆκος) oblongus, praelongus. 2) procerus.

προμηλόω, ante specillo tento. v. μηλόω

προμηνύω, f. ύσω, ante indico, praenuncio, praemonstro.

προμήτωρ, ορος, ἡ, (μήτηρ) avia. 2) prima mater, a qua genus totum ortum est.

προμηχανάομαι, ante machinor, s. excogito, praeparo.

προμιαίνω, ante polluo.

προμίγνυμι, f. μίξω, item προμιγνύω, (μίγνυμι, irr.) prius misceo. παλλακίδι προμιγῆναι, occupare concubitum, Od. 9, 452.

προμιμνήσκω, (μιμνήσκω, irr.) praemoneo.

προμίσγω, i. q. προμίγνυμι.

προμνάομαι, (μνάομαι) ambio nuptias pro alio, nuptias alicui concilio, χάρην τινί. 2) concilio alicui aliquid, τινί τι: hortor, suadeo, Xen.

προμνηστεύομαι, (μνηστεύω) i. q. προμνάομαι.

προμνηστική, ῆς, ἡ, (προμνάομαι) scil. τέχνη, ars earum, quae pronubae dicuntur, ars conciliandi nuptias.

προμνηστῖνοι, ῖναι, ῖνα, alter post alterum, alius ante alium, Od. 11, 233, 21, 230.

προμνήστρια, ας, ἡ, (προμνάομαι) nuptiarum conciliatrix, pronuba.

προμνηστρίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

προμνήστωρ, ορος, ὁ, nuptiarum conciliator.

πρόμοιρος, ον, (μοῖρα) qui praematuro fato obit, vel ante fatum occidit.

προμολεῖν, inf. aor. a προβλώσκω, prodire, progredi. Imperat. πρόμολ' ὧδε, procede huc.

προμολή, ῆς, ἡ, (προμολεῖν) vestibulum, per quod patet aditus, exitus: plerumque in plur.

προμολών, part. aor. a προβλώσκω.

πρόμος, ου, ὁ, (πρό) antesignanus, dux, princeps.

προμοσχεύω, f. εύσω, plantaria facio. 2) stolonibus propago.

προμοχθέω, f. ήσω, prius adfligor, prius laboro.

προμυέω, f. ήσω, initio, prius initio.

προμύησις, εως, ἡ, initiatio. A pr.

προμυθίκτρια, ἡ, (μυθίζω) Dor. p. προμνήστρια.

προμύθιον, ου, τό, (μῦθος) fabulae praefatiuncula ad mores informandos et vitae usum apta. (ῡ)

προμυκτήρ, ῆρος, ὁ, (μυκτήρ) extrema pars rostri vel proboscidis.

προμυλαία, ἡ, et προμυλία, ἡ, (μύλη) dea quae molis praesidere credebatur, statua ante molas poni solita.

προμυλλαίνω, (μυλλαίνω) productis labris os contraho ac comprimo.

προμύσσω, Att. -ύττω, f. ξω, emungo. (v. προβύω, pro quo etiam usurpatur προβύσσω). 2) pecunias extorqueo, aut mercedem exigo.

Προναία, ἡ, Ion. Προνηίη, (ναός) Protemplaris, cognomen Minervae, cujus templum Delphis erat ante templum Apollinis, Aesch. et Hdt.

προναῖος, ον, (ᾱ) Ion. προνήιος, ίη, ιον, i. q. πρόναος.

προνάον, ου, τό, vestibulum seu atrium templi.

πρόναος, ον, (ναός) ante templum situs.

προναυμαχέω, f. ήσω, ante aliquem, vel alicujus tuendi gratia praelio navali dimico.

προνέμω, (νέμω, irr.) ante tribuo, τινί τι, Pind. – Med. pascendo s. depascendo progredior: unde omnino progredior, glisco.

προνέομαι, (νέομαι, irr.) prodeo, progredior.

προνεύω, f. εύσω, promineo, propendeo. 2) incumbo, de remigibus.

προνέω, f. ήσω, prius accumulo.

προνήιος, ίη, ιον, Ion. p. προναῖος, v. πρόναος.

προνηστεύω, f. εύσω, jejuno ante.

προνικάω, οἱ προνενικηκότες, qui ante vicere.

προνοέω, f. ήσω, (νοέω, irr.) praesentio, provideo, δόλον, Il. 18, 526. 2) provideo, prospicio, praemeditor, c. acc. rei. prospicio alicui, τινός, Xen.

προνοητής, οῦ, ὁ, provisor, procurator, providus.

προνοητικός, ή, όν, providendi sollertiam habens, vel providendi studiosus, providus.

προνοητικῶς, adv. provide, providenter.

πρόνοια, ας, ἡ, Ion. προνοίη, (πρόνοος) providentia, consultum, provisio, consultatio, praesidium, prospicientia, cura (Ante Platonis tempus non valuit providentiam divinam, sed tantum prudentiam humanam.)

προνομαία, ας, ἡ, (προνομή) elephanti proboscis.

προνομεία, ας, ἡ, depraedatio, quae fit a militibus pabulatum egressis. v. προνομή.

προνομευτής, οῦ, ὁ, praedator.

προνομεύω, f. εύσω, pabulatum egredior. 2) praedationibus infesto, e raptu captivum abigo. A seq.

προνομή, ῆς, ἡ, (πρό, νέμω, προνομεύω) egressio pabuli caussa, pabulatio, frumentatio. 2) direptio et praeda ipsa. 3) proboscis, Eustath. v. προνομαία.

προνομία, ας, ἡ, (νέμω) primas, principatus, vulg. praerogativa. opp. δευτερεῖα, item, praemium.

προνόμιον, ου, τό, idem.

προνομοθετέω, ante sancio lege.

πρόνοος, ον, contr. πρόνους, ουν, (νόος) providus, prudens. Comp. προνούστερος, providentior.

προνοσέω, ante aegroto.

προνοτίζω, f. ίσω, prius humecto, madefacio.

προνουμηνία, ας, ἡ, dies, qui praecedit

novam lunam.

προνύξ, adv. (νύξ) ante noctem.

προνωπής, ές, (πρό, ὤψ, ἐνώπιος) qui est extra limen thalami. 2) praeceps. 3) promptus, paratus, facilis.

προνώπιος, ον, qui foris est. το προνώπιον, quicquid ad fores primum occurrit, ut vestibulum; compital.

πρόνωπος, ον, i. q. προνώπιος, dub.

πρόξ, gen. προκός, ἡ, item ὁ, hinnulus, dama. Invenitur et προκάς, ἡ, Hom. h. Ven. 71.

πρόξεινος, ὁ, Ion. p. πρόξενος, Hdt.

προξενέω, f. ήσω, (πρόξενος) sum hospes publicus, hospitio excipio nomine civitatis. 2) cum aliqua civitate contraxi jus publicum hospitii. v. πρόξενος, n. 2. 3) sum interpres et conciliator versurarum, aliorumque contractuum. item syndicus et actor caussarum peregrinis ex aliquo oppido provinciave Graeca in foro Atheniensi. 4) tribuo, concilio.

προξένησις, εως, ἡ, conciliatio.

προξενητής, οῦ, ὁ, pararius, interpres et internuncius ad paciscendum seu stipulandum, conciliator.

προξενήτρια, ας, ἡ, conciliatrix, pronuba. Reperitur et in libris, προξενήστρια, sed illud verum. Fem. a pr.

προξενητικός, ή, όν, ad proxenetam pertinens. 2) qui proxenetae solvitur.

προξενία, ας, ἡ, jus hospitii, item literae, quibus hospitii jus continetur, datur. A seq.

πρόξενος, ον, (ξένος) qui legatos ejus civitatis, quacum jus hospitii est, hospitio excipit, ad populum, senatum deducit, utque iis bene sit curat: cavet etiam, ne ei civitati aliquid incommodi a suis civibus adjungatur. 2) privatus, quocum civitas aliqua publice hospitium fecit, cui opponitur ἰδιόξενος. 3) qui aliquid inprimis civitatis nomine procurat, seu procuravit alicui, seu qui alicujus rei auctor est. 4) conciliator, v. c. nuptiarum. 5) socius, ap. Lys.

προξηροτριβέω, f. ήσω, prius sicca frictione frico.

προξυράω, ante rado. προξυρημένος, jam rasus, tonsus.

προόδευσις, εως, ἡ, (ὁδεύω) ductus, praegressio.

προοδηγός, οῦ, ὁ, dux.

προόδιος, ον, (ὁδός) praevius.

προοδοιπορέω, f. ήσω, viam aperio, praeeo.

προοδοιπόρος, ον, dux viae, praegrediens.

προοδοποιέω, f. ήσω, viam praestruo, viam patefacio aut praebeo, viam munio. 2) praeparo et quasi imbuo. 3) auctor et adjutor sum, exemplum praebeo.

προοδοποιητικός, ή, όν, praevius, viam praestruens. A pr.

πρόοδος, ου, ἡ, prodeundi seu exeundi actio, progressus. 2) incrementum, processus, processio. Sed πρόοδος, ον, qui viam praeit, praecursor, praemissus.

προόδους, οντος, ὁ, ἡ, (ὀδούς) qui dentes habet exsertos.

προόδων, οντος, ὁ, ἡ, i. q. προόδους.

προοικειόω, ante concilio. προοικειόομαι, amicum mihi reddo in futurum.

προοικέω, ante habito. προοικήσαντες, priores incolae.

προοικία, ας, ἡ, suggrunda, quia eminet extra domum. v. seq.

προοικοδομέω, aedifico ante, praestruo, velut suggrundas, aut septa, quibus muri aedium muniantur.

προοικονομέω, f. ήσω, praestruo, praemolior, praeparo: it. paullatim colligo, concipio, ut odium, iram etc.

προοικονομία, ας, ἡ, praeparatio, praestructio.

προοικονομικῶς, adv. ex praeparato, cum praeparatione.

προοιμιάζομαι, f. άσομαι, prooemio utor, prooemior.

προοιμιακός, ή, όν, (προοίμιον) ad exordium seu prooemium pertinens.

προοίμιον, ου, τό, (οἶμος) exordium, quo cantores et citharoedi praeludunt, praecentio. Philox. 2) exordium, praefatio. 3) primordium, initium cujusque rei, inpr. hymni. 4) primae literae. 5) simulatio et ambages, quae simulandi et fallendi caussa fiunt.

προοιστός, ή, όν, (προφέρω) propositus, praepositus.

προοιχνεύω, (οἰχνεύω) i. q. προοίχομαι.

προοίχομαι, (οἴχομαι, irr.) praecedo.

προόλλυμι, (ὄλλυμι, irr.) ante perdo.

προομαλίζω, f. ίσω, ante complano vel laevigo, item mitigo.

προομαλύνω, idem quod praec.

προόμνυμι, vel προομνύω, f. ομόσω, (ὄμνυμι, irr.) praejuro, prius juro, seu ante juro.

προομοσία, ας, ἡ, i. q. πρωμοσία, dub.

προομολογέω, f. ήσω, prius seu ante confiteor. προομολογηθείς, qui in confesso est, aor. 1. part. pass.

προονομάζω, (ὀνομάζω) ante nomino.

προοπτάνω, (ὀπτάνω) ap. seriores i. q. προοράω.

προοπτάω, f. ήσω, ante asso, torreo.

προοπτέος, έα, έον, adj. verb. a προοράω, prospiciendus. προοπτέον τινός, prospiciendum est alicui rei, cura alicujus rei gerenda est, Hdt.

προόπτης, ου, ὁ, qui rem prospicit, qui praevidet et ante speculatur. A seq.

πρόοπτος, ον, praevisus, praecognitus. 2) manifestus, qui ante oculos est, conspicuus. A pr.

προορᾱτικός, ή, όν, (προοράω) praevidendi seu providendi peritus. 2) providus.

προορᾱτός, ή, όν, qui praevideri vel provideri potest.

προοράω, f. προόψομαι, aor. προεῖδον, (ὁράω, irr.) ante me video, prospicio, provideo, praevideo. Med. suspicor, timeo quod praevideo, praecaveo.

προορθρίζω, f. ίσω, ante lucem surgo.

προορίζω, f. ίσω, praefinio, prius definio, prius constituo, destino, decerno.

προορισμός, οῦ, ὁ, praefinitio, destinatio. A pr.

προορμάω, f. ήσω, ante concito. 2) pergo ulterius.

προορύσσω, f. ξω, ante fodio, praefodio. ap. Theophr.

προορχηστήρ, ῆρος, et στής, στοῦ, ὁ, praesultor. A seq.

προορχέομαι, f. ήσομαι, praesolto.

προοφείλω, f. ήσω, (ὀφείλω, irr.) prior debeo, ante debeo, κακὸν ἄρα ταῖς πλευραῖς τι προὐφείλες μέγα, magnum aliquod malum debebas lateribus, Ar. Vesp. 3. cf. Lys. 648. Eur. Iph. T. 523. Pass. debeor, μὴ μεγάλου τινὸς ὄντος ὃ αὐτῷ προὐφείλετο, nisi magna ipsi debebatur injuria, Dem.

προοχεύω, f. εύσω, prior ineo, prior salio.

προοχή, ῆς, ἡ, (προέχω) prominens locus, eminentia, promontorium.

πρόοψις, εως, ἡ, visio rei futurae, provisio.

προπαγής, ές, (πήγνυμι) prominens, protuberans.

προπάθεια, ας, ἡ, (πάθος) q. d. antepassio, morbi praeludium, signa, motus, adventus morbi. 2) perturbatio.

προπάθημα, ατος, τό, idem.

προπαιδεία, ας, ἡ, quod docetur ante philosophiam, theologiam, primae disciplinae rudimentum.

προπαιδεύματα, ων, τά, rudimenta. A seq.

προπαιδεύω, f. εύσω, ante instituo seu doceo.

προπαίζω, praeludo, praemeditor, dub.

πρόπαις, αιδος, ὁ, puerorum perductor, leno, mango. 2) ap. Lacedaemonios πρόπαις dicebatur puer ante quintum annum.

πρόπαλαι, adv. olim, dudum, jam pridem.

προπάλαιος, ον, pervetustus.

προπαλαιόω, prius antiquo.

προπαλαίτερος, α, ον, Compar. irreg. a προπάλαιος.

προπαλαίω, (παλαίω) ante luctor.

πρόπαρ, (παρά) 1) Praep. c. gen. ante, e regione, secundum, Hes. Th. 518. Ap. Rh. 2) Adv. sine casu ante, antea, Trag.

προπαππικός, ή, όν, proavius, avitus, a proavo traditus vel relictus. A seq.

πρόπαππος, ου, ὁ, avi pater, proavus, etiam atavus.

προπαραβάλλω, (βάλλω, irr.) aggeris loco praestruo.

προπαραγγέλλω, ante promitto, s. despondeo, praedico.

προπαραδίδωμι, f. δώσω, ante trado, ante doceo. 2) prodo, ap. Lycurg. si lectio sana.

προπαραινέω, (παραινέω, irr.) praemoneo.

προπαραλαμβάνω, ante accipio.

προπαραλήγω, voc. ex quo προπαραλήγουσα, antepenultima.

προπαραμυθέομαι, (παραμυθέομαι) ante consolor.

προπαρασημαίνω, προπαρισημάνθη, ante notatum est, ante demonstratum. Vox Gramm.

προπαρασκευάζω, f. άσω, ante paro, longe ante paro, praemunio, praeparo.

προπαρασκευαστικός, ή, όν, praeparationi serviens, s. aptus.

προπαρασκευή, ῆς, ἡ, praeparatio.

προπαρατάσσω, Att. -ττω, f. ξω, (τάσσω) ante (s. alium, s. locum) aciem instruo.

προπαρατέλευτος, ον, (τελευτή) antepenultimus, inpr. ἡ προπαρατέλευτος, sc. συλλαβή, antepenultima, ut προπαραλήγουσα, q. v.

προπαρατίθημι, prius appono. προπαρατίθεμαι, priori loco appono in coena, convivio.

προπαρέχω, (ἔχω, irr.) ante praebeo.

προπάροιθε, ante vocal. προπάροιθεν, (πάροιθε) adv. ante, antea: priori loco. 2) Praep. c. gen. ante, e regione, secundum.

προπαροξυντικός, ή, όν, qui saepe in multis vocabulis acutum in antepenultima ponit. A seq.

προπαροξύνω, in antepenultima syllaba acutum accentum pono.

προπαροξυτονέω, i. q. προπαροξύνω. A seq.

προπαροξύτονος, ον, (ὀξύτονος) in antepenultima syllaba acutum accentum ha-

bens.

προπαροξυτόνησις, ἡ, positio acuti in antepenultima.

προπαροξυτόνως, adv. cum acuto in antepenultima.

πρόπᾱς, ᾶσα, ᾶν, universus, totus. πρόπαν ἦμαρ, toto die.

προπαστάς, άδος, ἡ, porticus, ut simplex. Schol. Apollon.

προπάστιον, τό, vestibulum thalami, Hesych.

προπάσχω, (πάσχω, irr.) ante patior: prius vel prior patior. προπαθών, qui prior accepit beneficia, et qui ante vexatus est.

προπατορικός, ή, όν, ad avum seu avos vel ad progenitores pertinens. 2) a progenitoribus proveniens. A seq.

προπάτωρ, ορος, ὁ, (πατήρ) avus. 2) primus pater, generis auctor.

προπαύω, (παύω) ante desinere facio. Med. ante desino, dudum desino.

προπείθω, ante persuadeo.

πρόπειρα, ας, ἡ, periculum, quod facimus antequam rem universam adgrediamur.

προπειράζω, protempto, praetento.

προπειράω, et προπειράομαι, idem.

πρόπεμπτα, τά, proprie neutr. a πρόπεμπτος, (πέντε, πέμπτος) quinto die ante.

προπεμπτήριος, ον, (προπέμπω) qui fit prosequendi caussa et deducendi abeuntem.

προπεμπτικός, ή, όν, idem.

προπέμπω, f. ψω, prior mitto, mitto ante, praemitto, et mitto simpl. 2) deduco, a tergo sequor, prosequor, comitor. 3) dimitto, it. viatico instruo. 4) funus comitor, conduco, Aesch.

προπένθερος, ὁ, (πενθερός) prosocer.

προπεριελίσσω, f. ξω, circumdo, circumvolvo. 2) ante circumdo, ante implico.

προπερισπασμός, ὁ, circumflexus in penultima positus.

προπερισπάω, f. άσω, circumflexum in penultima syllaba pono. Hinc προπερισπώμενον, circumflexum in penultima syllaba habens; et Adj. verb. προπερισπαστέον, circumflexus in penult. ponendus.

προπερισπωμένως, adv. cum circumflexo in penultima.

προπεριχαράττω, f. ξω, ante circumcirca incido, s. circumscribo, scarifo.

προπερονάω, f. ήσω, ab anteriore parte fibulo.

προπέρυσιν, adv. anno tertio ante.

προπερύσινος, η, ον, qui est anni ante praesentem tertii, s. anni ante proximum superiorem.

προπέσσω, Att. -ττω, f. πέψω, (πέσσω, irr.) ante concoquo.

προπετάννυμι et προπεταννύω, (πετάννυμι, irr.) praetendo.

προπέτασμα, τό, aulaeum.

προπέτεια, ας, ἡ, (προπετής) praecipitantia, temeritas, protervia, procacitas, protervitas, petulantia, proclivitas, propensio.

προπετεύομαι, perperam, temere, praecipitanter ago, lascivio.

προπετής, ές, (πίπτω) prociduus, prominens, praeceps, proclivis, qui pronus fertur vel ruit: perperus, protervus: temerarius: procax, petulans.

προπετῶς, adv. praecipitanter, temere, inconsiderate. 2) festinanter. A praec.

προπέφανται, 3 pl. pf. pass. a προφαίνω, Il.

προπήγνῡμι, f. πήξω, it. προπηγνύω, (πήγνυμι, irr.) praefigo: prius congelo.

προπηδάω, f. ήσω, prosilio, exsilio, emico.

προπηλακίζω, f. ίσω, proprie, ut simplex, luto, fuligine inquino, aut aliis modis talibus, cum inimica irrisione et insolentia; unde, contumeliose tracto, ignominia afficio. 2) feminam petulanter contrecto, illudendi caussa. 3) stupro per vim et licentiam. (Aut a πηλός, lutum, pro luto habere, aut a πάλλειν, coram se jactare et agitare velut pilam, aut a πάλλαξ, ab assultatione proterva, qualis est catellorum aut puerulorum petulantium). Hinc

προπηλάκισις, εως, ἡ, contumelia talis, qualis ante descripta est.

προπηλακισμός, οῦ, ὁ, idem. in foro Attico est injuria, ut verberum, quae cum contumeliosa irrisione, volutatione in luto etc. conjuncta fuit.

προπηλακιστικῶς, adv. contumeliose.

προπήχιον, ου, τό, os cubiti majus, Pollux.

προπίνω, (πίνω, irr.) propino, praebibo, poculo provoco. metaph. in gratiam alicujus alium prodo, per proditionem trado, concedo, largior, τινί τι. (ῑ)

προπιπίσκω, f. -πίσω, (ῑ) (πιπίσκω, irr.) propino, bibendum do.

προπιπράσκω, f. άσω, (πιπράσκω, irr.) prior vendo. (α natura longum.)

προπίπτω, f. πεσοῦμαι, aor. προὔπεσον, inf. προπεσεῖν, (πίπτω irr.) procido, prolabor, praeceps feror: promineo, longius praecurro: occumbo.

προπιστεύω, f. εύσω, ante (sc. rem cognitam) credo, prius fidem habeo.

προπιτνέω, (πιτνέω, irr.) ante pedes alicujus me projicio adorandi caussa.

πρόπλασμα, ατος, τό, specimen, ex quo de toto opere, quale futurum sit, indicari potest.

προπλέω, f. πλεύσομαι, (πλέω, irr.) q. d. praenavigo, prior navigo, in navigatione priorem locum obtineo.

πρόπλοος, ον, contr. πρόπλους, ουν, qui in navigatione explorandi caussa praemittuntur.

προπλύνω, qs. praeluo, prius lavo, prius colluo.

προπλώω, idem quod προπλέω, poet. et Ion.

προποδηγέτις, ιδος, ἡ, dux viae.

προποδηγός, οῦ, ὁ, ἡ, qui anteit, dux.

προποδίζω, f. ίσω, procedo, progredior.

προποδισμός, ὁ, progressus.

προποδών, adv. pro πρὸ ποδῶν, ante pedes: coram: nunc, impraesentiarum.

προποιέω, f. ήσω, ante vel prius facio. προποιηθείς, ante factus, praeparatus.

προπολεμέω, f. ήσω, belligero pro, propugno. 2) ante alios bellum gero, gerere cogor.

προπολεμητήριον, ου, τό, firmum propugnaculum.

προπολέμιος, ον, praecedens bellum. τά προπολέμια, quae ante bellum rite incipiendum fieri vel debent, vel solent. ut repetitio rerum, denunciatio etc.

προπόλειος, ον, (πόλις) suburbanus.

προπόλευμα, ατος, τό, ministerium. A seq.

προπολεύω, f. εύσω, (πρόπολος) ministro.

προπολέω, i. q. προπολεύω.

προπόλιος, ον, (πολιός) ante tempus canos producens, qui ante aetatem praemature canescit.

προπολιόω, ante tempus canum reddo. Med. immature canesco.

πρόπολις, εως, ἡ, ea pars urbis, quae in ipso statim aditu occurrit.

προπολιτεύομαι, προπεπολίτευμαι, ante jam gessi honores, magistratum.

προπολλοῦ, sc. χρόνου, adv. multo ante.

πρόπολος, ον, (πολέω) anteambulo, famulus, qui hero suo praeit. 2) minister.

πρόπομα, ατος, τό, (προπίνω) potio omnium prima et ante cibum hausta.

προπομπεία, et προπομπία, ας, ἡ, deductio, quum honoris caussa praeimus s. prosequimur. 2) deductio in pompa sollemni. A seq.

προπομπεύω, f. εύσω, in sollemni pompa praeeo vel praeferor; procedo.

προπομπή, ῆς, ἡ, praemissio. 2) prosecutio, deductio et comitatus, quo praevia turba in pompis sollemnibus anteit ferculis pomparum.

προπόμπιος, ον, qui praeeundo fit. 2) idem quod seq.

προπομπός, οῦ, ὁ, ἡ, anteambulo, deductor, comes. 2) Adj. praevius.

προπονέω, f. ήσω, ante labore frangor et fatigor, praelassor. 2) ante laboro.

προπορεύω, f. εύσω, prius trajicio, transmitto. 2) praetermitto. προπορεύομαι, progredior in medium. 2) praeeo.

προπορίζω, f. ίσω, ante paro seu comparo.

πρόποσις, εως, ἡ, potio omnium prima et ante cibum hausta. 2) propinatio.

προποτίζω, ante bibendum praebeo.

πρόπους, οδος, ὁ, cui sunt grandes pedes. 2) stella ante pedes Geminorum. πρόποδες, pedes anteriores quadrupedum. 3) radices montis, velut prominentiae montis. πρόπους τῆς ὀρεινῆς. Polyb. 4) rudentes, qui sunt ante pedes.

προπράσσω, Att. -ττω, f. ξω, (πράσσω) prius vel prior facio, τινός.

προπρᾱτήρ, ῆρος, ὁ, et προπράτης, (ᾱ) ου, ὁ, (πιπράσκω) i. q. προπώλης, qui ante emit.

προπράτωρ, ορος, ὁ, i. q. προπράτης. (ᾱ)

προπρεών, ῶνος, ὁ, benevolus, Pind.

προπρηνής, ές, idem quod πρηνής.

προπρό, i. q. πρό, Praep. c. gen. 2) Ad, sine intermissione, Ap. Rh. Frequentius in Compositis.

προπροβιάζομαι, i. q. βιάζομαι, Ap. Rh.

προπροθέω, vide προθέω.

προπροκαλύπτομαι, usque quaque obvolvor, seu me involvo amiculo.

προπροκαταΐγδην, adv. procurrendo cum impetu.

προπροκυλίνδομαι, provolvor, supplex fio.

προπροτιταίνω, i. q. προτείνω, Opp.

πρόπρυμνα, adv. (πρύμνα) funditus, prorsus.

πρόπταισμα, ατος, τό, offensio. A seq.

προπταίω, offendo.

προπτόρθιον, τό, prima frons. πρῶτος πτόρθος, primus ramulus.

προπτύω, f. ύσω, (πτύω) exspuo.

πρόπτωσις, εως, ἡ, prolapsio, procidentia, temeritas.

προπτωτικός, ή, όν, temerarius. A seq.

πρόπτωτος, ον, prociduus, caducus.

προπύλαιον, τό, vestibulum domus. τὰ προπύλαια, introitus arcis Athenarum. Proprie neutr. a seq.

προπύλαιος, ον, (πύλη) qui est ante portam, ad vestibulum pertinens.

προπυλίς, ίδος, ἡ, i. q. πρόπυλον.

πρόπυλον, τό, (πύλη) i. q. προπύλαιον: saepius in plur.

προπυνθάνομαι, f. -πεύσομαι, (πυνθάνομαι, irr.) prius audio seu intelligo, praesentio vel praesentisco. 2) prius interrogo, sciscitor, percontor.

προπύργιον, τό, propugnaculum. A seq.

πρόπυργος, ὁ, idem.

προπυρεταίνω, ante febri laboro.

προπυριάω, ante calefacio, foveo.

προπυρόω, (πυρόω) ante ardeo.

πρόπυστος, ον, (προπυνθάνομαι) qui ante audit.

προπωγώνιον, τό, barba anterior.

προπωλέω, sum propola, ut simpl. vendo.

προπώλης, ου, ὁ, propola, dardanarius.

πρόραχος, ὁ, (ῥαχία) aestus maris ante litus.

προρέω vel προῤῥέω, f. ῥεύσομαι, (ῥέω, irr.) profluo. 2) profundo, Hom. h. Ap. 380. si lectio vera.

* προρέω, praes. obsol. unde pf. προείρηκα, pf. pass. προείρημαι, aor. pass. προεῤῥήθην et προεῤῥέθην, f. προειρήσομαι, edico, praedico, promulgo, jubeo.

προροφάω et -ροφέω, it. προροφάνω, (ῥοφάω) ante sorbeo.

προῤῥαίνω, (ῥαίνω, irr.) ante adspergo s. conspergo.

προῤῥαντίζω, f. ίσω, adspergo, inspergo. Schol. Aristoph.

προῤῥήγνυμαι, (ῥήγνυμι, irr.) prorumpo.

πρόῤῥημα, ατος, τό, praedictio, praedictum.

πρόῤῥησις, εως, ἡ, praedictio, vaticinium.

προῤῥητέον, Adj. verb. ab inus. προρέω, prooemium faciendum est; ap. Plat.

προῤῥητικός, ή, όν, vaticinans, vates.

πρόῤῥητος, ον, praedictus.

πρόῤῥιζα, et πρόῤῥιζον, adv. radicitus. A seq.

πρόῤῥιζος, ον; (πρό, ῥίζα) qui una cum radice projicitur, eruitur, qui funditus deletur.

προρυθμίζω, praemoderor, Gl. Vet.

πρός, Dor. et Hom. προτί, ποτί, Praep. I. Cum Genit. 1) a, de loco: saepe potest verti versus, ut πρὸς Νότου, versus Occidentem, proprie: ab Occidente. πρὸς ποταμοῦ καθίσταται τὸ στράτευμα, ad vel prope fluvium. 2) a, junctum verbis passivis, de auctore, ut διδάσκεσθαι πρός τινος, doceri ab aliquo, Il. 11, 831. τὸ ποιούμενον πρὸς Λακεδαιμονίων, quod factum est a Lacedaemoniis, Hdt. 7, 209. item ἔπαινον ἔχειν πρός τινος, laudari ab aliquo. ἀκούειν πρός τινος, accipere ab aliquo. Il. 6, 525. Hdt. 7, 153. cf. Porson. ad Hec. 768. Hinc omnino per, inde a, πρὸς πατρός, a patre, stirpe paterna. πρὸς θεῶν, deorum consilio, divino numine: sub tutela deorum: per deos, judicio divino. δίκαιον vel ἄδικον πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων, justum vel injustum judicio deorum et hominum, Thuc. πρὸς τῶν θεῶν, per deos, obsecrandi formula. 3) ἔστι πρός τινος significat est res vel officium alicujus, convenit alicui. πρὸς σοῦ ἔστι, tuum est. πρὸς δίκης, secundum justitiam. οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρός ἐστι, non unicuique convenit. II. Cum Dat. 1) apud, prope, ad, in. γίγνεσθαι πρὸς τοῖς πράγμασι, occupatum esse negotiis. τὰ πρὸς ποσί, quae sunt ante pedes, praesens rerum status. 2) ad, supra, praeter. πρὸς τούτοις, ad haec, praeterea. πρὸς δέ, sine casu, praeterea. III. Cum Accus. 1) ad, in, versus, adversus, de motu in locum, πρὸς ἠῶ, μεσημβρίαν, ἑσπέραν, ἄρκτον, versus orientem, meridiem, occidentem, septentrionem. πρός τι φέρεσθαι, ferri ad aliquid, ruere in aliquid. 2) erga, contra. 3) ad, inter, de rebus, quae simul sunt, ut πρὸς τὸν αὐλόν, ad tibiarum cantum. πρὸς τὴν σελήνην, luna lucente. 4) ad, de iis quae pertinent, referuntur, spectant ad aliquid, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, quae pertinent ad bellum, res bellicae. τὸ πρὸς τοὺς θεούς, ratio quae inter homines et deos intercedit. 5) pro, secundum, de ratione et proportione, πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ, pro sua cujusque dignitate, Xen. Cyr. 8, 4, 29. οἱ κακοὶ πρὸς τοὺς ἀγαθούς, mali si comparentur cum bonis. πρὸς τὸ συμπῖπτον, ut res ferebat, Xen. 6) propter, in formulis πρὸς τί; quapropter? cur? πρὸς οὐδέν, frustra. πρὸς ταῦτα, propterea. 7) Circumscribit adverbium, πρὸς πάντα, omnino. πρὸς ἀκρίβειαν, accurate. πρὸς φιλίαν, amice. πρὸς βίαν τινός, invito aliquo. IV. Adverbialiter, insuper, praeterea. Plerumque invenitur πρὸς δέ, praeterea vero. πρὸς δὲ καί, praeterea vero etiam. πρὸς δ' ἔτι, porro. — In Compositione indicat motum in locum, accessionem, propinquitatem vel occupationem cum re.

προσάββατον, ου, τό, initium Sabbati, seu dies Sabbatum antecedens.

προσάββατος, ον, Sabbatum antecedens.

προσαγάλλω, (ἀγάλλω) insuper honore afficio; aor. inf. προσαγῆλαι.

προσαγανακτέω, indignor insuper s. ultro.

προσαγγελία, ας, ἡ, nuncius, delatio.

προσαγγέλλω, (ἀγγέλλω) nuncio. 2) defero, indico apud.

προσαγγελτής, οῦ, ὁ, interpellator, delator. A praec.

προσαγελάζω, f. άσω, (ἀγελάζω) adgrego.

προσαγῆλαι, inf. aor. 1. a προσαγάλλω.

προσαγκαλίζομαι, amplector.

προσαγνοέω, insuper vel praeterea ignoro.

προσαγοράζω, emendo addo ei, quod ante habebam: v. c. agrum vicinum.

προσαγόρευμα, ατος, τό, appellatio.

προσαγόρευσις, εως, ἡ, compellatio, salutatio.

προσαγορευτικός, ή, όν, salutatorius. A seq.

προσαγορεύω, f. εύσω, compello, voco, saluto.

προσαγρυπνέω, f. ήσω, noctem insomnem duco in re aliqua, invigilo alicui rei.

προσάγω, f. ξω, aor. 2. προσήγαγον, raro aor. 1. προσῆξα, Thuc. 2, 97. (ἄγω, irr.) adduco, introduco; affero, admoveo. Interdum subintelligitur στρατὸν vel ναῦν, aggredior, appello. 2) adhibeo. 3) Med. mihi adduco, arcesso, allicio, mihi comparo, in me verto, ut ὄμματά τινος: ad me traho, amplector: fruor, vescor. 4) intr. πρόσαγε, sc. σέ, aggredere opus, age, agedum, Theocr.

προσαγωγεύς, έως, ὁ, qui aditum praebet, e. g. legatis ad reges vel principes. 2) conciliator, interpres. A seq.

προσαγωγή, ῆς, ἡ, (προσάγω) aditus, accessus, oblatio. 2) deductio, adductio.

προσαγωγίδης, ου, ὁ, idem quod προσαγωγεύς. 2) auscultator, qui referat audita; ap. Plutarch.

προσαγώγιον, τό, instrumentum fabrorum, per quod ligna curva dirigunt.

προσαγωγίς, ίδος, ἡ, fem. a προσαγωγεύς.

προσαγωγός, όν, (προσάγω) vim habens alliciendi, pellax, illecebrosus.

προσαδικέω, injuria ultro afficio.

προσᾴδω, (ᾄδω) accino. 2) concino.

προσαθροίζω, aggrego, aggero.

προσάθροισις, εως, ἡ, congregatio. A praec.

προσαθυμέω, animum despondeo in re aliqua, c. dat.

προσαθύρω, alludo, colludo. (ῠ)

προσαιθρίζω, (αἰθήρ) versus coelum dirigo, mitto, ut ignis flammam, fumum. Hesych.

προσαίνω, ante blandior, vel abblandiendo ante demulceo.

προσαιονάω, adspergo, perfundo; ut simplex.

προσαιρέομαι, (αἱρέω, irr.) allego, insuper deligo, coopto, eligo.

προσαίρω, (αἴρω, irr.) offero, sublatum adfero. Med. mihi ingero, comedo.

προσαίρω, (σαίρω) ante hio vel inhio.

προσαισθάνομαι, f. σθήσομαι, (αἰσθάνομαι, irr.) simul sentio.

προσαΐσσω, ξω, f. ruo vel prosilio in, accurro, accedo. 2) de cane et adulatore, ut προσσαίρω, προσσαίνω.

προσαιτέω, f. ήσω, insuper peto. 2) stipem peto, mendico. 3) requiro, opus habeo. 4) alloquor, interrogo.

προσαίτης, ου, ὁ, mendicus. A praec.

προσαίτησις, εως, ἡ, mendicitas. Ab eod.

προσαιτιάομαι, f. άσομαι, insuper accuso, vel criminor.

προσαιωρέω, (αἰωρέω) prope tollo. προσαιωρήσασθαι τῇ λόγχῃ hastae innisum se erigere, Diod.

προσακονάω, insuper acuo.

προσακοντίζομαι, jaculis conficior.

προσακούω, f. ούσω, insuper audio.

προσακροβολίζομαι, f. ίσομαι, velitationem cieo, velitarem pugnam ineo.

προσακτέον, Verbale a προσάγω, adducendum, admovendum.

προσαλείφω, f. ψω, allino, seu illino.

προσαλίσκομαι, f. αλώσομαι, (ἁλίσκομαι, irr.) insuper capior. 2) insuper condemnor.

προσάλλομαι, (ἅλλομαι, irr.) adsilio; praesilio.

προσάλπιγξις, εως, ἡ, (σαλπίζω) cantus tubae ante proelium etc.

προσαλπιστὰ δεῖπνα, convivia in quibus omnia, quae fieri deberent, buccinae sono significabantur; ap. Aelian. si lectio vera.

προσαμάομαι, f. ήσομαι, insuper aggero, accumulo. (⏑⏑⏑⏑–)

προσάμβασις, ἡ, poet. pro προσανάβασις.

προσαμέλγω, insuper mulgeo, sc. quum etiamnum lactat sobolem.

προσαμιλλάομαι, aemulor. *προσαμιλλώμενός τινι*, aemulus studiorum, vitiorum etc. alicujus.

προσαμύνω, auxilior, opem fero, *τινί*. 2) ultro propello vel arceo.

προσαμφιέννῡμι, f. *έσω*, Att. *ιῶ*, (*ἀμφιέννυμι*, irr.) insuper induo, Ar.

προσαναβαίνω, f. *βήσομαι*, (*βαίνω*, irr.) insuper adscendo. 2) intumesco, de flumine.

προσαναβάλλω, (*βάλλω*, irr.) una projicio s. ejaculor, inprimis sursum, ap. Aristot.

προσανάβασις, *εως*, *ἡ*, ascensus.

προσαναγιγνώσκω, (*γιγνώσκω*, irr.) lego.

προσαναγκάζω, f. *σω*, insuper cogo. 2) arcte adstringo quid vel adprimo.

προσαναγορεύω, (*ἀγορεύω*) insuper renuncio, Plat.

προσαναγράφω, f. *ψω*, insuper scribo, etiam adscribo.

προσανάγω, f. *ξω*, (*ἄγω*, irr.) adduco, sed versus superiora.

προσαναδέρω, (*δέρω*) insuper excorio.

προσαναδέχομαι, (*δέχομαι*, irr.) exspecto, sc. ut accedat, addatur.

προσαναδίδωμι, do, trado, sc. post alia.

προσαναθλίβω, f. *ψω*, insuper comprimo.

προσαναιρέω, (*αἱρέω*, irr.) insuper tollo. Med. insuper s. praeterea suscipio. 2) insuper occido, contrucido. 3) Med. insuper respondeo, de oraculo.

προσαναισιμόω, impendo, ultra impendo.

προσανάκειμαι, f. *κείσομαι*, deditus et addictus sum, vel devovi me et velut consecravi.

προσανακεράννῡμι, f. *κεράσω*, (*κεράννυμι*, irr.) insuper admisceo.

προσανακῑνέω, in oculis alicujus quatio, vel terrendi, vel incendendi etc. caussa. hinc, ostendo. conf. *προσείω*.

προσανακλαίω, f. *κλαύσομαι*, (*κλαίω*, irr.) defleo apud, una defleo, collacrimo.

προσανάκλιμα, *τό*, id cui quis innititur.

προσανακλίνομαι, (*κλίνω*) accumbo, sc. juxta quem. 2) adjaceo, c. dat.

προσανάκλισις, *εως*, *ἡ*, accubitus. 2) situs juxta quid. A praec.

προσανακοινόομαι, communico cum aliquo.

προσανακουφίζω, sublevo.

προσανακρίνω, uberius exquiro, s. inquiro. (ῑ)

προσανακρούω, et *ούομαι*, exordior, initium dicendi facio.

προσαναλαμβάνω, f. *λήψομαι*, insuper adsumo. 2) adsumo, sumo. 3) recreo.

προσαναλέγομαι, (*λέγω*, irr.) insuper recito seu narro. 2) colligo, congrego ad.

προσαναλικμάω, (*λικμάω*) insuper ventilo, insuper evanno.

προσανᾱλίσκω, f. *ώσω*, (*ἀναλίσκω*, irr.) insuper sumtum facio, impendo.

προσανάλλομαι, (*ἅλλομαι*, irr.) adsilio, subsilio.

προσαναλογίζομαι, insuper cogito.

προσαναμαλάσσω, mollio, subigendo mollio.

προσαναμένω, (*μένω*, irr.) insuper exspecto

προσαναμιμνήσκω, (*μιμνήσκω*, irr.) in memoriam revoco alicui.

προσανανεόω, f. *ώσω*, insuper renovo, insuper in memoriam revoco. item renovo, instauro simpl.

προσαναπαύω, requiem do. *προσαναπαύομαι*, adquiesco.

προσαναπείθω, persuadeo, persuadendo adduco ad partes alicujus.

προσαναπειράομαι, subinde tento, subinde exerceo, v. c. milites.

προσαναπίμπλημι, (*πίμπλημι*, irr.) insuper expleo, repleo, refercio: inficio.

προσαναπίπτω, (*πίπτω*, irr.) recumbo, seu accumbo. (ι natura longum.)

προσαναπλάσσω, Att. *άττω*, f. *σω*, adfingo, vel adjungendo in opere, vel mentiendo in sermone, confingo. *προσαναπλάττομαι*, adhaereo.

προσαναπλέκω, adnecto, adjungo.

προσαναπλέω, f. *πλεύσομαι*, (*πλέω*, irr.) adnato.

προσαναπληρόω, f. *ώσω*, suppleo addendo, repleo aut compleo.

προσαναπτύσσω, explico, insuper replico.

προσανάπτω, adjungo.

προσαναῤῥήγνῡμι, f. *ῥήξω*, (*ῥήγνυμι*, irr.) prorumpere facio, v. c. aquam aperiendo fontem. Med. prorumpo.

προσαναῤῥῑπίζω, f. *ίσω*, denuo exsuscito.

προσαναρτάω, f. *ήσω*, suspendo vel appendo.

προσανασείω, insuper concutio, s. impello. 2) magis irrito s. commoveo, it. commoveo vel incendo simpl.

προσαναστέλλω, cohibeo, reprimo impetum, v. c. equi.

προσανατάσσω, in ordinem redigo.

προσανατείνομαι, insuper minitor, et minor simpliciter, *τινί*.

προσανατέλλω, exorior, surgo, attollor.

προσανατίθημι, et *προσανατίθεμαι*, insuper impono mihi, insuper suscipio. 2) communico et consilia confero cum aliquo, in consilium aliquem adhibeo, *τινά*.

προσανατρέπω, f. *τρέψω*, insuper everto. 2) everto, prosterno.

προσανατρέφω, f. *θρέψω*, alendo corpus reficio, ut carnem recipiat.

προσανατρέχω, f. *δραμοῦμαι*, (*τρέχω*, irr.) procurro in vel ad. 2) redeo narrando ad superiora, altius repeto.

προσανατρίβω, f. *ψω*, (*τρίβω*) attero, leniter frico. Med. *προσανατρίβεσθαί τινι*, disputandi exercitatione uti cum aliquo, Plat.

προσαναφέρω, f. *προσανοίσω*, (*φέρω*, irr.) refero ad, offero. *προσαναφέρειν τῇ βουλῇ*, referre ad senatum, Dion. Hal.

προσαναφῡσάω, f. *ήσω*, (*φυσάω*) leniter, paullatim inflo, incipio inflare, sc. tibiam.

προσαναφωνέω, (*φωνέω*) insuper exclamo.

προσαναφώνησις, *ἡ*, exclamatio.

προσαναχρώννῡμι, (*χρώννυμι*, irr.) colorem addo alicui. Med. transformo me in eosdem colores, eundem colorem sumo.

προσανδραποδίζω, f. *ίσω*, praeterea in servitutem redigo vel abstraho.

προσάνειμι, (*εἶμι*) insuper adscendo, Thuc. 7, 44.

προσανεῖπον, (*εἶπον*, irr.) insuper edico, addo edicto.

προσανενεγκεῖν, inf. aor. 2. a *προσαναφέρω*.

προσανέρομαι, insuper interrogo.

προσανέρπω, f. *ψω*, serpo, seu perrepo ad, vel in.

προσανερωτάω, f. *ήσω*, insuper interrogo.

προσανευρίσκω, (*εὑρίσκω*, irr.) una, insuper reperio.

προσανέχω, f. *ξω*, (*ἔχω*, irr.) nitor. 2) incumbo, confido, deditus sum. 3) exspecto: item sustineo me, quiesco, ut exspectem, sustineo.

προσᾱνής, *ές*, Dor. p. *προσηνής*, Pind.

προσανθέω, f. *ήσω*, (*ἀνθέω*) insuper floreo.

προσανίστημι, rebellionem, seditionem suscito, in aor. 2. perf. et med. rebello, impingor.

προσανοίγνῡμι, it. *προσανοίγω*, f. *οίξω*, (*οἴγνυμι*, irr.) adaperio, aperio.

προσανοικοδομέω, f. *ήσω*, reaedificando adstruo, restaurando aedificatis addo.

προσανοιμώζω, f. *ώξω*, insuper suspiro, vel in ejulatus et fletus erumpo.

προσαντέλλω, poet. pro *προσανατέλλω*.

προσαντεπιτάσσω, contra jubeo, h. e. imperanti aliquid ipse impero.

προσαντέχω, adhaereo, adjunctus sum. 2) resisto, sustineo impetum.

προσάντης, *ες*, (*ἄντα*, vel *ἄντην*) arduus, acclivis, adversus, praeruptus. 2) durus, molestus.

προσαντιλαμβάνω, invicem prehendo.

προσάντιος, *α*, *ον*, contrarius, adversus.

προσαντλέω, haurio. 2) foveo, sc. affusa aqua. v. *ἐπαντλέω*.

προσάντως, adv. (*προσάντης*) aspere, hostiliter, infeste.

προσαξιόω, insuper rogo. 2) rogo, peto, item assidue rogo.

προσαπαγγέλλω, insuper nuncio.

προσαπαγορεύω, insuper veto, nego.

προσαπαιτέω, f. *ήσω*, insuper exigo, desidero, requiro.

προσαπαντάω, f. *ήσω*, occurro.

προσάπαξ, adv. semel, duntaxat.

προσαπατάω, insuper decipio.

προσαπειλέω, f. *ήσω*, insuper minitor, minas addo.

προσαπειλή, *ῆς*, *ἡ*, adjecta interminatio, minae additae.

προσαπεῖπον, (*εἰπεῖν*, irr.) insuper vetui.

προσαπεκδύομαι, (*δύω*, irr.) praeterea exuo.

προσαπεργάζομαι, insuper efficio, aedifico etc.

προσαπερείδομαι, f. *είσομαι*, innitor alicui.

προσαπέρχομαι, insuper discedo.

προσαποβάλλω, insuper amitto, una amitto.

προσαποβλέπω, adspicio.

προσαπογράφω, defero, vel insuper defero apud magistratum. v. *ἀπογράφω*.

προσαποδείκνῡμι, demonstro insuper.

προσαποδίδωμι, addo.

προσαποδύομαι, f. *ύσομαι*, praeterea exuor. 2) accingor rei, paro.

προσαπόθεσις, *εως*, *ἡ*, adsignatio. 2) abjectio, amissio.

προσαποθλίβω, repello, excludo. (ῑ)

προσαποθνήσκω, insuper vel etiam morior.

προσαποκρίνομαι, f. *νοῦμαι*, ultra respondeo, seu plura respondeo, quam interrogatus sum. (ῑ)

προσαποκτείνω, una, insuper occido.

προσαπολαύω, simul reporto; fero, fruor, in utramque partem, ut simplex, quod v. *c. gen.*

προσαπολείπω, desero, relinquo.

προσαπόλλῡμι, (ὄλλυμι, irr.) praeterea vel simul perdo. προσαπόλλυμαι, simul pereo.

προσαπομένω, traho moram, commoror.

προσαποπειράομαι, leniter, paullatim tento, periculum facio.

προσαποπνίγω, suffoco, strangulo. (ῑ)

προσαποῤῥαίνω, (ῥαίνω, irr.) adspergo.

προσαποσκευάζομαι, insuper amulior aut demolior.

προσαποσμήχω, insuper detergo.

προσαποστέλλω, insuper dimitto, una ablego.

προσαποστερέω, insuper privo.

προσαποστρέφω, insuper everto.

προσαποσφάττω, insuper jugulo.

προσαποτείνομαι, dirigo adversus, invehor.

προσαποτίθεμαι, abjicio, omitto.

προσαποτίνω, (τίνω, irr.) insuper solvo. (ῑ Epice; ĭ Attice)

προσαποτίω, poet. p. προσαποτίνω. (ῑ Epice; ĭ Attice.)

προσαποτρίβω, (τρίβω) attero. (ῑ)

προσαποφαίνομαι, insuper commonstro vel adfirmo, insuper statuo.

προσαποφέρω, insuper aufero, s. accipio.

προσαποφράττω, insuper obstruo et obturo.

προσαποψήχω, insuper derado, detergo.

προσάπτομαι, f. ψομαι, leviter, primoribus digitis tango, attingo.

προσάπτω, adjungo, applico, admoveo, adnecto, apto, affigo, adapto, attribuo.

προσαπωθέω, (ὠθέω, irr.) insuper expello, rejicio.

προσάραξις, εως, ἡ, illisio. A seq.

προσαράσσω, Att. άττω, f. ξω, allido, impingo.

προσάρδω, f. άρσω, irrigo.

προσάρηρα, pf. Ion. a προσάρω.

προσαρήρεμαι, pf. pass. Ion. a προσάρω.

προσαρθρόω, f. ώσω, per articulos adnecto.

προσάρθρωσις, εως, ἡ, ossium mobilium naturalis commissura. A praec.

προσα[illegible]μέω, adnumero.

προσα[illegible]στάω, insuper prandeo.

προσαρκέω, f. έσω, auxilio venio, auxilior.

προσαρκτικός, ή, όν, et

προσάρκτιος, ον, (ἄρκτος) septentrionalis.

πρόσαρμα, τό, (προσαίρω) cibus.

προσαρμόζω, adapto, accommodo.

προσαρπάζω, f. άσω et άξω, arripio.

πρόσαρσις, εως, ἡ, (προσαίρομαι) usus cibi, cibus.

προσαρτάω, f. ήσω, appendo, adnecto, conjungo. προσαρτῶμαι, dependeo. 2) deditus sum alicui rei et velut ex ea pendeo, τινί. 3) concilio mihi aliquem et devincio studio, et beneficiis, τινά.

προσάρτημα, ατος, τό, appendix, accessio, veluti ψυχῆς. 2) adfectus (πάθος) sc. qui ex illa animi appendice nascitur. A pr.

προσάρτησις, ἡ, idem et ab eod.

προσαρτίως, adv. integre. 2) cohaerenter.

προσάρτυμα, τό, condimentum.

προσάρχομαι (ἄρχω) i. q. ἐπάρχομαι, praebeo, offero, tribuo, Plut. Thaet. p. 168 cf. Buttmanni Lexilog. p. 103.

προσάρω, f. άρσω, (ἄρω, irr.) adapto, τινί τι.

προσασκέω, f. ήσω, exerceo.

προσαστράπτω, affulgeo.

προσασχολέω, occupo. Pass. προσασχολοῦμαι, occupor.

προσατιμόω, f. ώσω, insuper contumelia afficio.

προσαυαίνομαι, conficior, consumor in re aliqua, ei intabesco.

προσαυγάζω, specto. 2) resplendeo.

προσαυγή, ῆς, ἡ, splendor, lumen.

προσαυδάω, alloquor, compello.

προσαύλειος, ον, (αὐλή) villaticus, rusticanus.

προσαυλέω, f. ήσω, accino tibia.

προσαυλίζω, f. ίσω, in aula sto, commoror.

προσαυξάνω, vel προσαύξω, f. ξήσω, adaugeo, insuper augeo.

προσαύξησις, εως, ἡ, incrementum. A pr.

προσαυτουργέω, f. ήσω, praeterea facio, et operor. 2) insuper excogito.

προσαυτοχειρία, ἡ, suimet interfectio.

προσαφαιρέω, f. ήσω, insuper aufero.

προσαφής, ές, (ἀφή) attiguus, contiguus.

προσαφέψω, f. ψήσω, (ἕψω, irr.) una decoquo.

προσαφή, ῆς, ἡ, attactus.

προσαφίστημι, praeterea et alios ad defectionem sollicito. προσαφίσταμαι, insuper et ipse deficio.

προσαφοδεύω, alvum exonero.

προσαφρίζω, spuma oppleo.

προσβαίνω, f. βήσομαι, adscendo, conscendo.

προσβακχεύω, (βακχεύω) Bacchicum furorem immitto alicui. τινί.

προσβάλλω, adjicio, applico, admoveo, impingo. 2) irruo, adorior, invado, vel urbem, vel exercitum, irruptionem vel impressionem facio.

προσβάρησις, εως, ἡ, (βαρύς) pressus, pressio.

προσβασανίζω, torqueo insuper, vel torqueo.

πρόσβασις, εως, ἡ, (προσβαίνω) adscensus, adscensio. 2) accessus, aditus, adventus, adgressio.

προσβατός, ή, όν, (προσβαίνω) accessus, pervius, τινί, Xen.

προσβιάζομαι, f. άσομαι, (βιάζω) adurgeo, instando cogo. 2) τόπῳ, locum vi capio, Diod. Sic.

προσβιβάζω, f. άσω, admoveo, adjungo, accedere facio, promoveo, adduco, incito, impello.

προσβιβάω, i. q. προσβιβάζω.

προσβιόω, (βιόω, irr.) diutius vivo, superstes sum.

προσβλάπτω, f. ψω, (βλάπτω) noceo insuper, noceo.

προβλασφημέω, male dico insuper.

προσβλέπω, f. ψω, contueor, intueor, adspicio.

πρόσβλεψις, ἡ, adspectus. A pr.

πρόσβλησις, ἡ, (προσβάλλω) adplicatio, adjunctio. Ion.

προσβλητός, ή, όν, adjectus. LXX.

προσβοηθέω, f. ήσω, ad opitulandum accurro, succurro.

προσβοάω, acclamo.

προσβολή, ῆς, ἡ, (προσβάλλω) adjectus seu adjectio, admotio, contagio. 2) impetus, concursus in proelio, conflictus, lucta: item oppugnatio, v. c. urbis. 3) appulsus navium ad terram, locus appulsui opportunus. ἐν προσβολῇ εἶναι, locus dicitur ubi commode appelli ad terram aliquam potest, eaque teneri. 4) aditus, quum ad locum aliquem acceditur.

προσβόρειος, προσβόριος, item πρόσβοῤῥος et πρόσβορος, ον, qui a borea perflatur. 2) ad boream vergens.

προσβράζω, (βράζω) ap. scr. προσβράσσω, ejicio, de mari.

προσβραχής, ές, idem quod προβραχής.

προσβρέχω, f. ξω, insuper irrigo seu madefacio.

προσβωμολοχεύομαι, assentor alicui.

πρόσγαιος, ον, (γαῖα) i. q. seq.

πρόσγειος, ον, (γέα, contr. γῆ) terrae propinquus et contiguus, humilis.

προσγειοῦν, obhumare; de fluminibus, quorum alvei limo opplentur, ita ut cursum mutare inde cogantur.

προσγελάω, f. άσω, arrideo.

προσγενής, ές, (γένος) cognatus.

προσγίγνομαι, vel προσγίνομαι, f. γενήσομαι, (γίγνομαι, irr.) accedo ad aliquem, alicui me adjungo. 2) adnascor, accedo.

προσγλισχραίνω, f. ανῶ, magis glutinosum reddo.

προσγναθίδιον, τό, tegumentum maxillae.

πρόσγραμμα, ατος, τό, quod jam scriptis additum est, adscriptio.

προσγραφεύς, έως, ὁ, adscriptor.

προσγραφή, ῆς, ἡ, adscriptio.

πρόσγραφος, ον, ascriptitius. 2) qui annotatur. 3) recens adscriptus, v. c. civis, miles. A seq.

προσγράφω, f. ψω, insuper scribo, scriptis addo, adscribo. 2) adscribo, i. e. attribuo.

προσγυμνάζω, paullatim exerceo quem, in med. paullatim exerceor. 2) exerceor cum aliquo, contendo cum aliquo.

προσδαίω, (δαίω, irr.) insuper aduro, incendo, πόθον τινί, Pind.

προσδανείζομαι, insuper mutuum sumo, praeter aliam jam ante mutuo sumtam fenebrem pecuniam.

προσδαπανάω, f. ήσω, insuper absumo seu insumo, plures sumtus facio.

πρόσδεγμα, ατος, τό, (προσδέχομαι) susceptio.

προσδεής, ές, (προσδέομαι) qui eget.

προσδέησις, ἡ, inopia.

προσδεῖ, impers. a προσδέομαι, insuper opus est. τινί τινος, Xen.

προσδείκνῡμι, f. ξω, insuper ostendo.

προσδεκτέος, α, ον, Adj. verb. a προσδέχομαι, recipiendus, admittendus, exspectandus.

προσδεκτός, ή, όν, acceptus, gratus.

προσδέομαι, f. δεήσομαι, insuper egeo, τινός. 2) indigeo. 3) insuper rogo, supplex sum. Constr. c. gen., raro c. inf. vel c. acc.

προσδέρκομαι, adspicio.

πρόσδεσις, εως, ἡ, alligatio.

προσδεσμεύω, alligo, adstringo.

προσδεσμέω, idem.

πρόσδετος, ον, alligatus.

προσδέχομαι, f. ξομαι, admitto. 2) exspecto. 3) excipio, sustineo impetum. 4) amo; in N. T.

προσδεύομαι, (δεύομαι) poet. p. προσδέομαι, Dor. ποτιδεύομαι, Theocr. 5, 65.

προσδέω, f. δήσω, (δέω, irr.) alligo, adstringo, adnecto. προσδεδεμένος, aptus.

προσδηλέω, insuper noceo s. perdo.

προσδιαβάλλω, insuper criminor.

προσδιάθεσις, εως, ἡ, adfectio alia alii superveniens.

προσδιαιρέομαι, insuper divido, nova divisione utor.

προσδιαιτάω, f. ήσω, apud aliquem victito.

προσδιαίτησις, εως, ἡ, conversatio et victus apud aliquem. A pr.

προσδιαλέγομαι, f. ξομαι, sermocinor cum aliquo, colloquor, adloquor, adfor.

προσδιάλεξις, εως, ἡ, alloeutio, colloquium.

προσδιαμαρτυρέω, insuper testor.

προσδιαναγκάζω, i. q. προσαναγκάζω.

προσδιανέμω, (νέμω, irr.) insuper divido; in med. in plur. inter se dividere.

προσδιανοέομαι, insuper cogito, considero.

προσδιαπλάσσω, Att. -ττω, f. άσω, (πλάσσω) insuper effingo.

προσδιαπασσαλεύω, trajecto paxillo affigo.

προσδιαπολεμέω, post alia bello subigo.

προσδιαπορέω, f. ήσω, insuper, vel valde dubito.

προσδιαπράσσομαι, Att. προσδιαπράττομαι, insuper efficio.

προσδιαρπάζω, f. Att. άσω, vulg. άξω, (ἁρπάζω, irr.) insuper etiam diripio.

προσδιασαφέω, f. ήσω, insuper explico, et expono simpl.

προσδιαστέλλομαι, nominatim excipio et stipulatione caveo.

προσδιαστολή, ῆς, ἡ, exceptio et conditioni adstricta conventio, quum additur, excepto vel praeter.

προσδιαστρέφω, depravo, corrumpo.

προσδιασύρω, insuper traduco et carpo. (υ longum; in pf. breve.)

προσδιαταράσσω, insuper etiam perturbo.

προσδιατάσσω, Att. ττω, insuper constituo s. praecipio.

προσδιατριβή, ῆς, ἡ, commoratio in aliqua re, usus frequens etc.

προσδιατρίβω, f. ψω, immoror alicui rei, cunctor. (τρῖβω)

προσδιαφθείρω, insuper corrumpo, aut praeterea interficio.

προσδιδάσκω, addoceo, insuper doceo.

προσδίδωμι, insuper do, impertior, addo.

προσδιέρχομαι, (ἔρχομαι, irr.) insuper percurro et enarro.

προσδιηγέομαι, insuper narro, et narro simpliciter.

προσδικάζω, adjudico.

προσδιοικέω, una rego, administro, constituo.

προσδιορίζω, f. ίσω, conditionem addo et restringo verbis id, quod simpliciter enunciatum erat.

προσδιορισμός, οῦ, ὁ, circumscriptio verborum et determinatio. A pr.

προσδιώκω, ulterius persequor, insequor.

σκνίψ, ὁ, raro ἡ, gen. σκνιπός, et σκνιφός, (κνίζω, σκνίπτω) vermiculus ligna erodens: formicae genus ficus arrodens: culex: curculio: vespa. 2) homo avarus.
σκοίδιον, τό, pro σκιάδιον, Hesych.
σκοιός, ά, όν, densus, umbrosus, poet. p. σκιερός.

σκολιάζω, f. άσω, (σκολιός) obliquo, obliquum reddo. 2) oblique et tortuose incedo.
σκολιαίνω, obliquum reddo.
σκολιόβουλος, ον, (βουλή) vafer, fraudulentus.
σκολιόγραπτος, ον, (γράφω) tortuosis, obscuris notis pictus.
σκολιοδρομέω, flexuosum iter carpo. A seq.
σκολιόδρομος, ον, vagus, errabundus.
σκολιόν, rectius σκόλιον, οῦ, τό, (σκολιός) carmen convivale, quod gesta fortium virorum complectebatur, atque a primo cani coeptum, non a secundo, sed ultro citroque ordine incerto excipiebatur.
σκολιόνειρος, ον, qui prava et terrifica somnia videt. Subst. ὁ, malum somnium.
σκολιοπλανής, ές, (πλάνη) oblique incedens.
σκολιός, ά, όν, obliquus, tortuosus, tortus. 2) pravus, perversus, versutus. 3) asper, difficilis, durus.
σκολιότης, ητος, ἡ, tortuositas, curvatura, obliquitas. 2) inaequalitas. 3) pravitas. A pr.
σκολιόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) prava cogitans, qui prava est mente.
σκολιόχειλος, ον, aduncum rostrum habens.
σκολιόω, f. ώσω, tortuosum reddo, perverto.
σκολίωμα, ατος, τό, obliquitas, anfractus, tortuositas. A praec.
σκολίωσις, εως, ἡ, deflexio in obliquum. 2) spinae dorsi depravatio. Ab eod.
σκολιῶς, adv. (σκολιός) tortuose, intorte, oblique. 2) prave, perverse, perplexe.
σκόλλυς, υος, ὁ, villus, cirrus. Legitur et σκόλλις.
σκολόπαξ, ακος, ὁ, gallinago, avis in arbore nunquam sedens. Dicitur et ἀσκαλώπας.
σκολόπενδρα, ας, ἡ, scolopendra, animal e genere multipedum. 2) herba quaedam, scolopendrium.
σκολόπενδρος, ου, ὁ, idem.
σκολοπενδρώδης, ες, scolopendrae formam habens. A praec.
σκολοπίς, ας, ἡ, (σκόλοψ) idem quod σκολόπενδρα. dub.
σκολοπίζω, palo affigo. ἐσκολοπισμένος, palo fixus. perf. pass. part.
σκολοποειδής, ές, (εἶδος) pali seu valli praeacuti formam habens.
σκολοπόεις, όεσσα, όεν, palis seu vallis abundans. A seq.
σκόλοψ, οπος, ὁ, palus praeacutus, vallus, sudes. 2) crux. 3) veru.
σκόλυθρος, ὁ, et σκολύθριον, ου, τό, sella, inpr. Thessalica tripes; item scabellum pedum.
σκόλυμος, ου, ὁ, scolymus, cardui genus.
σκολυμώδης, ες, scolymo similis. A pr.
σκόλυφρος, tetricus. Hesych. v. σκελιφρός.
σκομβρίζω, murmuro. Hesych. Suid. A seq.
σκόμβρος, ου, ὁ, scombrus, piscis.
σκοπάρχης, ου, ὁ, (σκοπός, ἀρχή) speculatorum seu exploratorum praefectus, qui exploratoribus praeest.
σκόπαρχος, ου, ὁ, idem.
σκοπελόδρομος, ον, per rupes ac montes vagans.

σκοπελοειδής, ές, (εἶδος) rupis speciem habens.
σκόπελον, ου, τό, et σκόπελος, ου, ὁ, (σκοπός) scopulus, locus editus, e quo circumjacentia lustrari possunt. 2) rupes in mari prominens.
σκοπευτήριον, ου, τό, specula. A seq.
σκοπεύω, f. εύσω, (σκοπός) speculor, contemplor.
σκοπέω, f. ήσω, it. έομαι, speculor, exploro, quaero. 2) video, observo. 3) considero, expendo. 4) rationem habeo. Ab eod.
σκοπή, ῆς, ἡ, (σκέπτομαι) specula. 2) speculatio, ipsa speculandi actio.
σκόπησις, εως, ἡ, (σκοπέω) contemplatio.
σκοπιά, ᾶς, ἡ, (σκοπή) specula. 2) speculatio.
σκοπιάζω, f. άσω, speculor, e specula observo. A praec.
σκοπιή, Ion. pro σκοπιά.
σκοπιήτης, ου, ὁ, speculator, explorator.
σκόπιμος, ον, (σκοπέω) qui velut scopus spectatur, quem velut scopum nobis proposuimus.
σκοπιωρέομαι, speculor, velut ab alta specula observo. 2) in insidiis collocatus observo. A seq.
σκοπιωρός, οῦ, ὁ, (σκοπιά, οὖρος) custos speculae, qui e specula observat.
σκοπός, οῦ, ὁ, (σκέπτομαι) speculator, explorator, observator, spectator. 2) praefectus, praeses. 3) consilium, propositum, quod spectatur, s. petitur, scopus, quo collimant jaculantes, quod petitur jaculando, meta. metaph.
σκορακίζω, f. ίσω, ad corvos abire jubeo, contumeliose repello, vel tracto, item rejicio, irrideo. (Ab ἐς κόρακας, ad corvos.)
σκορακισμός, οῦ, ὁ, contumeliosa repulsio, qua aliquem ad corvos amandamus: contumelia, rejectio. A praec.
σκορδινάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, pandiculor, extendo membra cum oscitatione.
σκορδινέομαι, οῦμαι, idem. Ion.
σκορδίνημα, ατος, τό, pandiculatio, totius corporis extensio cum oscitatione. vid. etiam κορδίνημα. A praec.
σκορδινισμός, οῦ, ὁ, idem, quasi a σκορδινίζομαι.
σκόρδιον, ου, τό, (σκόρδον) herba quae odorem allii habet.
σκορδοειδής, ές, (εἶδος) allio similis.
σκόρδον, ου, τό, allium, pro σκόροδον, poetae et prosaici recentiores.
σκορδόπρασον, ου, τό, (σκόρδον, πράσον) herba quae gustu et odore porrum et allium refert.
σκορδοπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) allii venditor.
σκορδύλαι, αἱ, scordylae, fetus thynnorum in Ponto ap. Aristot.
σκορδύλος, ου, ὁ, scordylus, piscis quem cordylam vocat Plinius; parvus thynnus.
σκοροδάλμη, ης, ἡ, (σκόροδον, ἅλμη) muria allio condita.
σκοροδίζω, f. ίσω, (σκόροδον) alliis pasco. 2) allium refero. ἐσκοροδισμένος, allio pastus. perf. pass. part.
σκοροδίον, ου, τό, allii caulis, aut ipsum allium.
σκοροδομίμητος, ον, (μιμέομαι) allio

similis, allium imitans, σκοροδομίμητον φύσιν, Aristoph. Athenaei p. 372. ubi antea vulgo legebatur σκοροδομητόν, vitiose.

σκόροδον, ου, τό, allium.

σκοροδοφόρος, ον, (φέρω) ferax allii.

σκοροδόω, coeo, subigo feminam. Hesych.

σκοροδών, ῶνος, ὁ, (σκόροδον) plantarium allii.

σκορπιαίνω, (σκορπίος) exaspero, exacerbo, irrito.

σκορπιανός, ή, όν, in scorpio natus.

σκορπίδιον, ου, τό, parvus scorpius. 2) genus teli vel jaculi, it. machinae bellicae, qua sagittae mittuntur. Dim. a σκορπίος s. σκορπίων.

σκορπίζω, f. ίσω, dissipo, spargo, dispergo. ἐσκορπισμένος, dissipatus. perf. pass. part.

σκορπιόδηκτος, ον, (σκορπίος, δάκνω) a scorpio morsus.

σκορπιοειδής, ές, (εἶδος) scorpio similis.

σκορπιόεις, όεσσα, όεν, ad scorpium pertinens.

σκορπιόπληκτος, ον, a scorpio ictus.

σκορπίος, ὁ, scorpius. 2) piscis marinus aculeatus. 3) herba, Spartium scorpio; Linn. 4) machina bellica, arcubalista, Plut. Marc. 15. dicitur et σκορπίων.

σκορπίουρος, ον, (οὐρά) scorpionis caudam habens, cujus cauda caudae scorpii similis est. 2) genus herbae, quae et ἡλιοτρόπιον.

σκορπιόω, f. ώσω, (σκορπίος) exaspero, exacerbo.

σκορπισμός, οῦ, ὁ, (σκορπίζω) dispersio, dissipatio.

σκορπίτης, ου, ὁ, (σκορπίος) ut σκορπίτης λίθος, scorpites, gemma.

σκορπιώδης, ες, scorpioni similis. 2) ad iracundiam pronus, venenosus, perniciosus, ut scorpio.

σκορπίων, ὁ, i. q. σκορπίος, 4.

σκοτάζω, f. άσω, (σκότος) obscuro, tenebras obduco. 2) obtenebrasco, obscurus fio, tenebris offundor.

σκοταῖος, αία, αῖον, tenebricosus. 2) qui aliquid facit vesperi, seu tenebris ingruentibus.

σκοτασμός, οῦ, ὁ, (σκοτάζω) caligo, obscuritas.

σκοτεινός, ή, όν, (σκότος) tenebrosus, obscurus.

σκοτεινότης, ητος, ἡ, obscuritas. A pr.

σκοτεινοφόρος, ον, (φέρω) tenebras adferens.

σκοτεινῶς, adv. obscure.

σκότειος, α, ον, idem quod seq. et ab eod.

σκοτεινός, ή, όν, (σκότος) tenebrosus, obscurus.

σκοτεύω, clam, sive tenebricoso tempore, aufugio.

σκοτία, ας, ἡ, tenebrae.

σκοτιαῖος, α, ον, idem quod σκοταῖος.

σκοτίας, ου, ὁ, tenebrio, fugitivus.

σκοτίζω, f. ίσω, (σκότος) obscuro, tenebras obduco.

σκότιος, ία, ιον, tenebricosus. 2) furtivus. 3) obscuris natalibus ortus, spurius.

σκοτισμός, οῦ, ὁ. (σκοτίζω) vertigo, Philox. quasi tenebricatio, quia caligo oculis offunditur.

σκοτίτης, ου, ὁ, i. q. σκότιος, epith. Jovis, ut κελαινεφής.

σκοτοβινιάω, (βινέω) in tenebris coeo cum aliqua Ar.

σκοτοδασυπυκνόθριξ, τριχος, ὁ, (σκότος, δασύς, πυκνός, θρίξ) nigrum, hirtum et densum capillitium habens. Aristoph.

σκοτόδειπνος, ον, (δεῖπνον) qui sine accensa candela coenat in tenebris, s. qui convivis sordidis utitur.

σκοτοδινέω, f. ήσω, vertigine tenebricosa laboro.

σκοτοδίνη, ης, ἡ, vertigo tenebricosa. (ῑ)

σκοτοδινία, ας, ἡ, idem, a praec.

σκοτοδινίασις, ἡ, idem. a seq.

σκοτοδινιάω, f. άσω, idem quod σκοτοδινέω.

σκοτόδινος, ου, ὁ, (σκότος, δίνη) vertigo tenebricosa, quum omnia circumagi atque nigra esse videntur.

σκοτοειδής, ές, (εἶδος) tenebricosus.

σκοτόεις, όεσσα, όεν, (σκότος) tenebricosus.

σκοτοεργός, όν, (ἔργον) qui in obscuro opus perficit.

σκοτοιβόρος, ον, (σκοτός, βορά) dolosus, fraudulentus.

σκοτόμαινα, ἡ, Att. p. σκοτομήνη, Lobeck. Phryn. p. 499.

σκοτομήδης, ες, (μῆδος) occultus in consiliis, fraudulentus.

σκοτομήνη, ης, ἡ, (μήνη) tenebrosa nox, illunis.

σκοτομηνία, ας, ἡ, idem et ex eod.

σκοτομήνιος νύξ, nox illunis, tenebricosa, Od. 14, 457.

σκότος, ου, ὁ, vel εος, τό, tenebrae, caligo.

σκοτόω, f. ώσω, obscuro, tenebras obduco. 2) vertigine occupo. σκοτοῦμαι, tenebrasco, vertiginor. A praec.

σκοτώδης, ες, tenebrosus, tenebricosus. 2) vertigine laborans. Hinc τὰ σκοτώδεα, Subst. vertigines, oculorum caligines.

σκότωμα, ατος, τό, (σκοτόω) vertigo.

σκοτωματικός, ή, όν, vertiginosus. 2) qui vertigines facit.

σκότωσις, εως, ἡ, (σκοτόω) obscuratio, tenebrae. 2) vertigo.

σκυβαλίζω, (σκύβαλον) vilipendo, adspernor, rejicio. σκυβαλίζομαι, rejicior.

σκυβαλικός, ή, όν, (σκύβαλον) ut σκυβαλικὸν ἀργύριον, argentum vile.

σκυβάλισμα, ατος, τό, (σκυβαλίζω) res quae rejicitur, nullius pretii.

σκυβαλισμός, οῦ, ὁ, rejectio rei, quam vilipendimus.

σκύβαλον, ου, τό, stercus, fimus, retrimentum, minutiae, quisquiliae, faex.

σκυβαλώδης, ες, faeculentus. A praec.

σκύδμαινος, η, ον, tetricus, tristem vultum prae se ferens. A seq.

σκυδμαίνω, i. q. σκύζομαι, irascor, succenseo. 2) tristi seu tetrico sum vultu.

σκύζα, ης, ἡ, catulitio, libido et appetitus coeundi.

σκυζάω, catulio, gannio. 2) in Venerem pronus sum. A praec.

σκύζομαι, irascor, τινί, Hom. ira tumeo, indignor. — Act. σκύζω non est usitatum.

σκυθάριον, τό, lignum scythicum.

Σκύθης, ου, ὁ, Scytha, qui est e Scythia. 2) homo ferus.

Σκυθίζω, f. ίσω, Scythas imitor. 2) Scythis faveo, Scythicarum partium sum. 3) ebrius sum. 4) Scythico more tondeo vel rado. A praec.

Σκυθικός, ή, όν, (Σκύθης) Scythicus. Hinc Σκυθικαί, αἱ, calceamenti genus.

Σκυθικῶς, adv. more Scytharum.

Σκυθίς, ίδος, ἡ, mulier e Scythis.

Σκυθιστί, adv. Scythice, lingua et more Scytharum.

σκύθος, ὁ, Aeol. p. σκύφος.

Σκυθοτοξότης, ου, ὁ, sagittarius Scythicus. 2) qui in arte sagittandi Scythas imitatur.

σκυθράζω, f. άσω, (σκυθρός) vultu sum tetrico et maesto.

σκύθραξ, ακος, ὁ, adolescens, puber.

σκυθρός, ά, όν, (σκύζομαι) tristis, tetricus vultu, severus.

σκυθρωπασμός, οῦ, ὁ, vultus tetricus et maestus, supercilium tetricum. A seq.

σκυθρωπάζω, f. άσω, (σκυθρωπός) vultu tetrico et tristi sum, contristor, maestus sum, aegre fero.

σκυθρωπέω, idem et ab eod.

σκυθρωπός, ή, όν, (σκυθρός, ὤψ) tristem vultum gerens, austerus, vultuosus, morosus, difficilis. Dicitur non modo de personis, sed etiam de rebus tristibus auditu, de saevitia poenarum, item de rebus quae specie sua terrorem incutiunt, ut lictores, fasces, secures.

σκυθρωπότης, ητος, ἡ, maestitia, tristitia, tetrica et superciliosa facies. A praec.

σκυθρωπῶς, adv. vultu tetrico et superciliis contractis. Ab eod.

σκυλάκαινα, canicula. Dimin. a σκύλαξ.

σκυλακεία, ας, ἡ, (σκυλακεύω) canum admissura. 2) catulorum educatio.

σκυλάκειος, εία, ειον, (σκύλαξ) catulinus.

σκυλάκευμα, ατος, τό, catulus.

σκυλακεύω, f. εύσω, (σκύλαξ) canes admitto. 2) canes alo, catulos educo.

σκυλακία, ἡ, catuli, vel catulorum educatio.

σκυλακηδόν, adv. more catulorum.

σκυλακινός, ή, όν, catulinus.

σκυλάκιον, ου, τό, catellus. Dim. a σκύλαξ.

σκυλακῖτις, ἡ, Epith. Dianae, quia est venatrix et canes comites habet.

σκυλακώδης, ες, caninus, inverecundus. τὸ σκυλακῶδες, mos catulorum, item infantium, cunctis assiliendi et blandiendi.

σκύλαξ, ακος, ὁ et ἡ, catulus, catellus: canis. 2) catena collum cingens.

σκῦλατικός, ή, όν, praedatorius. ἡ σκυλατική, praedatrix, bellatrix. Epith. Minervae. A seq.

σκῦλάω, (σκῦλον) spolio.

σκυλεία, ας, ἡ, (σκυλεύω) spoliatio.

σκύλευμα, ατος, τό, spolium. (ῡ)

σκύλευσις, εως, ἡ, spoliatio. (ῡ)

σκῦλευτής, οῦ, ὁ, spoliator. A seq.

σκῦλεύω, (σκῦλον) spolio, i. e. victo hosti arma detraho s. caesae bestiae cutem detraho: hinc omnino praedor. Constr. τινά τι, τί ἀπό τινος et τινὰ τινος.

σκῦλήτρια, ας, ἡ, (σκυλάω) spoliatrix, praedatrix.

σκῦληφόρος, ον, poet. p. σκυλοφόρος.

σκύλια, ων, τά, (σκύλαξ) caniculae, pisces.

σκύλλαρος, ου, ὁ, parva squilla; ap. Aristot.

σκύλλω, aor. ἔσκῦλα, cutem detraho, unde dilacero, crucio, vexo, fatigo.

σκύλμα, ατος, τό, vexatio. σκύλματα κόμης, laniatus comae; in Epigr. A praec.

σκυλμός, οῦ, ὁ, (σκύλλω) vexatio, fatigatio.

σκυλοδεψέω, f. ήσω, coriariam exerceo.

σκυλοδέψης, it. σκυλαδέψης, ου, ὁ, (δέψω) coriarius.

σκυλόδεψος, ὁ, it. σκυλάδεψος, i. q. σκυλοδέψης.

σκῦλον, sive σκύλον, ου, τό, spolium, exuviae, praeda. 2) pellis detracta, tegmen.

σκύλος, εος, τό, poet. p. σκῦλον.

σκῦλοφόρος, ον, (φέρω) qui spolia fert, exuvias ferens. 2) spoliator.

σκυλοχαρής, ής, (χαίρω) spoliis seu exuviis gaudens.

σκῦλόω, (σκῦλον, 2.) cooperio, tego

σκύλσις, ἡ, (σκύλλω) i. q. σκυλμός.

σκυμναγωγέω, (σκύμνος, ἀγωγή) catulos (sc. leonis) alo, educo, de leaena.

σκυμνεύω, (σκύμνος) alo catulos vel catulum.

σκυμνίον, ου, τό, catulus. Dim. a seq.

σκύμνος, ου, ὁ, catulus, proprie leonis.

σκυμνοτοκέω, f. ήσω, (τίκτω) catulos pario. 2) dicitur etiam de piscibus.

σκύνιον, ου, τό, summa palpebra, cilium.

σκύπφειος, εία, ειον, v. σκύφειος. A seq.

σκύπφος, ὁ, v. σκύφος.

σκυραω, σκυρόω, poet. p. σκιρτάω, Nic. nisi rectius nunc legitur σκιρόω.

σκυρθάλιος, ὁ, et σκύρθαξ, ακος, ὁ, it. σκύθραξ, i. q. κυρσάνιος, Lacon. p. νεανίας, juvenis. (Fortasse derivandum a σκιρτάω.)

σκύριον, τό, i. q. σκύρον.

σκύρον, τό, herba, quae et erythrodanum dicitur, Nic.

σκῦρον, τό, i. q. λατύπη.

σκυρός, ά, όν, i. q. σκιῤῥός.

σκῦρόω, in lapidem verto: unde σκυρωθῆναι, in lapidem verti. A praec.

σκῦρώδης, ες, petrosus.

σκῦρωτός, ή, όν, (σκυρόω) idem, asper. Epith. viae.

σκυτάλη, ης, ἡ, (σκῦτος) scutica, lorum. 2) fustis, clava. it. vectis. 3) apud Lacedaemonios genus secretae epistolae; etiam genus serpentis, quod est longum instar baculi.

σκυταληφορέω, clavam vel vectem fero. A seq.

σκυταληφόρος, ον, (σκυτάλη, φέρω) clavam gerens, scuticam, virgam seu vectem ferens.

σκυταλίας, ου, ὁ, σκυτάλῃ similis, teres, oblongus.

σκυτάλιον, ου, τό, vectis, clava, fustis, baculus. 2) herba, Lat. etiam umbilicus Veneris. Dim. a σκυτάλη.

σκυταλίς, ίδος, ἡ, baculus, virga. 2) vectis. 3) parva scytala, adhibita in circuitione vigiliarum. 4) strigilis. 5) instrumentum ad ignem jaculandum.

σκυταλισμός, οῦ, ὁ, fustuarium, quasi a σκυταλίζω.

σκύταλον, ου, τό, clava, fustis.

σκυταλόω, f. ώσω, fuste caedo. A praec.

σκυταλωτός, ή, όν, virgatus.

σκῦτάριον, τό, Dim. a σκῦτος.

σκῦτεῖον, ου, τό, (σκυτεύς) sutrina, officina sutoris.

σκύτειος, εία, ειον, sutorius, ad sutorem pertinens. (ῡ)

σκῦτεύς, έως, ὁ, sutor, coriarius, cerdo.

σκῦτεύω, f. εύσω, artem sutoriam seu coriariam factito, sum cerdo. A praec.

σκύτη, Dor. σκύτα, ἡ, caput, Archil. fr. 99.

σκυτικός, ή, όν, e corio factus. 2) coriarius.

σκύτινος, ίνη, ινον, e corio factus. (ῡ)

σκυτίς, ίδος, ἡ, pellicula, parvum corium. Dim. a σκῦτος.

σκῦτοβραχίων, ονος, ὁ, ἡ, loreum brachium habens. (ῐ Ion. ῑ Att.)

σκῦτοδεψέω, f. ήσω, pelles mollio seu subigo, ut coriarii solent. 2) pelles tingo. A seq.

σκῦτοδέψης, ου, ὁ, (δέψω) coriarius, cerdo, qui pelles subigit.

σκῦτοδεψικός, ή, όν, ad coriarium pertinens. A praec.

σκῦτόδεψος, ὁ, idem quod σκυτοδέψης, et ex eod.

σκῦτος, εος, τό, corium, pellis, flagrum, scutica. (Scribitur et σκύτος, sed falso.

σκῦτοτομέω, f. ήσω. (σκυτοτόμος) sutoriam exerceo, incido coria.

σκῦτοτομία, ἡ, sutoria, coriaria.

σκῦτοτομικός, ή, όν, ad artem sutoriam, sive qui eam factitat, pertinens.

σκῦτοτόμιον, τό, sutrina. A seq.

σκῦτοτόμος, ον, (σκῦτος, τέμνω) qui coria scindit ad calceos, lora, et similia conficienda, sutor.

σκῦτοτραγέω, (τρώγω, τραγεῖν) corium arrodo.

σκῦτοφάγος, ον, (φαγεῖν) corium devorans, corrodens.

σκῦτόω, f. ώσω, (σκῦτος) corio obduco.

σκῦτώδης, ες, corio similis.

σκυφίον, ου, τό, parvum poculum. Dimin. a σκύφος.

σκυφοειδής, ές, (εἶδος) scyphi formam habens, scypho similis.

σκύφος, ου, ὁ, et εος, τό, vas exsculptum et concavum, ut κύφος, n. 2. scyphus, poculum majus. Scribitur et σκύπφος.

σκύφωμα, ατος, τό, idem. Aesch.

σκωληκίασις, ἡ, vitium rerum quae corruptione vermiculantur.

σκωληκιάω, (σκώληξ) vermibus scateo, vermes genero; vermino. σκωληκιῶν, verminosus.

σκωληκίζω, f. ίσω, vermem refero, et σκωληκίζομαι, vermium modo moveor.

σκωλήκιον, ου, τό, vermiculus. Dim. a σκώληξ.

σκωληκόβρωτος, ον, (βιβρώσκω) a vermibus exesus seu erosus.

σκωληκοειδής, ές, (εἶδος) vermis speciem gerens, vermiculo similis.

σκωληκοποιέω, idem quod seq.

σκωληκοτοκέω, f. ήσω, (σκωληκοτόκος) vermes genero, seu procreo.

σκωληκοτοκία, ας, ἡ, vermium procreatio vel generatio. Ab eod.

σκωληκοτόκος, ον, (τίκτω) vermes pariens, vermes generans.

σκωληκοφάγος, ον, (φαγεῖν) vermibus vescens.

σκωληκόω, f. ώσω, (σκώληξ) vermibus infesto. σκωληκοῦμαι, vermiculor, vermibus scateo.

σκωληκώδης, ες, vermem imitans, vermi similis.

σκωλήκωσις, εως, ἡ, (σκωληκόω) idem quod σκωληκίασις.

σκώληξ, ηκος, ὁ, vermis, lumbricus. 2) filum. 3) placentae genus. 4) Aeol. i. q. κολόκυμα. 5) i. q. ἄντλος, acervus frumenti.

σκωλοβάτης, ου, ὁ, (σκῶλος, βαίνω) vermiculus frumento noxius. Hesych.

σκωλοβατίζω, claudus ligneo pedi innitor, grallis incedo.

σκῶλον, ου, τό, offendiculum, impedimentum in via occurrens. 2) lignum praeacutum.

σκῶλος, ου, ὁ, spinae genus, quod in igne versatum validius evadit. 2) idem quod praec.

σκωλύπτομαι, volutor, obliquo tractu moveor, ap. Nicand. dub.

σκῶμμα, ατος, τό, (σκώπτω) cavillum; cavillatio, sales, dicterium, jocus mordax.

σκωμμάτιον, ου, τό, mordax dicterium, cavillum. Dim. a praec.

σκωπαῖος, ὁ, nanus.

σκώπευμα, τό, visus procul aliquid adspicientium.

σκώπτης, ου, ὁ, (σκώπτω) cavillator, derisor, dicax, scurra, scommata jactitans.

σκωπτικός, ή, όν, qui scommatis dicteriisque mordacibus incessere solet, dicax, mordax, dicaculus.

σκωπτικῶς, adv. illudendi caussa.

σκωπτολης, ου, ὁ, (σκώπτω, ὄλλυμι) qui acerbis et mordacibus dictis perdit quasi et proscindit homines, cavillis et scommatis gaudens.

σκώπτρια, ἡ, fem. a σκώπτης.

σκώπτω, f. ψω, cavillor, contumelioso gestu subsanno, dicteriis mordacibus irrideo. 2) ludo, simpliciter.

σκώρ, σκατός, τό, stercus, oletum, merda.

σκωραμίς, ίδος, ἡ, vas in quo ventris onus reponitur. A praec.

σκωρία, ας, ἡ, scoria, faex metalli. 2) retrimentum, stercus, excrementum. Ab eod.

σκωριοειδής, ές, (εἶδος) stercori similis.

σκώψ, σκωπός, ὁ, avis e genere noctuarum, noctua, bubo. 2) genus saltationis. 3) gestus eorum qui manu curva oculis admota acutius cernunt, Athen. p. 629. f. (Radix est σκέπτομαι.)

σκῶψις, εως, ἡ, (σκώπτω) derisio, quae fit dictis mordacibus, cavillatio.

σμαραγδίζω, f. ίσω, (σμάραγδος) smaragdum colore refero.

σμαράγδινος, ίνη, ινον, smaragdinus, e smaragdo factus.

σμαράγδιον, τό, idem quod σμάραγδος.

σμαραγδίτης, ου, ὁ, ut σμαραγδίτης λίθος, smaragdus.

σμάραγδος, ὁ, ap. Theophr. ἡ, smaragdus, gemma.

σμαραγέω, f. ήσω, resono, strepitum edo, strido.

σμαραγή, ῆς, ἡ, strepitus, stridor. Oppian. A praec.

σμαραγίζω, f. ίσω, idem quod σμαραγέω.

σμάραγνα, ἡ, (σμαραγέω) flagellum.

σμαράσσω, i. q. μαράσσω, σμαραγέω, dub.

σμαρίς, ίδος, ἡ, piscis quidam pusillus, smaris.

σμάω, Ion. σμέω, f. σμήσω, Dor. σμάσω, praes. contr. σμῶ, σμῇς, σμῇ, inf. σμῆν, aor. p. ἐσμήχθην, a σμήχω, abstergo, detergo, purgo.

σμερδαλέος, έα, έον, (μέρδω) adspectu seu intuitu terribilis. Hinc σμερδαλέον vel σμερδαλέα, adv. horrendum in modum, horribiliter, terribiliter.

σμερδνός, ή, όν, idem et ab eod. Subst. σμέρδνος, ὁ, pro robure, vel impetu. Hesych.

σμέω, idem quod σμάω, Ion.

σμῆγμα, ατος, τό, (σμήχω) smegma, quo utimur in abstergendo, lomentum.

σμηγματοπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) lumentarius, qui lomenta vendit.

σμηγματώδης, ες, smegmatis formam, vim habens.

σμήκτης, ου, ὁ, (σμήχω) pumicator, politor.

σμηκτικός, ή, όν, abstergendi vim habens. A praec.

σμηκτίς, ίδος, ἡ, idem. substant.

σμητρίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

σμήλη, ης, ἡ, (σμέω) sapo, smegma, quo ad abstergendum utimur.

σμῆμα, ατος, τό, idem et ab eod.

σμηνίον, ου, τό, alveare, examen. Dim. a σμῆνος.

σμηνοδόκος, ον, (σμῆνος, δέχομαι) qui excipit apum examina.

σμηνοκόμος, ὁ, (κομέω) curator apum.

σμῆνος, εος, τό, examen apum. 2) alveare, metaph. magna multitudo.

σμηνουργεῖσθαι, (ἔργον) dicuntur apes quum fetificant et examina ponunt.

σμῆξις, εως, ἡ, (σμήχω) purgatio, quae fit detergendo.

σμήριγξ, γγος, ὁ, pro μήριγξ, idem quod seq.

σμήρινθος, ὁ, v. μήρινθος.

σμήχω, f. ξω, (σμάω) abstergo, extergo, detergo.

σμῑκρίνης, ου, ὁ, (σμικρός) in tenuissimis rebus avarus.

σμῑκροκήρυξ, κος, ὁ, tenuis praeco.

σμῑκρολογέω, usitatius, σμικρολογέομαι, σμικρολογία, σμικρολόγος, σμικρολόγως, v. in μικρολογέω etc.

σμῑκρομερής, ές, v. μικρομερής.

σμῑκροπρέπεια, σμικροπρεπής, σμικροπρεπῶς, vid. μικροπρέπεια etc.

σμικρός, ρά, όν, Attice pro μικρός.

σμῑκρότατα, adv. superl. minime. A pr.

σμῑκρότης, ητος, ἡ, v. μικρότης.

σμῑκρόφθαλμος, ὁ, ἡ, parvos oculos habens.

σμῑκροφωνία et σμικρόφωνος, σμικροφώνως, vid. μικροφωνία.

σμῑκρύνω, v. μικρύνω.

σμῖλαξ, ακος, ἡ, taxus. 2) arbor a taxo diversa, folium habens ilicis. 3) smilax, frutex hortensis, hederae similis, herba coronaria, phaseolus.

σμίλευμα, ατος, τό, segmen scalpro amputatum, ramentum. σμιλεύματα, minutiae. (- - ᴗ) A seq.

σμῑλεύω, f. εύσω, scalpello amputo. A seq.

σμίλη, ης, ἡ, scalprum. (- -)

σμῑλίον, ου, τό, scalpellum. Dim. a pr.

σμῑλιωτός, ή, όν, scalpro similis.

σμῖλος, ἡ, arbor, abieti similis. Nicand.

σμίνθα, ας, ἡ, mus domesticus. Aeolice.

σμινθεύς, έως, ὁ, Smintheus, cognomen Apollinis. A σμίνθα, ut quidam Gramm. volunt.

σμίνθος, ου, ὁ, idem quod σμίνθα.

σμινύδιον, τό, Dim. a σμινύη.

σμινύη, ἡ, bidens, ligo, rastrum, sarculus.

σμινυός, όν, ad ligonem pertinens.

σμινύς, ύος, et ύδος, ἡ, i. q. σμινύη.

σμίρις, ιδος, ἡ, idem quod σμύρις.

σμυγερός, ρά, ρόν, aerumnosus, poet. p. μογερός.

σμυγερῶς, adv. aerumnose.

σμύλα et σμύλλα, ἡ, piscis quidam.

σμύξων, ὁ, v. μύξων, μύξινος.

σμύραινα, ἡ, poet. p. μύραινα. (- - ᴗ)

σμύραινος, ὁ, piscis incerti generis. (- - ᴗ)

I. σμυρίζω, (σμύρις) polio.

II. σμυρίζω, poet. p. μυρίζω, ungo, Archil. fr. 35. nisi pro ἐσμυρισμένος leg. ἐσμυρνισμένος.

σμύρις, ιδος, ἡ, smyris, lapis, quo annularii et gemmarii utuntur ad expoliendas gemmas.

σμύρισμα, τό, (σμυρίζω, I.) quod politum est. Dim. σμυρισμάτιον, τό.

σμυρίτης, ου, ὁ, λίθος, smyrites, lapis. A praec.

σμύρνα, ης, ἡ, (μύῤῥα) myrrha. 2) Smyrna, urbs.

σμυρνίζω, myrrha imbuo. ἐσμυρνισμένος, myrrhatus, perf. pass. part. A praec.

σμύρνινος, ίνη, ινον, myrrhinus. Ab eodem.

σμύρνιον, ου, τό, planta myrrham resipiens. Ab eod.

σμυρνοειδής, ές, (εἶδος) myrrhae similis. τὸ σμυρνοειδές, herba, quae et κληματίς dicitur.

σμυρνοφόρος, ον, myrrhae ferax.

σμύχω, f. ξω, proprie de igne latente sine flamma et paullatim rem consumente. Unde 2) paullatim attero, absumo, velut lenta tabe corrumpo; de doloribus et cruciatibus animi. σμυγείς, exustus. aor. 2. part. pass.

σμώδιγξ, ιγγος, ἡ, idem quod σμῶδιξ.

σμωδικόν, τό, pharmacum ad vibices; ap. Hippocr.

σμῶδιξ, ικος, ἡ, vibex, livor ab ictu.

σμώχω, f. ξω, i. q. σμάω, σμήχω, attero, abstergo, purgo. 2) convicior; it. verbero. 3) attero, contero, Ar.

σοβαρεύομαι, f. εύσομαι, (σοβαρός) insolenter et fastose me infero, superbe incedo, cum impetu ruo, feror.

σοβαροβλέφαρος, ον, (βλέφαρον) qui fastoso et superbo est supercilio.

σοβαρός, ά, όν, (σοβέω) severus, tetricus, durus, concitatus, violentus, impetuosus, acer, vehemens de vento; fastosus, magnificus. 2) qui gravi passu, gestu, toto habitu incedit.

σοβαρῶς, adv. superbe, fastose, insolenter et superbe se inferendo. 2) concitate, violenter, magno impetu.

σοβάς, άδος, ἡ, quae insolenter et superbe se infert, de meretricibus. 2) citato gradu incedens, ut Baccha. 3) saltatio ridicula. A seq.

σοβέω, f. ήσω, abigo, expello. 2) insolenter incedo. σεσοβημένος, concitatus, perf. pass. part. A seq.

σόβη, ης, ἡ, muscarium, cauda, Gl. Vet.

σόβησις, ἡ, (σοβέω) expulsio. 2) impetus, incessus celerior. 3) inquietudo, festinatio.

σόγκος, et σόγχος, ου, ὁ, soncus, vel sonchus, cucurbita, lactuca leporina.

σογκώδης, et σογχώδης, ες, sonco vel soncho similis.

σολοικία, ας, ἡ, vid. σολοικισμός.

σολοικίζω, f. ίσω, (σόλοικοι) Soloecos in loquendo imitor, loquor more non probato.

σολοικισμός, οῦ, ὁ, soloecismus, vitium sermonis contra Syntaxin. metaph. quidquid perperam fit, non recte aut ordine. A praec.

σολοικιστής, οῦ, ὁ, qui in loquendo soloecismum admisit. Ab eod.

σόλοικοι, ων, οἱ, Soloeci, coloni Attici, qui Solis, Ciliciae urbe, habitantes, Attica puritate relicta, linguam ex Attica et Soloeca mixtam loquebantur. 2) barbari, barbare et vitiose loquentes. Hinc Σόλοικος, natura et moribus barbarus, ineptus, insulsus.

σολοικοφανής, ές, (σόλοικος, φαίνομαι) soloecismi speciem habens, quum sit rectus.

σολοιτύπος, ὁ, (σόλος, τύπτω) faber ferrarius.

σόλος, ου, ὁ, (σέλλω) massa ferri solidi, *proprie*, atque adeo quaevis massa bene compacta, solida. 2) discus lapideus et pertusus, quo in exercitationibus utebantur.

σομφός, ή, όν, inanis, fungosus, spongiosus.

σομφότης, ητος, ἡ, inanitas, fungositas. A praec.

σομφώδης, ες, idem quod σομφός.

σόομαι, v. σοῦμαι.

σόος, ὁ, contr. σοῦς, (σόομαι) motus celer impr. in acclivia.

σόος, σόη, σόον, Ionice i. q. σῶς, salvus, incolumis, sospes, integer, perfectus. 2) salutaris.

σορέλλην, ὁ, (σορός, Ἕλλην) ut σοροδαίμων, senex morti vicinus.

σορεύω, (σορός) cadavera in loculo condo.

σορηδόν, adv. modo loculi seu busti. Ab eod.

σοροδαίμων, ονος, ὁ, (δαίμων) daemon capularis, larva bustuaria seu sepulcralis. 2) senex capularis et morti vicinus.

σοροπηγός, οῦ, ὁ, (πήγνυμι) qui loculos compingit, sandapilarum fabricator.

σορόπληκτος, ον, (πλήσσω) quasi dicatur a loculo percussus, i. e. loculo mox includendus, senex capularis.

σοροπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, idem et ex eod.

σορός, οῦ, ὁ, loculus, conditorium, capulus, arca funebris.

σορωνίς, ίδος, ἡ, abies vetusta.

σός, σή, σόν, (σύ) tuus, tua, tuum.

σοῦ, gen. sing. a σύ. 2) gen. sing. masc. a σός.

σουδάριον, ου, τό, sudarium. Vox Lat.

σούκινος, ίνη, ινον, e succino factus. cf σούχιον.

σοῦμαι, contr. p. σόομαι, 3 sing. σοῦται, imperat (σοῦ) σοῦσο, σούσθω, σοῦσθε, inf. σοῦσθαι, (σόος, σοῦς) i. q. σεύομαι, ἔσσυμαι, ruo, curro, festino: fugio — σεῦται p. σοῦται, Soph. Trach. 645.

σοῦς, ὁ, contr. p. σόος, ὁ, q. v.

σοῦσθαι, inf. a σοῦμαι.

σοῦσθε, σούσθω, imperat. a σοῦμαι, cito!

σούσινος, ίνη, ινον, (σοῦσον) e liliis confectus.

σοῦσις, ἡ, (σοῦμαι) i. q. σόος, σοῦς,

motus celer, cursus, festinatio, dub.

σοῦσον, τό, lilium, Dioscor. 1. 52. vox Persica vel Hebraica a שׁוּשׁ. Hinc Σοῦσα, τά, Susa, caput imperii Persici.

σούχιον, τό, succinum, vox Lat.

σοῦχος, ὁ, crocodilus ita vocabatur in parte Aegypti, teste Strabone.

σούω, v. σούομαι.

σοφία, ἡ, Ion. σοφίη, (σοφός) ars et scientia quaevis. 2) sapientia, intelligentia. 3) doctrina.

σοφίζω, f. ίσω, sapientem reddo, doceo sapientiam, et simpliciter doceo. pass. σοφίζομαι, sapientiam doceor, seu disco. Med. argute aliquid comminiscor, vel conficio, artem in aliqua re exprimo, de oratoribus et poetis. 2) dolose et fraudulenter dico. it. callide eludo: cavillor.

σόφισμα, ατος, τό, inventum quodcunque, etiam in bonam partem: sed maxime inventum callidum, consilium aut facinus astutum, acuta fallacia: commentum. A praec.

σοφισματικός, ἡ, όν, captiosus, dolosus, cavillationum peritus. 2) cavillatorius. A praec.

σοφισμάτιον, τό, Dim. a σόφισμα.

σοφισμός, οῦ, ὁ, (σοφίζω) callida nimia et coacta interpretatio.

σοφιστεία, ας, ἡ, ars sophistica, inanis sapientia, idem quod σόφισμα, argutia. 2) species sapientiae, imitatio sapientiae. A seq.

σοφιστεύω, f. εύσω, (σοφιστής) artem dicendi doceo, item, exerceeo dicendo. 2) philosophor. 3) argutor.

σοφιστήριον, ου, τό, schola, inpr. rhetoris. 2) commentum. Ab eod.

σοφιστής, οῦ, ὁ, (σοφίζω) sophista, doctus et peritus artifex, inprimis in dicendo: unde orator, et quidem in bonam partem. 2) doctus et sapiens. 3) doctor, magister. 4) qui tantum ostentationis caussa philosophatur, vel dicit, orationes scribit. 5) deceptor, impostor, qui verbis dolosis circumvenit.

σοφιστιάω, argutor, sophistam ago, sophistarum in modum magnificis me verbis ostento. A praec.

σοφιστικός, ἡ, όν, captiosus, cavillatorius. 2) sophistarum proprius, sophistis conveniens. Ab eod.

σοφιστικῶς, adv. sophistice, more sophistarum, captiose, callide, fraudulenter.

σοφιστομανέω, f. ήσω, (σοφιστής, μαίνομαι) insano sophistarum amore flagro, nimis studiosus sectator sophistarum sum.

σοφίστρια, ας, ἡ, magistra sophistices, deceptrix. Femin. a σοφιστής.

σοφόδωρος, ον, (δῶρον) sapientiam, aut dona scita, sapienter fabrefacta donans.

σοφόνοος, ον, contr. σοφόνους, ουν, sapienti mente praeditus, sapiens, argutus, callidus.

σοφοποιέω, f. ήσω, sapientem reddo.

σοφοποίησις, εως, ἡ, institutio ad sapientiam. A praec.

σοφοποιός, όν, (ποιέω) sapientem reddens.

σοφός, ἡ, όν, sapiens. 2) peritus alicujus rei vel artis, cujuscunque tandem, ut sutoriae, architectonicae, vel 2) prudens, callidus, eruditus.

σοφόω, (σοφός) sapientem reddo, doceo.

σοφῶς, adv. sapienter, docte, apte, ingeniose, scite, argute, perite, callide.

I. * σόω, act. inusit. v. σόομαι.

II. σόω, i. q. σαόω, σώζω, servo, eripio e periculo, Hom.

σωναύτης, ου, ὁ, (ναύτης) servator nautarum.

σπαδίζω, f. ίσω, s. ίξω, (σπάω) avello, detraho.

σπάδιξ, ῖκος, ἡ, termes, palmes, ramus palmae seu avulsus e palma termes cum fructu. 2) cortex radicis iligneae. 3) instrumentum musicum. 4) est et epith. equorum et canum, ob colorem puniceum. Scribitur et σπάδαξ, Hesych. (‒‒)

σπαδονίζω, (σπαδών) evello, revello.

σπαδόνισμα, τό, et σπαδονισμός, ὁ, evulsio, laceratio.

σπαδών, όνος, ἡ, (σπάω) vulsura, spasmus, convulsio.

σπάδων, ωνος, vel οντος, ὁ, spado, eunuchus, cui testiculi sunt avulsi.

σπάζω, i. q. σπάω, dub.

σπαθαλάω, i. q. σπαταλάω, dub.

σπαθάλιον, ου, τό, spathula, ramus palmae, palmes. Dim. a σπάθη.

σπαθαρίσκος, ου, ὁ, genus quoddam pepli s. veli, quo feminae Orientis, tempore maxime aestivo, os obvolvebant: idem quod θέριστρον. dub.

σπαθάω, f. ήσω, licium inculco radio, vel radicula, dense texo. 2) profuse insumo, prodigo, dilapido, luxurior. A seq.

σπάθη, ης, ἡ, spatha, spathula, rudis, rudicula, radius textoris, virga, gladius, item costa: item palma, vel ramus palmae cum fructu.

σπάθημα, ατος, τό, (σπαθάω) densitas aut condensatio telae spatha arctatae, et densatae, aut tela sic laborata.

σπάθησις, εως, ἡ, telae densatio, quum haud parce licium inculcatur. 2) prodiga erogatio, profusio.

σπαθητός, ἡ, όν, (σπαθάω) densatus, cui licium (trama) large inculcatur.

σπαθίζω, f. ίσω, (σπάθη) spathula agito. 2) gladio percutio. 2) spathula alicunde exemtum illino, ungo.

σπάθιον, ου, τό, spathula, culter chirurgicus, scalpellum. 2) specillum. Dim. a σπάθη.

σπαθίς, ίδος, ἡ, idem quod σπάθη. 2) vestis densa, σπαθητή.

σπάθισμα, ατος, τό, (σπαθίζω) idem quod σπαθανισμός, vel etiam seq.

σπαθισμός, οῦ, ὁ, percussio, quae fit gladio.

σπαθίτης, ου, ὁ, (σπάθη, palma) palmeus.

σπαθομήλη, ης, ἡ, (μήλη) specillum latum spathae speciem habens.

σπαθοποιός, οῦ, ὁ, (σπάθη, ποιέω) gladiarius, qui spathas et gladios facit.

σπαθοφοίνικον, ου, τό, (φοῖνιξ) spatha palmae, i. e. fructus palmae florentis involucrum.

σπαθόφυλλος, ον, (φύλλον) cujus folia spathae similia sunt.

σπαίρω, palpito, vibro, tremo. 2) spiro sive expiro animam, more animalium, palpitando animam efflantium. v. ἀσπαίρω.

σπαλακία, ας, ἡ, caecitas, qualis est talparum. A seq.

σπάλαξ, ακος, ὁ, talpa. v ἀσπάλαξ.

σπανανδρία, ας, ἡ, (σπάνις, ἀνήρ) paucitas seu raritas hominum.

σπάνη, ἡ, idem quod seq.

σπανία, ας, ἡ, (σπάνις) paucitas, raritas, penuria.

σπανιάκις, adv. raro.

σπανίζω, f. ίσω, (σπάνις) penuria laboro. 2) rarus sum.

σπάνιος, ία, ιον, rarus, paucus.

σπανιότης, ητος, ἡ, paucitas, penuria. A praec.

σπάνις, εως, ἡ, (σπανός) penuria, inopia. 2) raritas, paucitas.

σπανιστός, ἡ, όν, (σπανίζω) cujus inopia seu penuria est. 2) inops.

σπανίως, adv. (σπάνιος) raro.

σπανοκαρπία, ἡ, (σπανός, καρπός) inopia frugum.

σπανόουρος, ον, (οὐρά) caudam raram habens.

σπανοπώγων, ωνος, ὁ, (σπανός, πώγων) cui rara est barba.

σπανός, ἡ, όν, paucus, rarus. 2) inops, τινός.

σπανοσιτία, ας, ἡ, annonae penuria. A seq.

σπανόσιτος, ον, (σῖτος) annonae penuria laborans.

σπανόσπερμος, ον, (σπέρμα) inops seminis, rarum semen habens.

σπανότεκνος, ον, (τέκνον) paucos liberos habens.

σπανόφυλλος, ον, (φύλλον) rara habens folia.

σπάνυδρος, ον, (ὕδωρ) cui rarae sunt aquae, aquae penuria laborans.

σπάξ, ὁ, ἡ, gen. σπακός, canis, vox Persica, Hdt. 1, 110.

σπάραγμα, ατος, τό, (σπαράσσω) frustum rei dilaceratae sive discerptae. 2) pro σπαραγμός.

σπαραγματώδης, ες, lacer, discerptus, pannis obsitus. A praec.

σπαραγμός, οῦ, ὁ, (σπαράσσω) laceratio, vehementior corporis agitatio, convulsio. 2) perturbatio, distractio.

σπαραγμώδης, ες, qui convulsione tentatur. A praec.

σπαράκτης, ου, ὁ, (σπαράσσω) lacerator.

σπάραξις, εως, ἡ, laceratio, carptus. A seq.

σπαράσσω, Att. σπαράττω, f. ξω, lacero, dilacero, dilanio, carpo, vellico. ἐσπαραγμένος, carptus, dilaceratus. perf. pass. part.

σπαργανάω, i. q. σπαργανίζω.

σπαργανίζω, f. ίσω, (σπάργανον) fasciis involvo.

σπαργάνιον, ου, τό, fasciola. 2) herba quaedam. Dim. a σπάργανον.

σπαργανιώτης, ου, ὁ, fasciatus, fasciis involutus. A praec.

σπάργανον, ου, τό, fascia, qua infans involvitur.

σπαργανόω, f. ώσω, fasciis involvo, fascio. 2) involvo. ἐσπαργανωμένος, fasciis involutus. perf. pass. part. A praec.

σπαργάνωμα, ατος, τό, id, quo aliquid involvitur, velut fascia; involucrum, fasciae usum praebens. A praec.

σπαργάνωσις, εως, ἡ, involutio in fascias. 2) tumor mammillarum a partu recente. Ab eodem.

σπαργάω, f. ήσω, tumeo et distentus sum, de uberibus ita distentis, ut lac stillet, de arboribus succo turgentibus, etc. 2) de vehementiori cupiditate. 3) de libidine venerea. A seq.

σπαργή, ῆς, ἡ, libido, proprie exonerandi lac mamillas distendens, s. ipse tumor e copia nimia.

σπάργω, f. ξω, idem quod σπαργανόω.

σπάργωσις, ἡ, (σπαργάω) tumor.

σπαρείς, partic. σπαρῆναι, inf. aor. pass. a σπείρω.

σπαρίζω, (σπαίρω) palpito.

σπαρνοπόλιος, ον, (πολιός) cujus tempora raris sparsa sunt canis. vid. σπαρτοπόλιος.

σπαρνός, ή, όν, rarus, paucus, infrequens, poet. p. σπανός. (nisi est potius a σπείρω, raro quasi disseminatus).

σπάρος, ὁ, piscis quidam.

σπαρταγενής, ές, (σπάρτος, γένος) fruticem spartum proferens.

Σπαρτᾰγενής, ές, (Σπάρτη, γένος) Sparta oriundus.

Σπάρτη, ἡ, Sparta, urbs Laconicae.

σπάρτη, ης, ἡ, funis sparteus, restis spartea. 2) funiculus fabrorum, quo rubrica vel alio colore tincto lineam in ligno vel lapide signant, quam in caedendo, secando, poliendo sequantur.

Σπάρτηθεν, adv. e Sparta.

Σπαρτηνδε, adv. Spartam.

Σπαρτιάς, άδος, ἡ, mulier Spartana.

Σπαρτιάτης, ου, ὁ, Spartanus. (-⏑--)

Σπαρτιατικός, ή, όν, Spartanus, adj.

Σπαρτιᾶτις, ιδος, ἡ, mulier Spartana.

σπαρτίνη, ἡ, (σπάρτη) funiculus sparteus.

σπάρτινος, ίνη, ινον, sparteus, e sparto confectus.

σπάρτιον, vel σπαρτίον, ου, τό, funiculus sparteus, restis, funiculus. Dimin. a σπάρτη.

σπάρτον, ου, τό, spartum, vitile. 2) funis sparteus.

σπαρτοπλόκος, ον, (πλέκω) qui spartum, seu restes e sparto plectit, restio.

σπαρτοπόλιος, ον, (σπαρτός, πολιός) semicanus, cui sparsi per tempora sunt cani, incanus. v. σπαρνοπόλιος.

σπαρτοπώλης, ου, ὁ, (πωλής) qui spartum seu utensilia spartea vendit.

σπαρτός, ή, όν, (σπείρω) seminatus, spartus. 2) satu editus.

σπάρτος, ὁ vel ἡ, spartium scoparium vel junceum Linn., Plinio spartum s. genista. 2) Lygeum spartum s. stipa tenacissima Linn 3) ἡ σπάρτος, i. q. σπάρτη, 2.

σπαρτοφόρος, ον, (σπάρτον, φέρω) sparti ferax.

σπάσις, εως, ἡ, (σπάω) tractus, attractus, suctus. 2) convulsio, revulsio.

σπάσμα, ατος, τό, (σπάω) acies nuda gladii. 2) fragmentum. 3) id, quod in corpore animalis convulsum est: ruptum, convulsio. σπάσμα θαλάσσης, maris aestus.

σπασμάτιον, ου, τό, levis convulsio, distentio. Dim. a σπάσμα.

σπασματώδης, ες, convulsionis speciem habens, convulsivus.

σπασμός, οῦ, ὁ, (σπάω) extractio, eductio. 2) convulsio in corpore humano. 3) σπασμός θαλάσσης, aestus maris.

σπασμώδης, ες, ὁ, ἡ, convulsivus.

σπαστικός, ή, όν, (σπάω) trahendi, attrahendi seu extrahendi vim habens. 2) convulsioni obnoxius.

σπάταγγος, ου, ὁ, spatanchus, echinorum genus, item σπατάγγη, vel σπαταγγή.

σπαταλάω, f. ήσω, lascivio, delicior, vitam voluptariam dego.

σπατάλη, ης, ἡ, (σπαθάω) deliciae, lautitiae, luxus, mollities, lascivia.

σπατάλημα, ατος, τό, (σπαταλάω) luxus, deliciae.

σπαταλός, ή, όν, delicatus, luxuriosus.

σπάτειος, εία, ειον, (σπάτος) pelliceus, e pellibus vel corio factus, Hesych.

σπατίζω, f. ίσω, (σπάτος) pellem detraho.

σπατίλη, ης, ἡ, coriorum resegmina. 2) stercus humanum humidum, liquida alvei egestio. (⏑--)

σπατίλουρος, ὁ, ἡ, (οὐρά) caudam mergens stercore. (⏑--⏑)

σπάτος, εος, τό, corium, pellis. Hesych.

σπάω, f. άσω, traho, attraho, extraho, educo, vello, convello, divello, sugo, bibo. σπᾶται ξίφος, evaginat, stringit, gladium.

σπεῖν, inf. aor. ab ἕπω.

σπεῖο, imperat. aor. med. ab ἕπω, Ep. p. σποῦ, σπίο.

σπεῖος, τό, Ep. p. σπέος, Od.

σπεῖρα, vel σπείρα, ας, ἡ, spira, linea flexuosa orbes faciens in se non redeuntes, funis in orbem convolutus, funis nauticus. 2) cohors, globus militum.

σπειραία, ας, ἡ, spiraea, frutex lentus et vitilis, qui in spiram contorqueri potest. A praec.

σπείραμα, ατος, τό, (σπειράω) spira serpentum. 2) multitudo.

σπειραχθής, ές, (σπεῖρα, ἄχθος) cui spira, sc. caudae, est gravis et ponderosa.

σπειράω, (σπεῖρα) in spiram contraho seu colligo.

σπειρηδόν, adv. in modum spirae vel in orbem. 2) per cohortes. Ab eod.

σπείρημα, (σπειράω) idem quod σπείραμα. 2) i. q. σπαργανον.

σπειρίον, τό, Dim. a σπεῖρον, vestimentum tenue, aestivum.

σπεῖρον, ου, τό, fascia. 2) vestis lacera mendicorum. Dicitur tamen et simpliciter de veste qualibet. σπεῖρα, panni. 3) velum navis. 4) funis nauticus in orbem convolutus.

σπειροπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) qui tritas et veteres vestes vendit, scrutarius. 2) venditor vestium.

σπειρόω, f. ώσω, (σπεῖρον) fasciis involvo. 2) in spiram colligo.

σπείρω, f. σπερῶ, aor. ἔσπειρα, pf. p. ἔσπαρμαι, aor. p. ἐσπάρην, sero, semino. 2) consero, νειόν, Hes. op. 465. Proverb. πόντον vel εἰς ὕδωρ vel ἐν ὕδατι σπείρειν, de labore irrito. 3) metaph. liberos procreo. 4) dissemino, spargo, dissipo.

σπειρώδης, ες, (σπεῖρα) spirae similis, orbem spiris suis faciens.

σπεῖσις, εως, ἡ, (σπένδω) libatio.

σπεκλόω, et σπλεκόω, coire cum femina. A σπέκλον, palus, trabs, veru ligneum, quo crura suum mactatarum distenduntur. cf. tamen et σπλεκόω.

σπέκλωμα, et σπλέκωμα, τος, τό, coitus Schol. Arist.

σπεκουλάτωρ, ορος, ὁ, speculator. Vox Lat.

σπέλεθος, ου, ὁ, stercus, merda, fimus, excrementum.

σπέληξ, vel σπίλληξ, ὁ, vestis feminae.

σπενδαυλέω, f. l. p. σπονδαυλέω.

σπενδεῖον, ου, τό, f. l. p. σπονδεῖον.

σπενδοποιέω, f. l. p. σπονδοποιέω.

σπένδω, f. σπείσω, guttatim defundo. 2) libo, i. e. vino, lacte aut simili liquore diis sacrifico. σπένδω et σπένδομαι, paciscor, foedus ineo, foedus libatione sancio. pass. σπένδομαι, mactor, immolor, sacrificor, ἐσπεισμένα, pacta et foedera, perf. pass. part.

σπέος, ους, τό, Ep. σπεῖος, σπείους. specus, spelunca, caverna, antrum. - Dat. sing. σπῆϊ, plur. σπέσσι et σπήεσσι, Hom. Gen. pl. σπείων, h. Ven. 264.

σπέραδος, εος, τό, (σπείρω) semen. Nicand.

σπέρχδην, adv. (σπέρχω) valide.

σπέρμα, ατος, τό, (σπείρω) semen. τὰ σπέρματα, grana frugum, frumenta, legumina. 2) origo. 3) trop. genus, posteri, filios.

σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπῶλις, ιδος, ἡ, leguminum venditrix, vox Com. Ar. Lys. 457.

σπερμαίνω, (σπέρμα) sero, semen emitto. σπερμαίνειν γενεήν, liberos procreare, Hes. op. 738.

σπερματίας, ου, ὁ, sc. σικυός, cucumeris genus, vel a magnitudine, vel quia seminis caussa relinquitur.

σπερματίζω, f. ίσω, semento, semino.

σπερματικός, ή, όν, seminalis, genitalis.

σπερματικῶς, adv. per semen, serendo. 2) σπερματικῶς λέγειν, elementa tradere. Clem. Al. A pr.

σπερμάτιον, ου, τό, parvum seu exile semen. σπερμάτια, τά, grana variarum frugum. Dim. a σπέρμα.

σπερματίς, ίδος, ἡ, seminatrix.

σπερματισμός, οῦ, ὁ, (σπερματίζω) seminis emissio.

σπερματολόγος, ον, i. q. σπερμολόγος.

σπερματοπώλης, ου, ὁ, (πωλής, πωλεῖν) seminum venditor.

σπερματοφάγος, ον, quasi dicatur seminivorus, qui seminibus alitur.

σπερματοφυέω, (σπέρμα, φύω) semen sero, semento.

σπερματόω, f. ώσω, (σπέρμα) semino.

σπερματώδης, ες, seminalis. Ab eod.

σπερμάτωσις, ἡ, (σπερματόω) satio.

σπερμεῖον, ου, τό, semen.

σπέρμειος, εία, ειον, (σπέρμα) ad semen pertinens: sator, satrix, epith. Apollinis et Cereris.

σπέρμιος, ον, i. q. σπέρμειος.

σπερμοβολέω, (βολή) semen jacio.

σπερμογονέω, semen pario. A seq.

σπερμογόνος, ον, (γίγνομαι) semen pariens, fecundans.

σπερμολογέω, f. ήσω, (σπερμολόγος) semen lego, de animalibus semen ad pastum legentibus. Plut. 2) nugor, blatero, deblatero: item scurror, scurram ago.

σπερμολογία, ας, ἡ, vaniloquentia, scurrilitas.

σπερμολογικός, ή, όν, nugatorius.

σπερμολόγος, ον, (σπέρμα, λέγω) qui semina colligit, ut aves. 2) homo vilis, qui in foro semina e saccis lapsa colligit et inde victum parat. 3) garrulus, nugator, scurra.

σπερμονόμος, ον, (νέμω) idem.

σπερμοφορέω, f. ήσω, semen fero, semento.

σπερμοφόρος, ον, (φέρω) semen ferens. 2)

fructum ferens.

σπερμοφυέω, f. *ήσω*, v. *σπερματοφυέω*.

σπερμοφυής, *ές*, (*φύω*) e semine erumpens vel nascens.

σπερχνός, *ή*, *όν*, (*σπέρχω*) celer, festinus. 2) cum impetu ruens. 3) vehemens, urgens. 4) adsiduus.

σπερχνοποιός, *όν*, (*ποιέω*) urgens, incitans.

σπέρχω, f. *ξω*, vehementer cupio s. appeto. 2) urgeo, premo, incito, propello et festinare cogo. 3) festino, propero. *σπέρχομαι*, furore, ira concitor, irascor, succenseo. *σπερχθείς*, iratus, concitatus. aor. 1. pass. part.

σπέσθαι, inf. aor. 2. a *ἕπομαι*, Od.

σπέσσι, dat. plur. Ep. a *σπέος*, Od.

σπευδάζω, f. *άσω*, festinare cogo, incito, impello, instigo. A seq.

σπεύδω, f. *εύσω*, festino, propero, maturo. 2) studeo, operam do, valde cupio. i. q. *σπουδάζω*.

σπευστέος, *α*, *ον*, Adj. verb. properandus. A praec.

σπευστικός, *ή*, *όν*, festinatus, qui properare solet. A pr.

σπευστός, *ή*, *όν*, adj. verb. a *σπεύδω*, acceleratus, maturatus, valde cupitus.

σπήεσσι, dat. pl. Ep. a *σπέος*, Od.

σπῆϊ, dat. sing. Ep. a *σπέος*, Hom.

σπηλάδιον, *ου*, *τό*, parva spelunca, antrum. Dim. a seq.

σπήλαιον, *ου*, *τό*, (*σπέος*) spelaeum, spelunca.

σπηλαιώδης, *ες*, speluncae formam habens, in modum speluncae factus. A pr.

σπήλυγξ, *υγγος*, *ἡ*, spelunca. Ab eodem.

σπηλώδης, *ες*, idem quod *σπηλαιώδης*, et ab eod.

σπιδής, *ές*, (*σπίζω*) amplus, latus, longus, *διὰ σπιδέος πεδίοιο*, per latum campum, Il. 11. 754.

σπίζα, et *σπίζη*, *ης*, *ἡ*, (*σπίζω*) fringilla.

σπιζίας, *ου*, *ὁ*, fringillarius. A pr.

σπιζίτης, *ου*, *ὁ*, idem, ab eod.

σπίζω, extendo, expando. 2) pipio, ut aves.

σπιθαμαῖος, *αία*, *αῖον*, spithamae seu dodrantis longitudinem aequans, dodrantalis. A seq.

σπιθαμή, *ῆς*, *ἡ*, (*σπίζω*) spithama, spatium inter pollicem et minimum digitum expansos. 2) palmus major, dodrans.

σπιθαμιαῖος, *αία*, *αῖον*, idem quod *σπιθαμαῖος*.

σπιθαμώδης, *ες*, idem, ab eod.

σπιλαδώδης, *ες*, saxosus. A seq.

σπιλάς, *άδος*, *ἡ*, rupes, scopulus maris, cautes, glarea, terra glareosa, oleis et platanis apta. 2) procella.

σπίλος, *ἡ*, i. q. *σπιλάς*, rupes, scopulus, mons.

σπίλος, *ὁ*, rarius *σπῖλος*, macula, labes, vitiligo. Attici hac voce non utuntur, sed voce *κηλίς*, v. Lobeck. Phryn. p. 28.

σπιλόω, f. *ώσω*, (*σπῖλος*) maculo, labem adspergo, foedo, infusco.

σπιλώδης, *ες*, (*σπίλος*, *εἶδος*) i. q. *σπιλαδώδης*.

σπίλωμα, *ατος*, *τό*, (*σπιλόω*) macula et labes adspersa, naevus. (– – ⏑)

σπῖλωτός, *ή*, *όν*, maculatus.

σπίνδαρις, *ιος*, *ἡ*, avis peregrina, avis incendiaria.

σπινθάριγξ, *ιγγος*, *ἡ*, et

σπινθάριξ, *ιγος*, *ἡ*, i. q. *σπινθαρίς*.

σπινθαρίς, *ίδος*, *ἡ*, i. q. *σπινθήρ*, scintilla.

σπινθεύω, scintillas emitto. A seq.

σπινθήρ, *ῆρος*, *ὁ*, scintilla.

σπινθηρακίζω, f. *ίσω*, et

σπινθηρίζω, f. *ίσω*, scintillo, scintillas emitto.

σπινθηροβόλος, *ον*, (*βάλλω*) scintillas emittens.

σπινθηρόπομπος, *ον*, (*πέμπω*) idem.

σπίνθιον, *τό*, i. q. *σπινίδιον*.

σπινίδιον, *τό*, Dim. a *σπίνος*, Ar.

σπίνος, *ὁ*, (*σπίζω*) avis minuta, fringilla. 2) lapis, qui, quum aqua perfunditur, incenditur, Aristot. Mirab. 41. Theophr. Lap. 24.

σπλάγχνα, vid. *σπλάγχνον*.

σπλαγχνεύω, f. *εύσω*, exta in manus sumo et attrecto. 2) extorum et viscerum particeps sum; convivor una. 3) auguror per exta.

σπλαγχνίδιον, *τό*, Dim. a *σπλάγχνον*.

σπλαγχνίζω, f. *ίσω*, sacrifico. *σπλαγχνίζομαι*, misericordia moveor, miseret me, misereor, N. T.

σπλαγχνικός, *ή*, *όν*, ad viscera pertinens.

σπλαγχνίς, *ίδος*, *ἡ*, cor. Schol. Soph.

σπλαγχνισμός, *οῦ*, *ὁ*, (*σπλαγχνίζω*) sacrificium. 2) visceratio. 3) misericordia. Hebr.

σπλάγχνον, *ου*, *τό*, viscus. *σπλάγχνα*, viscera, exta, cor, pulmones; etiam carnes. 2) Hebr. affectus maternus, misericordia, amor.

σπλαγχνόπτης, *ου*, *ὁ*, (*ὀπτάω*) qui exta seu viscera torret.

σπλαγχνοσκόπος, *ου*, *ὁ*, (*σκέπτομαι*) extispex, qui exta seu viscera victimae caesae inspiciens vaticinabatur, haruspex, ariolus.

σπλαγχνοτόμος, *ον*, (*τέμνω*) viscerum sector, qui viscera victimae caesae cultro aperit.

σπλαγχνοφάγος, *ον*, (*φαγεῖν*) viscerum vorator. 2) violentus spoliator pauperum.

σπλεκόω, concubitum exerceo, Ar. Scribitur etiam *πλεκόω* et *σπεκλόω*.

σπληδός, *οῦ*, *ὁ*, cinis. Nicand.

σπλήν, *ηνός*, *ὁ*, splen, lien.

σπληνιάω, (*σπλήνιον*) splenis dolorem sentio, e splene laboro.

σπληνικός, *ή*, *όν*, (*σπλήν*) splenicus, lienosus.

σπλήνιον, *τό*, splenis dolor. 2) splenium, a) apud medicos, panniculus vel linteolum, quo emplastra vel alia medicamenta imponuntur locis laesis. b) ineptae feminarum deliciae, *les mouches*. 3) herba, quae et Teucrion.

σπληνιόδετος, *ον*, (*δέω*) spleniatus, splenio obvolutus.

σπληνίσκος, *ὁ*, Dim. a *σπλήνιον*, n. 2.

σπληνῖτις, *ιδος*, *ἡ*, (*σπλήν*) splenica.

σπληνώδης, *ες*, lienosus, splenicus.

σπογγάριον, *ου*, *τό*, parva spongia. Dim. a *σπόγγος*.

σπογγεύς, *έως*, *ὁ*, qui spongias quaerit et secat.

σπογγιά, *ᾶς*, *ἡ*, Ion. *σπογγιή*, spongia.

σπογγίζω, f. *ίσω*, spongia detergo.

σπογγίον, *ου*, *τό*, parva spongia. Dim. a *σπόγγος*.

σπόγγισμα, *ατος*, *τό*, (*σπογγίζω*) purgamentum quod spongia detergitur, Eustath.

σπογγιστικός, *ή*, *όν*, detergens spongia.

σπογγοειδής, *ές*, (*σπόγγος*, *εἶδος*) spongiae similis.

σπογγοθήρας, *ου*, *ὁ*, (*θηράω*) qui spongias quaerit.

σπογγοκολυμβητής, *οῦ*, *ὁ*, qui aquas subit, ut spongias petris adnascentes avellat et colligat.

σπογγολογέω, (*λέγω*) spongia colligo, v. c. micas in mensa, detergendi caussa.

σπόγγος, *ὁ*, Att. *σφόγγος*, fungus, spongia. 2) *σπόγγοι*, tonsillae.

σπογγοτόμος, *ον*, (*τέμνω*) qui spongias a rupibus in mari dissecatas colligit.

σπογγοτήρης, *ου*, *ὁ*, (*τηρέω*) observator spongiarum. Nisi est vitiosa lectio pro *σπογγοθήρας*. q. v.

σπογγώδης, *ες*, spongiosus.

σποδεύνης, *ου*, *ὁ*, (*σποδός*, *εὐνή*) qui in cinere jacet ac dormit.

σποδέω, f. *ήσω*, (*σποδός*) ferventi cinere obruo. 2) altaria purgo cinerem detergendo. 3) cinere adspergo. 4) ferio, caedo, percutio, tanquam pulverem excussurus. 5) coeo, subigo feminam.

σποδησιλαύρα, *ας*, *ἡ*, (*λαύρα*) meretrix publica.

σποδιά, *ᾶς*, *ἡ*, Ion. *σποδιή*, (*σποδός*) cinis; acervus cinerum.

σποδιαῖος, *αία*, *αῖον*, i. q. *σπόδιος*.

σποδιακός, *ή*, *όν*, (*σπόδιον*) ex retrimentis metallorum ustorum factus.

σποδιάς, *άδος*, *ἡ*, arbor quaedam, fortasse prunus insiticia, Linn.

σποδίζω, f. *ίσω*, (*σποδός*) cinere obruo, cinere obrutum coquo, asso vel torreo. 2) comburo velut in cinere. 3) in cinereum colorem vergo. 4) subigo feminam.

σπόδιον, *ου*, *τό*, cinis. 2) retrimentum metallorum ustorum.

σπόδιος, *ία*, *ιον*, cinereus.

σποδίτης, *ου*, *ὁ*, ut *σποδίτης ἄρτος*, panis subcinericius, sub cinere coctus.

σποδιώδης, *ες*, i. q. *σποδοειδής*.

σποδοειδής, *ές*, (*εἶδος*) cinereus, cineris colorem habens.

σποδόεις, *εσσα*, *εν*, i. q. *σπόδιος*.

σποδόρχης, *ου*, *ὁ*, (*σποδέω*, *ὄρχις*) i. q. *κίναιδος*.

σποδός, *οῦ*, *ἡ*, cinis. 2) pulvis. 3) retrimentum metallorum ustorum, v. *σπόδιον*. (Radix est *σβέννυμι*.)

σποδόω, f. *ώσω*, (*σποδός*) in cinerem redigo, in nihilum redigo. 2) cinere inspergo.

σποδώδης, *ες*, cinericius, cineribus obsitus. A praec.

σπολάς, *άδος*, *ἡ*, vestis vel thorax e corio, Aeol. p. *στολάς*.

σπόμενος, *η*, *ον*, part. aor. 2. med. ab *ἕπομαι*.

σπονδαγωγός, *όν*, (*σπονδή*, *ἄγω*) foederis conditiones ferens.

σπονδαρχία, *ἡ*, (*σπονδή*, *ἄρχομαι*) initium libandi, honos ejus, qui in sacrificiis publicis primus libat.

σπονδειακός, *ή*, *όν*, (*σπονδεῖος*) spondaicus, spondaicis constans.

σπονδεῖον, et *σπονδίον*, *ου*, *τό*, (*σπονδή*) poculum, quo vinum libant in sacrificiis et conviviis.

σπονδεῖος, *εία*, *εῖον*, (*σπονδή*, *σπένδω*) qui libationibus adhiberi solet; it. epith. Jovis qui foederibus praeest tanquam vindex et defensor. *σπονδεῖος πούς*, pes duabus syllabis longis constans et in carmini-

bus cantatis in libationibus adhiberi solitus.

σπονδή, ῆς, ἡ, (σπένδω) libatio, libamen, libamentum, i. e. vinum, quod libatur. 2) foedus, induciae libatione sancitae.

σπονδήσιμος, ον, (σπονδή) ad libandum necessarius, vel utilis.

σπονδήτης, ου, ὁ, fem. σπονδῆτις, ιδος, libatorius, libationi serviens.

σπονδηφορέω, (φέρω) libationem affero.

σπονδιάς, άδος, ἡ, eadem arbor, quae σποδιάς.

σπονδίζω, ap. ser. i. q. σπένδω.

σπόνδιξ, ὁ, i. q. σπονδήτης, Hesych.

σπονδίον, τό, v. σπονδεῖον.

σπονδίτης, ου, ὁ, fem. σπονδῖτις, ιδος, i. q. σπονδήτης, - ῆτις.

σπονδοποιέομαι, f. ήσομαι, libo sacrum laticem. 2) foedus et inducias facio.

σπονδοφορέω, fetialis munere fungor. A seq.

σπονδοφόρος, ὁ, (σπονδή, φέρω) fetialis, praeco qui conditiones foederis vel pacis affert, it. magistratus qui Olympiae tempore ludorum ἐκεχειρίαν et σπονδὰς indicebat, v. Dissen. ad Pind. Isthm. 2, 23. Thuc. 5, 49. Schneider ad Xen. h. gr. 4, 7, 2,

σπονδύλη, ἡ, Att. σφονδύλη, q. v.

τυτθός, ή, όν, vel τυτθός, όν, (τιτθός?) parvus, pusillus. Adv. τυτθόν, paullulum.

τυφεδανός, οῦ, ὁ, decrepitus, cujus cadaver propediem cremandum. A seq. v. τυφογέρων et τυφώδης.

τυφεδών, όνος, ἡ, (τύφω) accensio, inflammatio.

τύφη, ἡ, planta aquatica s. palustris, farciendis pulvinaribus adhiberi solitum, quemadmodum tomentum circense; typha Linn. (?)

τυφήρης, ες, (τύφω, ἄρω) incensus, ardens, λύχνος, Antip. Thess. 13. vel, ut alii volunt, lucerna ex herba palustri facta, a praec.

τυφλίνη, ἡ, et

τυφλῖνος, ὁ, vel τυφλινός, ὁ, (τυφλός) serpens caecus, caecilia.

τυφλογενής, ές, (γίγνομαι) caecigena, qui caecus natus est.

τυφλοπλαστέω, (πλάστης) inania fingo.

τυφλόπους, ουν, epith. caeci, qui nescit quo eat. Eurip.

τυφλός, ή, όν, caecus, oculis captus. 2) qui non videtur, latens, obscurus. 3) Epith. parietis, in quo nulla fenestra. 4) surdus.

τυφλόστομα, ατος, τό, obscurum ostium.

τυφλότης, ητος, ἡ, (τυφλός) caecitas.

τυφλοφόρος, ον, (φέρω) caecum ferens.

τυφλόω, f. ώσω, (τυφλός) excaeco, oculis privo.

τυφλώδης, ες, qui caecus sedet, velut attonitus sensibusque captus.

τύφλωσις, εως, ἡ, (τυφλόω) excaecatio. 2) caecitas.

τυφλώττω, (τυφλός) caecutio.

τυφλώψ, ῶπος, ὁ, (ὤψ) caecus. 2) serpens quidam.

τυφογέρων, οντος, ὁ, (τῦφος, γέρων) fastosus senex. 2) idem quod τυφεδανός.

τυφομανία, ας, ἡ, insolentia et fastus cum furore, furor cum insolentia et fastu.

τυφοπλαστέω, (τῦφος, πλάσσω) prae fastu simulo s. fingo, Philo.

τῦφος, ου, ὁ, (τύφω) fumus. 2) res inanis. 3) vanae gloriae ardor, jactantia, arrogantia, fastus, insolentia. 4) stupor attonitus. Propr. fomes.

τυφόω, f. ώσω, fumo infesto et enceo. 2) effero, insolentem reddo. 3) stupidum reddo. τετυφωμένος, inflatus, insanus, stultus, caecus. A pr.

τύφω, f. θύψω, pf. pass. τέθυμμαι vel τέθυμαι, aor. p. ἐτύφην (υ in praes. longum; in aor. breve) proprie, incendo paullatim, ut gliscat ignis sine flamma, item calefacio, unde τύφομαι, glisco; metaph. amoris aut alicujus cupiditatis latente igni maceror. 2) incedo simpliciter et pass. ardeo, uror, adeoque 3) amore ardeo.

τυφώδης, ες, (τῦφος) decrepitus et capularis. 2) fastosus, elatus, arrogans.

Τυφῶν, ῶνος, ὁ, poet. Τυφάων, ονος vel ωνος, Typhon, gigas, qui et Τυφώς vel Τυφωεύς dicitur, Hom. h. Ap. 306. 352. Hes. Th. 306. 2) nomen appellat. ventus acrior, procella, vortex procellosus: omnino tempestas gravis.

τυφωνικός, ή, όν, typhonicus, procellosus. A praec.

τυφώνιος, ία, ιον, procellosus. οἱ τυφώνιοι, mente capti.

τυφωνοειδής, ές, (εἶδος) similis vehementi turbini, turbineus.

τυφωνοειδῶς, adv. vehementi turbine. A pr.

τυφώς, ῶ, ὁ, i. q. τυφῶν, 2.

τυχαῖον, ου, τό, (τύχη) delubrum Fortunae.

τυχαῖος, αία, αιον, fortuitus.

τυχαίως, Adj. forte; apud Joseph.

τύχη, ης, ἡ, fortuna. 2) eventus seu casus fortuitus. 3) in plur. calamitates, fortuna adversa.

τυχηρός, ρά, ρόν, (τύχη) fortuitus. Subst. τὰ τυχηρά, adventitia bona.

τυχηρῶς, adv. casu fortuito.

τυχθείς, part. aor. p. a τεύχω.

τυχίζω, f. ίσω, (τύχος) i. q. τυκίζω.

τυχικός, ή, όν, fortuitus.

τυχικῶς, adv. fortuito casu.

τυχόν, neutr. part. aor. 2. act. a τυγχάνω, adverbialiter, fors, forte, fortuito, fortasse, forsan.

τυχόντως, adv. a part. aor. 2. act. a τυγχάνω, prout contigit seu contigerit, quolibet modo, temere, utcunque.

τύψις, εως, ἡ, (τύπτω) percussio, ictus.

τῷ, dat. sing. articuli ὁ, ap. Hom. propterea, hoc modo, hac ratione.

τωθάζω, f. άσω et άσομαι, Dor. τωθάσδω, dicteriis, conviciis incesso, irrideo, mordeo.

τωθασμός, οῦ, ὁ, irrisio, ludibrium. A praec.

τωθαστής, οῦ, ὁ, irrisor.

τωθαστί, adv. irridendo, cum irrisione.

τωθαστικός, ή, όν, irrisorius.

τωθαστικῶς, adv. cum irrisione.

τωθεία, ἡ, i. q. τωθασμός.

τῶῤῥα, poet. contr. e τῷ ἄρα, i. q. τοίνυν, itaque, Callim.

τώς, adv. i. q. ὥς, οὕτως, Hom. et Trag. 2) i. q. οὗ, ubi quo in loco, Theocr. ep. 4, 1.

τωὐτό, gen. τωὐτέου, Ion. p. τὸ αὐτό, τοῦ αὐτοῦ, Hdt.

Υ.

Υ, υ, υ ψιλόν, τό, vicesima litera Graecorum: in numeris ύ, quadringenti, sed lineola infra posita ͵υ 400,000.

ὑάγχη, ης, ἡ, (ὗς, ἄγχω) angina porcina.

ὑαγών, όνος, ἡ, i. q. σιαγών.

Ὑάδες, ων, αἱ, (ὕω) Hyades, stellae septem in cornibus tauri, Latinis pluviae dictae vel suculae. (⏑⏑⏑, semel –⏑⏑)

ὕαινα, ης, ἡ, sucula, porcula. Dim. ab ὗς. 2) piscis quidam. 3) hyaena, fera e genere luporum.

ὑαινίς, ίδος, ἡ, i. q. ὕαινα, 2. Athen.

ὑακίζω, f. ίσω, (ὕω) pluo, Hesych.

Ὑακίνθια, ων, τά, (Ὑάκινθος) Hyacinthia, festum in honorem Hyacinthi pueri.

ὑακινθίζω, hyacinthum refero.

ὑακινθινοβαφής, ές, (βάπτω) hyacinthino tinctus colore.

ὑακίνθινος, ίνη, ινον, hyacinthinus, purpureus, subniger modo hyacinthi. A seq.

I. ὑάκινθος, ὁ, it. ἡ, hyacinthus, flos, Lat. vaccinium. it. lana s. fila hyacinthino colore imbuta.

II. ὑάκινθος, ἡ, gemma coloris hyacinthini.

ὑακινθώδης, ες, (ὑάκινθος I.) hyacinthinus, hyacintho similis.

ὑάλεος, έα, εον, contr. ὑαλοῦς, ῆ, οῦν, (ὕαλος) e vitro confectus, vitreus.

ὑάλη, ἡ, v. ὕαλος.

ὑαλίζω, (ὕαλος) vitrum imitor colore et pelluciditate.

ὑάλινος, ίνη, ινον, vitreus.

ὑαλῖτις, ιδος, ἡ, vitraria.

ὑαλοειδής, ές, (εἶδος) vitreus, vitrum referens, pellucidus.

ὑαλόεις, όεσσα, όεν, idem.

ὕαλος, ου, ἡ, vitrum. 2) electri sive succini genus, vitri modo pellucidum. 3) crystallus. v. et ὕελος.

ὑαλοτέχνης, ου, ὁ, (τέχνη) artifex vitri conficiendi.

ὑαλουργεῖον, ου, τό, vitraria. A seq.

ὑαλουργός, ου, ὁ, (ὕαλος, ἔργον) qui vitrea conficit, vitrarius, vitriarius.

ὑαλόω, f. ώσω, in vitrum converto.

ὑαλώδης, ες, vitreus.

ὕαλωμα, ατος, τό, vitium in oculis equorum.

ὑαλῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) vitrei coloris.

ὑβάζω, f. άσω, (ὑβός) vomo. 2) incurvo me, ut vomentes solent. (– – –)

ὑββάλλω, Epice p. ὑποβάλλω, Il. 19, 80.

ὑβός, ή, όν, curvus, inflexus. (–⏑)

ὗβος, ου, ὁ, tuber in dorso cameli.

ὑβόω, f. ώσω, curvo, incurvo. (–⏑–)

ὑβρίζω, f. ίσω, (ὕβρις) insolesco ex nimia fortuna, protervus et insolens sum, injurius sum. 2) injuria et contumelia afficio, petulanter injuriam facio, superbe et contumeliose tracto. it. stupro. 3) convicior, convicium facio. 4) ὑβρίζεσθαι, dicitur res, in qua quis luxuriat. ut στολὴ ὑβρισμένη, stola magnifica, ap. Xenoph.

ὑβριοπαθέω, (πάθος) injuria per insolentiam afficior.

ὕβρις, εως, ἡ, injuria quaevis, quae fit maledicendo, verberando, vulnerando, e superbia, arrogantia, insolentia, per con-

tumeliam et libidinem inferiori insultare gestientem etc. Sed in foro *proprie*, contumelia insignis et petulans, quum quis non modo maledictis, aut verberibus incessitur, sed etiam trahitur, irridetur, luto, fuligine oblinitur etc. unde ὕβρεως γραφή. Unde et 2) insolentia, superbia insignis. 3) stuprum vel adulterium per vim et insolentiam illatum. 4) noxa e re quavis, v. c. nimia pluvia. (Videtur ab ὑπέρ, manasse. Nam est proprie insolentia ejus qui non civili, et communi parique cum aliis jure contentus est, sed plus esse et aliis praestare sibi videtur, suamque praestantiam demonstrare verbis factisque studet. Plane, quod Latinis superbia.)

ὕβρισμα, ατος, τό, (ὑβρίζω) idem quod ὕβρις. 2) ludibrium, quo quis pro ludibrio habetur.

ὑβριστής, οῦ, ὁ, (ὑβρίζω) injuriosus, contumeliosus, insolens et protervus, ferox. 2) qui per vim stuprum infert, stuprator, aliisve modis corpus alicujus foedat et laedit.

ὑβριστιάω, superbe agere gestio. Desiderat. ab ὑβρίζω, Anacr. dub. 1.

ὑβριστικός, ή, όν, pronus ad faciendam injuriam et contumeliam, injurius ex petulantia. A pr.

ὑβριστικῶς, adv. injuriose, contumeliose, insolenter, petulanter.

ὕβριστις, ιδος, ἡ, fem. ab ὑβριστής.

ὑβριστοδίκαι, οἱ, (δίκη) qui jus et leges violant, dum reos impunitos dimittunt.

ὑβριστός, ή, όν, adj. verb. ab ὑβρίζω, superbe tractatus, contumelia affectus, stupratus. 2) Compar. et Superl. ὑβριστότερος et ὑβριστότατος, i. q. ὑβριστικός, protervus, petulans, insolens, contumeliosus.

ὑβρίστρια, ίας, ἡ, fem. ab ὑβριστήρ, conviciatrix, superba, arrogans, insolens.

ὕβωμα, ατος, τό, (ὑβόω) curvamen, curvatura. (‿ – ‿)

ὕβωσις, εως, ἡ, adfectio spinae dorsi incurvatae, qua gibbosi fiunt. (– – ‿)

ὑγεια, ας, ἡ, vid. ὑγίεια.

ὑγιάζω, f. άσω, (ὑγιής) sano, sanum reddo. ὑγιάζομαι, convalesco.

ὑγιαίνω, f. ανῶ, aor. ὑγίᾱνα, (ὑγιής) valeo, bona valetudine utor; metaph. mentis compos sum, sana mente sum, Theogn. 255. ὑγίαινε, formula salutandi et valedicendi, vale. cf. χαῖρε.

ὑγίανσις, εως, ἡ, q. d. convalescentia, valetudinis recuperatio. 2) sanatio. A praec.

ὑγίασμα, ατος, τό, (ὑγιάζω) medicamentum.

ὑγιαντός, ή, όν, (ὑγιαίνω) sanabilis, qui sanari potest.

ὑγιαστικός, ή, όν, (ὑγιάζω) sanandi vim habens.

ὑγιαστός, ή, όν, idem quod ὑγιαντός.

ὑγίεια, ἡ, raro ὑγιειᾶ, Ar. Av. 604. 731. in vulgari dialecto ὑγεία, (ὑγιής) sanitas, bona valetudo corporis: it. sanitas mentis, Pind. 2) Dea salutis et bonae valetudinis.

ὑγιεινός, ή, όν, sanus, prospera valetudine utens. 2) sanitatis capax. 3) utilis ad sanitatem corporis vel tuendam, vel recuperandam, salutifer, salutaris. A praec.

ὑγιεινῶς, adv. salubriter. Comp. ὑγιεινοτέρως, salubrius.

ὑγιηρός, ρά, ρόν, (ὑγιής) sanus, integer, incolumis.

ὑγιηρῶς, adv. integre.

ὑγιής, ές, sanus, valens, incolumis, sospes, integer. 2) vacuus a vitio. 3) verus, rectus, utilis. 4) bonus, faustus. 5) ratus. Comp. ὑγιέστερος.

ὑγιοζυγία, ἡ, (ζυγός) conjunctio, concubitus cum sano, s. quum aliquem bene valentem convenimus, recipimus.

ὑγιοποιέω, (ποιέω) sano.

ὑγιόω, f. ώσω, (ὑγιής) sano, curo.

ὑγιῶς, adv. (ὑγιής) salubriter.

ὑγιώτερος, compar. irreg. ab ὑγιής pro ὑγιέστερος, Sophron.

ὑγράζω, idem quod seq.

ὑγραίνω, f. ανῶ, (ὑγρός) humecto, madefacio, irrigo. ὑγραίνομαι, madefio.

ὕγρανσις, εως, ἡ, madefactio. A pr.

ὑγρασία, ας, ἡ, (ὑγράζω) humiditas, humor, uligo.

ὕγρασμα, ατος, τό, idem, ab eod.

ὑγρηδών, όνος, ἡ, idem, quasi ab ὑγρέω, Hipp.

ὑγροβατέω, per humida vado. A seq.

ὑγροβάτης, ου, ὁ, (ὑγρός, βαίνω) per humida vadens.

ὑγροβατικός, ή, όν, idem. A pr.

ὑγροβαφής, ές, (βάπτω) humore madefactus.

ὑγρόβιος, ον, in locis humidis vivens, in aquis degens, epith. piscatoris.

ὑγροβόλος, ον, (βάλλω) humidus, epith. guttae cadentis.

ὑγρόγονος, ον, (γονή) in aqua genitus.

ὑγροθηρική, ἡ, (θήρα) sc. τέχνη, vel ἐργασία, piscatus.

ὑγροκέλευθος, ον, epith. maris et deorum marinorum, humidum iter habens a. faciens.

ὑγροκέφαλος, ον, cujus caput humet, capitis humore abundans.

ὑγροκοίλιος, ον, (κοιλία) qui fluida alvo est.

ὑγροκολλούρια, ων, τά, (κολλούριον) humida collyria, quae e succis aliisque rebus humidis componuntur.

ὑγρολάξευτος, ον, (λαξεύω) ab aqua excavatus.

ὑγρομέδων, οντος, ὁ, (μέδων) i. q. ποντομέδων.

ὑγρομέλεια, ἡ, agilitas membrorum. A seq.

ὑγρομελής, ές, (μέλος) membra habens tenera et flexibilia.

ὑγρόμορφος, ον, (μορφή) fluxae et quasi fluidae speciei.

ὑγρόμυρον, ου, τό, unguentum liquidum.

ὑγρόνοος, ον, contr. ὑγρόνους, ουν, humidam i. e. mollem, levem, mutabilem et effeminatam habens mentem.

ὑγρόπισσον, ου, τό, (πίσσα) pix liquida.

ὑγροπορέω, f. ήσω, per humida gradior, humida loca permeo. A seq.

ὑγροπόρος, ον, (πόρος) per humida gradiens, humida permeans.

ὑγροπόρευτος, ον, humidus, epith. viae.

ὑγρός, ρά, ρόν, humidus, madidus, aquatilis, in aquis degens. item fluxionibus obnoxius. 2) liquidus, mollis. 3) viridis. 4) qui facile movetur. 5) tropice de eo, qui est omnium temporum et hominum, obsequitur omnium studiis; mollis, flexibilis, qui duci potest. 6) proclivis, ut ad libidinem, ad largiendum etc. 7) impr. dicitur de petulanti mobilitate oculorum in feminis libidinosis. 8) tener, de pulcritudine. 9) flexibilis, de aren. 10) facilis, leniter fluens, de oratione. ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶσσα, proverb. de loquacibus. 11) τὸ ὑγρόν, de mari, sc. πλῆθος, vel στοιχεῖον.

ὑγρόσαρκος, ον, (σάρξ) humidam i. e. fluxam, mollem, parum compactam carnem habens.

ὑγρότης, ητος, ἡ, (ὑγρός) humiditas, humor, uligo. 2) flexibilitas, agilitas. 3) teneritas, mollitudo. 4) de moribus, humanitas, facilitas. 5) prodigalitas, luxuria.

ὑγροτράχηλος, ον, mollem et flexibilem habens cervicem.

ὑγροτροφικός, ή, όν, (ὑγρός, τροφή) qui in humido ali solet.

ὑγρόφθαλμος, όν, qui humidis est oculis: item mobilibus, vegetis, lascivis.

ὑγρόφθογγος, ον, (φθόγγος) λάγυνος, de lagena dicitur, ex qua prosiliens humor strepitum quendam excitat, M. Argent. 21, 3.

ὑγροφλοιός, ον, (φλοιός) mollem corticem habens.

ὑγροφοβία, ἡ, i. q. ὑδροφοβία.

ὑγρόφοιτος, ον, (ὑγρός, φοιτάω) qui per humida incedit, paluster, epith. viae.

ὑγροφόρος, ον, i. q. ὑδροφόρος.

ὑγροφυής, ές, (φυή) qui est fluidae naturae, mollis, fluxus.

ὑγροφυῶς, adv. molliter. A praec.

ὑγρῶς, adv. (ὑγρός) humide, liquide. 2) agiliter, molliter, facile etc.

ὑγρώσσω, madeo. 2) madefacio. Poet.

ὑδαλέος, έα, έον, (ὕδωρ) aquosus, aqueus. (Prima a poetis interdum producitur.)

ὑδαποτέω, (ὕδωρ, πίνω) aquam poto. v. ὑδατοποτέω, quod melius.

ὑδαρής, ές, (ὕδωρ) aquosus. 2) fluxus, infirmus. 3) insincerus. 4) dilutus: de vino.

ὑδαρός, ή, όν, i. q. ὑδαρής.

ὑδαρότης, ητος, ἡ, natura aquosa. A praec.

ὑδαρώδης, ες, aquosus.

* ὕδας, nom. obsol. unde ὕδατος cum reliquis casibus nominis ὕδωρ.

ὑδασιστεγής, ές, (στέγω) aquam defendens, ob densitatem impervius aquae, densus, πῖλος, Phil. Thess. 5, 5. (ubi prima longa legitur.)

ὑδαταίνω et -ομαι, (ὕδωρ) aquosus sum, aquosus fio: hydrope laboro: it. de mulieribus dilutam et aquosam menstruationem habentibus, Hipp.

ὑδάτεινος, ον, i. q. ὑδάτινος, Hipp.

ὑδατηγός, οῦ, ὁ, (ἄγω) qui aquam advehit, apportat.

ὑδάτινος, ον, (ὕδωρ) aquatilis. 2) mollicculus, roscidus.

ὑδάτιον, ου, τό, Dim. ab ὕδωρ, aquula. 2) aqua pluvia.

ὑδατίς, ίδος, ἡ, (ὕδωρ) gutta. 2) vesicula.

ὑδατισμός, οῦ, ὁ, (quasi ab ὑδατίζω) strepitus aquae in corpore hydropici, Cael. Aurel.

ὑδατόεις, όεσσα, όεν, aquosus, pluviosus.

ὑδατοθρέμμων, ονος, ὁ, ἡ, (θρέμμα) in aqua nutritus et altus. 2) aquatilis seu aquaticus.

ὑδατόκλυστος, ον, (κλύζω) aqua lotus seu ablutus.

ὑδατοπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, (πλήσσω) ab aqua percussus.

ὑδατοποσία, ίας, ἡ, (πόσις) aquae potus.

ὑδατοποτέω, aquam bibo. A seq.

ὑδατοπότης, ου, ὁ, (πίνω) qui aquam bibit. cf. ὑδροπότης.

ὑδατοπατέω, i. q. ὑδατοποτέω, Lobeck. Phryn. p. 456.

ὑδατοστεγής, ές, idem quod ὑδασιστεγής.

ὑδατοστεφής, ές, aqua quasi redimitus, i. e. circumdatus, Archestr.

ὑδατοτρεφής, ές, (τρέφω) in aqua nutritus.

ὑδατόχλοος, ον, (χλόη) et ὑδατόχλωρος, ον, (χλωρός) pallidus instar aquae.

ὑδατόχολος, ον, (χολή) aquosus et perliquidus, pallidaque aut flava bile permixtus.

ὑδατόχροος, ον, contr. ὑδατόχρους, ουν, (χρόα) aquae colore praeditus, aquae similis.

ὑδατόω, (ὕδωρ) aquosum reddo. Med. aquosus sum vel fio.

ὑδατώδης, ες, aquosus, multum aquae continens. 2) hydropicus.

ὑδείω, Epice p. ὑδέω, i. q. ὕδω, fabulor, Callim. Jov. 76. (⏑ - - cf. Naeke Choeril. p. 155.)

ὑδεραίνω, (ὕδερος) hydrope laboro.

ὑδεράω, i. q. ὑδεριάω.

ὑδερίασις, εως, ἡ, aquae intercutis adfectus. A seq.

ὑδεριάω, (ὕδερος) hydropicus sum, intercutibus aquis laboro.

ὑδερικός, ή, όν, hydropicus. A seq.

ὕδερος, ου, ὁ, (ὕδωρ) aqua intercus, hydrops.

ὑδερόω et ὑδεροῦμαι, idem quod ὑδεραίνω.

ὑδερώδης, ες, hydropicus. A pr.

ὑδέω, i. q. ὕδω, canto, cano, celebro: fabulor: nomino, Nic. *pass.* dicor, Ap. Rh. et Arat. (⏑⏑-)

ὕδης, ου, ὁ, (ὕδω) i. e. ποιητής, συνετός, Hesych.

ὑδνέω, nutrio, Hesych. A seq.

I. ὕδνης, ου, ὁ, (ὕω) humidus, inde almus, nutriens; *passive* nutritus, Hesych.

II. ὕδνης, ου, ὁ, i. q. ὕδης, ἔμπειρος, εἰδώς, Hesych.

ὕδνον, ου, τό, pro οἶδνον, (οἰδάω) tumor terrae, tuber.

ὑδνόφυλλον, ου, τό, herba quae tuberibus supercrescit; ap. Athenae.

ὑδογενής, ες, (ὕδος, γένος) ex aqua natus. (Prima producitur in arsi a poetis.)

ὕδος, εος, τό, poet. p. ὕδωρ, aqua. In usu tantum est dat. ὕδει. (Prior brevis in arsi producitur.)

ὕδρα, ας, ἡ, (ὕδωρ) hydra, serpens aquatilis.

ὑδραγωγεῖον, ου, τό, (ὑδραγωγός) aquae ductus.

ὑδραγωγέω, aquam eduro.

ὑδραγωγία, ας, ἡ, aquae ductus, aquae deductio. A praec.

ὑδραγωγός, όν, (ἄγω) aquam educens, aquagium seu aquae ductus.

ὑδραίνω, lavo, irrigo, aqua perfundo.

ὑδραῖος, αία, αῖον, (ὕδωρ) qui fit, est, vivit in aqua: opp. χερσαῖος.

ὑδραλέσιον, τό, (ἀλέω) molina, Gl. Vet.

ὑδραλέτης, ου, ὁ, (ἀλέω) mola aquaria.

ὑδραλετία, ἡ, mola aquaria, Hesych.

ὕδραλμη, ης, ἡ, aqua salsa.

ὑδράργυρος, ου, ὁ, argentum vivum.

ὑδράρπαξ, αγος, ὁ, i. q. κλεψύδρα.

ὑδραύλης, ου, ὁ, (αὐλέω) organarius. Gl. Vet.

ὑδραύλησις, ἡ, i. q. ὕδραυλις.

ὑδραυλικός, ή, όν, ad hydraulin pertinens.

ὕδραυλις, εως, ἡ, (αὐλέω) hydraulis, hydraula, instrumentum.

ὕδραυλος, ὁ, i. q. praec.

ὑδρεία, ας, ἡ, (ὑδρεύω) aquatio. 2) rigatio, irrigatio.

ὑδρεῖον, Ion. ὑδρήϊον, ου, τό, (ὑδρεύω) quo utimur in aquando, hydria, situla, urna.

ὑδρέλαιον, ου, τό, aqua oleo mista.

ὕδρευμα, ατος, τό, (ὑδρεύω) aquatio.

ὕδρευσις, εως, ἡ, (ὑδρεύω) aquatio. 2) rigatio, irrigatio.

ὑδρευτής, οῦ, ὁ, (ὑδρεύω) aquator.

ὑδρεύω, f. εύσω, (ὕδωρ) aquor, aquam peto seu haurio. 2) rigo, irrigo.

ὑδρήϊον, τό, Ion. p. ὑδρεῖον, Hdt.

ὑδρηλός, ή, όν, (ὕδωρ) humidus, aquosus, irriguus.

ὑδρηρός, ά, όν, i. q. ὑδρηλός, Aesch.

ὑδρηχόος, ον, (χέω) i. q. ὑδροχόος, poet.

ὑδρία, ας, ἡ, hydria, vas aquarium, aqualis, cadus, urna, sitella.

ὑδριάς, άδος, ἡ, aquatica, ut Νύμφη.

ὑδριαφόρος, ον, (ὑδρία, φέρω) situlam gestans.

ὑδρίον, ου, τό, aquula. 2) parvum vas aquarium, parva hydria. Dimin. ab ὕδωρ.

ὑδρίσκη, ης, ἡ, parva hydria, urnula. Dimin. ab ὑδρία.

ὑδροβατικός, ή, όν, v. ὑγροβατικός.

ὑδροβαφής, ές, (ὕδωρ, βάπτω) aqua tinctus.

ὑδρόγαρον, ου, τό, (γάρον) garum aqua dilutum.

ὑδροδόκος, ον, (δέχομαι) aquam excipiens, recipiens, capiens.

ὑδροδρόμος, ον, (τρέχω) per aquas vagans, ut pisces, Nymphae marinae.

ὑδροειδής, ές, (εἶδος) aquae similis, aqueus.

ὑδροθήκη, ης, ἡ, cisterna. 2) in navi locus ad adservandam aquam dulcem.

ὑδροθήρας, ου, ὁ, (θηράω) piscator.

ὑδροθηρία, ἡ, piscatus.

ὑδροθηρικός, ή, όν, piscatorius.

ὑδροκέλευθος, ον, humidus. Epith. nubium. v. ὑγροκέλευθος, si lectio vera.

ὑδροκέφαλον, τό, et

ὑδροκέφαλος, ὁ, (κεφαλή) morbus, in quo caput aqua repletur. Hinc ὑδροκέφαλος, ον, eo morbo laborans.

ὑδροκήλη, ἡ, (κήλη) hydrocele, hernia aquosa. Hinc ὑδροκηλικός, ή, όν, ea hernia affectus.

ὑδροκηλία, ας, ἡ, tumor. Symmachus.

ὑδροκιρνάω, (κιρνάω) aqua misceo, Tzetz. Chil.

ὑδρολόγιον, τό, (λόγος) i. q. κλεψύδρα.

ὑδρόμαντις, εως, ὁ, ἡ, qui vel quae ex aqua praedicit futura.

ὑδρομαστευτής, οῦ, ὁ, (μαστεύω) qui aquam quaerit. Unde ὑδρομαστευτική, ἡ, ars ejusdem.

ὑδρομέδουσα, ης, ἡ, (ὕδωρ, μέδουσα) aquarum regina, epith. ranae, Batr.

ὑδρομέλαθρος, ον, (μέλαθρον) in aqua habitans.

ὑδρόμελι, ιτος, τό, hydromeli, aquae mulsae genus ex imbre purissimo et melle temperatum, et jam vetustate vini saporem referens.

ὑδρόμηλον, ου, τό, hydromelum, genus potionis, dictum a malis cotoneis, quae Graeci μῆλα vocant.

ὑδρομιγής, ές, (μίγνυμι) aqua commixtus.

ὑδρομύλον, ου, τό, (μύλος) aquae mola, Gl. Vet. Item ὑδρόμυλος, ὁ, Hesych. et ὑδρομύλη, ἡ, Gl. Steph.

ὑδρονομέομαι, (νέμω) aquam dispenso, aquam admetior.

ὑδροπαραστάται, ῶν, οἱ, aquarii.

ὑδροπέπερι, εως, τό, piper aquaticum; genus plantae.

ὑδροποσία, ας, ἡ, (πόσις) aquae bibendae consuetudo.

ὑδροποτέω, f. ήσω, aquam poto seu bibo. A seq.

ὑδροπότης, ου, ὁ, (πίνω) aquae potor.

ὑδροποτία, i. q. ὑδροποσία.

ὑδρορόδινον, τό, (ῥόδινον) oleum rosarum aqua mixtum.

ὑδρορόσατον, τό, aqua rosacea.

ὑδρορόα vel -ρόη, ἡ, i. q. seq. poet.

ὑδρόῤῥοια, ἡ, et ὑδρορῥόος, ὁ, it. ὑδρορῥύα, ἡ, et ὑδρορῥύη, ἡ, i. q. ὑδρορῥόα.

ὑδρορῥόα, ας, ἡ, it. ὑδρορῥόη, (ῥοή) cloaca, emissarium, canalis per quem aqua effluit, aquae ductus. 2) i. q. ὕδρωψ. 3) scopulus in mari latens.

ὕδρος, ου, ὁ, (ὕδωρ) serpens aquaticus, coluber in aquis vivens, natrix. 2) sidus quoddam.

ὑδροσεληνίτης, ου, ὁ, (σελήνη) gemma pellucida, Damasc. Phot. p. 1056.

ὑδροσκοπέω, sive έομαι, (ὑδροσκόπος) aquas indago.

ὑδροσκοπικός, ή, όν, ad aquam indagandam pertinens. ὑδροσκοπική, scil. τέχνη, s. ἐπιστήμη, ars aquam indagandi.

ὑδροσκόπιον, ου, τό, clepsydrae genus, quo horae discernuntur.

ὑδροσκόπος, ον, (σκοπέω) qui aquam indagat. ὑδροσκόποι, οἱ, aquilices, Gl. Vet.

ὑδρόσπονδα, τά, (σπένδω) sacra, in quibus aqua fiebant libationes.

ὑδροστάσιμος, ον, aqua stagnans.

ὑδροστάσιον, ου, τό, (στάσις) stagnum, lacus.

ὑδροστατέομαι, (ἵσταμαι) stagno.

ὑδροτόκος, ον, (τίκτω) aquam producens; epith. fontis ap. Apoll. Rhod.

ὑδροφάντης, ου, ὁ, (φαίνω) qui aquas latentes detegit.

ὑδροφαντική, ῆς, ἡ, ars indagandi et eliciendi aquas. A praec.

ὑδροφοβία, ας, ἡ, (ὑδροφόβος) aquae metus, morbus e morsu canis rabiosi.

ὑδροφοβιάω, aquam timeo, seu laboro morbo, qui ὑδροφοβία dicitur. A praec.

ὑδροφοβικόν πάθος, est ὑδροφοβία. A seq.

ὑδροφόβος, ον, qui aquam timet, lymphatus.

ὑδροφορέω, f. ήσω, aquam fero

ὑδροφορία, ας, ἡ, aquae gestatio. A seq.

ὑδροφόρος, ον, (φέρω) aquae gerulus, lixa, calo, aquarius.

ὑδροχαρής, ές, (χαίρω) aquis gaudens.

ὑδρόχαρις, ἡ, nomen ranae in Batrachom.

ὑδροχοεῖον, ου, τό, aquale, Gl. Vet. A seq.

ὑδροχοεύς, έως, ὁ, aquam fundens. 2) aquarius, signum zodiaci.

ὑδροχόη, ης, ἡ, canalis, Gl. Vet. A seq.

ὑδροχόος, ον, (χέω) aquam fundens. 2) ὁ ὑ., aquarius, signum coeleste.

ὑδρόχυτος, ον, (χέω) aqua perfusus. 2) aquam fundens, κρῆναι, Eur.

ὑδρώδης, ες, humidus, aquosus.
ὑδρωπιάω, (ὕδρωψ) hydrope laboro.
ὑδρωπικός, ή, όν, hydrope laborans.
ὑδρωπιώδης, ες, idem.
ὑδρωποειδής, ές, (εἶδος) aqua intercute laborans. 2) hydropi similis, serosus et aquosus.
ὕδρωψ, ωπος, ὁ, ἡ, hydrops, aqua intercus. 2) hydropicus.
ὕδω, celebro, cano, dico. v. ὑδέω. (--)
ὕδωρ, ὕδατος, τό, aqua. it. pluvia; ap. Xenoph. (Prima brevis in arsi non raro producitur ab Homero et Epicis.)
ὑεικός, ή, όν, et
ὕειος, εία, ειον, vel ὕειος, ον, (ὗς) suillus, porcinus.
ὑελέος, έα, έον, contr. ὑελοῦς, ᾶ, οῦν, ap. ser. i. q. ὑαλέος, vitreus, e vitro confectus.
ὑελέψης, ου, ὁ, (ἕψω) qui vitra coquit, vitriarius.
ὑελίζω, vitrum imitor colore, in modum vitri sum pellucidus. A seq.
ὕελος, ου, ἡ, vitrum; idem quod ὕαλος.
ὑελώδης, ὁ, ἡ, vitreus A praec.
ὑέτιος, ία, ιον, (ὑετός) pluvius, pluviosus; Jovis epith. (-⏑⏑⏑)
ὑετόεις, όεσσα, όεν, idem et ab eod. (-⏑⏑-)
ὑετόμαντις, εως, ὁ, ἡ, pluviae praesagus. (-⏑⏑-⏑)
ὑετός, οῦ, ὁ, (ὕω) pluvia, unde Superl. ὑετώτατος, άτη, ατον, maxime pluvius. (-⏑⏑)
ὑετώδης, ες, pluvialis, pluviosus. (-⏑--) A pr.
ὑετώτατος, άτη, ατον, maxime pluvius, Superlat. ab ὑετός, οῦ, ὁ.
ὑηνεία, vel ὑηνία, ας, ἡ, (ὑηνός) hara. 2) mores suilli, porcina insulsitas vel stupiditas, ingenium suillum. v. et συηνία, it. ὑωδία.
ὑηνέω, idem quod συηνέω. 2) sum insulsus in modum porci.
ὑηνεύς, έως, ὁ, qui porcinis est moribus.
ὑηνός, ή, όν, (ὗς) porcinus, suillus.
Ὕης, ου, ὁ, (ὕω) pluvius, epith. Jovis. (--)
ὑθλέω, f. ήσω, (ὕθλος) nugor, garrio.
ὑθλήματα, τά, nugamenta. A praec.
ὕθλος, ου, ὁ, nugae, ineptiae, loquacitas.
υἷα, acc. Ep. ab υἱός, Hom.
υἱαρχία, ας, ἡ, (υἱός, ἀρχή) principatus filii.
υἱάσι, dat. pl. Ion. ab υἱός, Hom.
υἱάριον, τό, Dim. ab υἱός.
υἱδεύς, έως, ὁ, (υἱός) nepos, filii filius, Isocr.
υἱδῆ, ἡ, fem. ab υἱδεύς, υἱδοῦς, neptis e filio.
ὑΐδιον, τό, Dim. ab υἱός, filiolus, Ar. 2) Dim. ab ὗς, porcellus, Xen.
υἱδοῦς, οῦ, ὁ, (υἱός) nepos e filio.
* υἱεύς, nom. inusitatus, unde casus quidam ad υἱός.
ὑΐζω, f. ίσω, (ὗς) dicitur de voce porcorum, grunnio.
υἷϊ, dat. Ep. ab υἱός, Hom.
υἱϊκός, ή, όν, (υἱός) ad filium pertinens.
υἱϊκῶς, adv. filii more.
ὑϊκός, ή, όν, et ὕϊνος, η, ον, (ὗς) suillus, porcinus. ὑϊκόν τι πάσχει, idem accidit ei, quod porcis, Xen.
υἱοθεσία, ας, ἡ, (υἱός, θέσις) adoptio filii, arrogatio.
υἱοθετέω, f. ήσω, (τίθεμαι) adopto.
υἱόθετος, ον, (υἱός, τίθημι) adoptatus.
υἱοπατορία, ας, ἡ, quum quis et filius et pater est, nomen haereseos Patropassianorum, s. Apollinaristarum. A seq.
υἱοπάτωρ, ορος, ὁ, (υἱός, πατήρ) qui et filius et pater est; patre superstite liberos habens.
υἱοποιέομαι, filium adopto, Diod. Sic.
υἱοποίησις, εως, ἡ, adoptio. A praec.
υἱοποιητός, ή, όν, adoptatus, adoptivus.
υἷος, gen. Ep. ad υἱός pertinens, Hom.
υἱός, οῦ, ὁ, et heteroclitice υἱέος, υἱεῖ, υἱέε, υἱέοιν, υἱεῖς, υἱέων, υἱέσιν, Att. filius, natus. Metaph. ἰατρῶν υἱεῖς, medicorum filii, i. e. medici.
υἱότης, ητος, ἡ, q. d. filiatio, ut quis filius sit vel appelletur. A praec.
υἱόω, f. ώσω, (υἱός) adopto.
υἱωνεύς, έως, ὁ, idem quod υἱωνός.
υἱωνή, ῆς, ἡ, neptis e filio. A seq.
υἱωνός, οῦ, ὁ, (υἱόω) nepos.
υἱωσις, ἡ, (υἱόω) adoptio.
ὑκελος, έλη, ελον, sanus, Hesych.
ὕκης, vel ὕκκης, ου, ὁ, piscis quidam, qui ἱερός dicitur. Callim. (--)
ὕλαγμα, ατος, τό, (ὑλάω, ὑλακτέω) latratus.
ὑλαγμός, οῦ, ὁ, idem. 2) clamor.
ὑλαγωγέω, (ὕλη, ἄγω) materiam, ligna etc. fero. (ῡ)
ὑλαγωγός, οῦ, ὁ, qui ligna convehit. (ῡ)
ὑλάζομαι, f. άσομαι, (ὕλη) ligna colligo, lignor. (ῡ)
ὑλαῖος, αία, αῖον, (ὕλη) silvester. 2) luxurians frondibus et silvescens. 3) materialis. (ῡ)
ὑλακάω, unde ὑλακόωντες, part. praes. i. q. ὑλακτέω, Opp.
ὑλακή, ῆς, ἡ, (ὑλάω) latratus.
ὑλακόεις, εσσα, εν, latrans, Opp. (Prima poetice producitur.)
ὑλακόμωρος, ον, ad latratum natus, latrando se exercens et fatigans, κύνες, Od. 14, 29. (ῠ Ep.)
ὑλακτέω, f. ήσω, (ὑλάω, ὑλακή) latro. 2) cum Acc. allatro, latratu prosequor. metaph. maledico.
ὑλακτητής, οῦ, ὁ, latrator.
ὑλακτιάω, i. q. ὑλακτέω.
ὑλακτικός, ή, όν, latrans.
ὕλαξ, ακος, ὁ, i. q. ὑλακτητής.
ὑλάσκω et ὑλάσσω, f. ξω, i. q. ὑλακτέω. dub.
ὑλαστής, οῦ, ὁ, (ὑλάζομαι) lignator. (ῡ)
ὑλάστρια, ἡ, fem. a praec. (ῡ)
ὑλάω, latro, Od. 16, 9. 20, 15. eodem modo in Medio Od. 16, 162. 2) allatro, latratu prosequor, τινά, Od. 16, 5. Invenitur non nisi in praes. et impf. (⏑⏑-)
ὕλη, ης, ἡ, materia quaecunque, unde aliquid fit: unde et cibi ὕλη vocantur. 2) silva; it. frutices, frondes, sarmenta. 3) faeces cibi decocti, item vini, omninoque sedimentum cujusque liquidi. (--)
ὑληβάτης, ου, ὁ, (βαίνω) per silvas gradiens, in silvis vivens, epith. Panis. (--⏑-)
ὑληγενής, ές, e materia natus, corporeus. 2) e ligno factus: in ligno natus. (ῡ)
ὑλήεις, ήεσσα, ῆεν, silvosus, arboribus densus et opacus. (---)
ὑληκοίτης, ου, ὁ, (κοίτη) cubile in silvis habens. (ῡ)
ὕλημα, ατος, τό, frutices et stirpes humiliores mediae inter arbores et herbas. (Ab ὕλη, quasi intercedat ὑλέω vel ὑλάω). (--⏑)
ὑλημανέω, f. ήσω, (μαίνομαι) silvesco. (ῡ)
ὑληνόμος, ον, i. q. ὑλονόμος. (ῡ)
ὑληουργία, ας, ἡ, opus materiarum, ars lignaria fabrilis. A seq. (ῡ)
ὑληουργός, οῦ, ὁ, (ὕλη, ἔργον) faber lignarius. (ῡ)
ὑλητόμος, ου, ὁ, (τέμνω) lignicida, lignator. (ῡ)
ὑληφόρος, ον, (φέρω) qui materiam seu ligna comportat. (ῡ)
ὑλωρός, ου, ὁ, (ῡ) et ὑληωρός, ὁ, (ὤρα, ὠρέω) silvae custos. 2) Adj. i. q. ὑλώδης, Nic. (ῡ)
ὑλίαι, ῶν, αἱ, praesegmina coriorum. 2) res faeculentae. (Ab ὕλη, n.3.) (ῡ)
ὑλίζω, f. ίσω, defaeco, faecibus expurgo, vel per colum transfundo, defaecandi caussa, liquo, colo, sacco. (ῡ)
ὑλικός, ή, όν, materialis. 2) crassus, mundanis sordibus inquinatus. (-⏑⏑)
ὑλισμός, οῦ, ὁ, (ὑλίζω) colatio. (--⏑)
ὑλιστήρ, ῆρος, ὁ, (ὑλίζω) colum, cribrum, sacculus per quem aliquid transfunditur, ut a faecibus repurgetur, aut minuatur vis ejus, saccus vinarius. (---)
ὑλιστήριον, ου, τό, idem. A praec. (ῡ)
ὑλίστριον, ου, τό, idem. (ῡ)
ὕλλος, ὁ, Dim. ab ὕδρος.
ὑλοβάτης, ου, ὁ, (ὕλη, βαίνω) in silva degens (-⏑⏑-)
ὑλόβιος, ον, in silvis degens, et frondibus ac silvestribus fructibus vivens. (ῡ)
ὑλογενής, ές, (γίγνομαι) in silvis vel fruticetis natus. (ῡ)
ὑλοδρόμος, ον, (τρέχω) in silvis vagans.
ὑλοκάτοικος, ον, silvicola, Gl. Vet. (ῡ)
ὑλόκομος, ον, (κόμη) silvis seu arboribus comans, silvosus. (ῡ)
ὑλοκόμος, ον, (κομέω) silvas curans, silvarum studiosus. (ῡ)
ὑλοκοπέω, (κόπτω) ligna caedo. (ῡ)
ὑλόκουρος, ον, (κείρω, κουρά) ligna caedens, lignator. (ῡ)
ὑλομανέω, f. ήσω, frondibus ac sarmentis luxurio, silvesco. (ῡ)
ὑλομανής, ές, (μαίνομαι) qui mirum in modum silvis gaudet. 2) silvosus.
ὑλομαχέω, f. ήσω, (μάχομαι) in saltibus pugno.
ὑλομήτρα, ας, ἡ, genus vermiculi; quidam bombycem volunt, Hes. (ῡ)
ὑλονόμος, ον, (νέμω) in silvis degens. (ῡ)
ὑλοτομέω, f. ήσω, (ὑλοτόμος) materiam caedo, ligna in silvis caedo. (ῡ)
ὑλοτομία, ας, ἡ, materiae succisio. 2) ars seu scientia caedendi ligna et materiam.
ὑλοτόμιον, ου, τό, silva caedua; ap. Strabon.
ὑλοτόμος, ον, (ὕλη, τέμνω) ad succidendas arbores aptus. 2) lignorum caesor, lignicida, lignator. (ῡ)
ὑλοτραγέω, (τρώγω) silvestres radices fructusque comedo. (ῡ)
ὑλοτραφής, ές, (τρέφω) in silva nutritus.
ὑλουργία, ας, ἡ, opus materiarium, ars lignaria. A seq. v. ὑληουργία. (ῡ)
ὑλουργός, οῦ, ὁ, (ὕλη, ἔργον) materia-

rius, seu lignarius faber. (ῡ)

ὑλοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui silvas depascitur, qui in silvis pascitur seu degit.

ὑλοφορβός, όν, (φέρβω) in silvis pascens. Eur. (ῡ)

ὑλοφορέω, f. ήσω, materiam comporto. A seq. (ῡ)

ὑλοφόρος, ον, (ὕλη, φέρω) qui materiam et ligna comportat, calo. 2) silvosus. (ῡ)

ὑλώδης, ες, (ὕλη) silvosus, arboribus densus et opacus. 2) qui crassae materiae est, faeculentus. (- - -)

ὑλωρός, οῦ, ὁ, (ὠρέω) silvae custos. v. ὑλήωρος. (- - ⏑ -)

ὕμα, ατος, τό, (ὕω) humor, humidum.

ὑμεδαπός, ή, όν, (ὑμεῖς) vestras, popularis vester, civis vester. 2) vester, i. q. ὑμέτερος. (De terminatione δαπός consule ἡμεδαπός.) (- ⏑ ⏑ ⏑)

ὑμεῖς, pron. plur. a σύ, vos. (- -)

ὑμείων, gen. Ep. ab ὑμεῖς, Il. (ῡ)

ὑμέν, (ῡ) Vocativ. ab Ὑμήν, exclamatio, ut Ὑμέναιε, Callim.

ὑμέναιος, ὁ, (ὕμνος) carmen nuptiale, Il. 18, 493. Hes. sc. 274. 2) nuptiarum praeses genius, Hymenaeus, Ar. Av. 1742. Theocr. 18, 58.

ὑμεναιόω, f. ώσω, uxorem duco. 2) hymenaeum cano. A pr.

ὑμενήϊος, ὁ, epith. Bacchi, laetitiae dei.

ὑμένινος, η, ον, (ὑμήν) membranaceus.

ὑμένιον, τό, Dim. ab ὑμήν.

ὑμενοειδής, ές, (ὑμήν, εἶδος) membranae speciem gerens, membranaceus. 2) membrana constans.

ὑμενόπτερος, ον, (πτερόν) alas membranaceas habens, ut vespertiliones et cicadae.

ὑμενόστρακος, ον, (ὄστρακον) testa tenui et subtili, velut membrana, tectus seu constans.

ὑμενώδης, ες, (ὑμήν) membranaceus, tenui membrana constans.

ὑμές, Dor. p. ὑμεῖς. (- ⏑)

ὑμέτερος, έρα, ερον, (ὑμεῖς) vester, Hom. ὑμέτερος ἑκάστου θυμός, unius cujusque vestrum animus, Il. 17, 226. ὑμετέρονδε, adv. domum vestram, Il. 23, 86. 2) ap. scr. i. q. σός, tuus, v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 119. 627. cf. ὑμός. (ῡ)

ὑμήν, ένος, ὁ, membrana, pellicula, tunica s. tunicula. 2) membrana qua involutus est fetus. 3) tegmen, tegumentum, pallium, amiculum, vestis. (⏑ -)

Ὑμήν, ένος, ὁ, Hymen, deus nuptiarum. Vocat. Ὑμέν, inservit exclamationi. 2) carmen nuptiale.

ὔμμε, acc. ab ὑμεῖς, Aeol., Dor. et Ep.

ὔμμες, nom. p. ὑμεῖς, Dor. et Ep.

ὔμμι, ὔμμιν, Aeol., Doric. et Epic. p. ὑμῖν.

ὔμμος, α, ον, Aeol. p. ὑμός, ὑμέτερος.

ὑμναγόρας, ου, ὁ, (ὕμνος, ἀγορεύω) carminum cantor.

ὑμνείω, poet. p. ὑμνέω, Hes. op. 2.

ὑμνέω, f. ήσω, (ὕμνος) carmine celebro, hymnis decanto, cano. 2) praedico, celebro, idem saepius dico, laudo, etiam soluta oratione. 3) convicior, incuso seu accuso, carmine perstringo et diffamo, deploro et diffamo.

ὑμνηπολέω, f. ήσω, hymnis et carminibus occupor, cano. A seq.

ὑμνηπόλος, ον, hymnos tractans, poeta.

ὕμνησις, εως, ἡ, (ὑμνέω) celebratio per hymnos aut carmina. 2) laudum cantatio, laudes.

ὑμνητήρ, ῆρος, ὁ, cantator, laudator, proprie per carmina. Ab eod.

ὑμνητής, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.

ὑμνητικός, ή, όν, ad laudes canendas pertinens. 2) artifex laudum canendarum. A praec.

ὑμνητός, ή, όν, (ὑμνέω) celeber, laudibus celebrandus.

ὑμνήτρια, ας, ἡ, cantatrix. Poll. fem. ab ὑμνητήρ.

ὑμνητρίς, ίδος, ἡ, idem. Poll. femin. ab eodem.

ὑμνογράφος, ου, ὁ, (ὕμνος, γράφω) hymnorum scriptor.

ὑμνοθέτης, ου, ὁ, (τίθημι) idem.

ὑμνόθετος, ον, ex hymnis compositus, Mel. 1, 2. A pr.

ὑμνολογέω, (ὑμνολόγος) hymnum canto, celebro.

ὑμνολογία, ας, ἡ, hymnorum cantatio. A praec.

ὑμνολογίζω, f. ίσω, hymnum dico.

ὑμνολόγος, ον, (λέγω) hymnos dicens.

ὑμνοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) qui hymnos conficit. 2) poeta laudes celebrans.

ὑμνοπόλος, ου, ὁ, v. ὑμνηπόλος.

ὕμνος, ου, ὁ, carmen in honorem dei, hymnus, carmen. 2) oraculum.

ὑμνῳδέω, f. ήσω, (ὕμνος, ᾠδή) hymnos cantu, carmina decanto. 2) oraculum edo.

ὑμνῳδία, ας, ἡ, hymnorum cantatio. 2) hymnus ipse, qui decantatur. A pr.

ὑμνῳδογράφος, ου, ὁ, (ὕμνος, ᾠδή, γράφω) hymnorum et odarum scriptor; sed lectio non satis certa, ap. Joseph.

ὑμνῳδός, ου, ὁ, qui hymnos decantat, scribit.

ὑμός, ή, όν, idem quod ὑμέτερος, Dor. et Ep. (- -)

ὕνις, sive ὕννις, εως, ἡ, vomer, vomis.

ὑννιμάχος, ον, (μάχομαι) vomere pugnans.

ὕννος, ου, ὁ, equulens, mannus; sed est f. l. p. ἴννος.

ὑοβοσκός, οῦ, ὁ, (ὗς, βόσκω) subulcus.

ὑοβότης, ου, ὁ, idem et ex iisd.

ὑοειδής, ές, (ὗς, εἶδος) porcu similis. 2) porcinus.

ὑομουσία, ας, ἡ, (ὗς, μοῦσα) qs. Musa porcina, cantus suum grunnitum referens, cantus invenustus.

ὑοπόλος, ου, ὁ, (ὗς, πολέω) subulcus.

ὑοσκυαμάω, insanio, ut qui hyoscyamum gustarunt. A seq.

ὑοσκύαμος, ου, ὁ, et μον, τό, (ὗς et κύαμος) hyoscyamus, faba porcina; genus herbae, quod Latinis altercum, it. herba Apollinaris dicitur.

ὑοφορβεῖον, ου, τό, (ὑοφορβός) hara.

ὑοφόρβιον, ου, τό, grex suum, quae pascuntur.

ὑοφορβός, οῦ, ὁ, (ὗς, φέρβω) subulcus.

ὑπαγανακτέω, f., ήσω, subindignor, indignor.

ὑπαγαπάω, amo, valde amo.

ὑπαγγέλλω, clam nuncio, item praenuncio, nuncio.

ὑπάγγελος, ου, ὁ, nuncius.

ὑπάγγελτος, ον, (ὑπαγγέλλω) patefactus, denunciatus.

ὑπαγκαλίζω, f. ίσω, in ulnis gesto.

ὑπαγκάλισμα, ατος, τό, quod ulnis gestatur. A seq.

ὑπάγκαλος, et ὑπαγκάλιος, ον, (ἀγκάλη) qui ulnis gestatur, epith. infantis.

ὑπαγκώνιον, ου, τό, (ἀγκών) cubital.

ὑπαγορευτέον, adv. verb. posit. ab ὑπαγορεύω, respondendum.

ὑπαγόρευσις, εως, ἡ, dictatio, quum verbia praeimus quae alter calamo excipiat. 2) hortatio, de inspiratione divina: Josephus. A seq.

ὑπαγορεύω, f. εύσω, dicto, verba subjicio. 2) respondeo. 3) post factum verba addo. 4) nuncupo. 5) interpretor, expono.

ὑπᾱγορία, ἡ, consilium, Dor. p. ὑπηγ.

ὑπάγροικος, ον, (ἄγροικος) subrusticus.

ὑπάγρυπνος, ον, vigilans, non dormiens, insomnis.

ὑπάγω, f. άξω, (ἄγω, irr.) subduco, clam eximo; pellicio, allicio; unde et ventrem ὑπάγειν, i. e. ciere, laxare. 2) subjicio, jugo subdo, maxime in medio. 3) desero, in judicium adduco, accuso. 4) recedo, abeo, item, eo, simpliciter. 5) sequor. 6) in *medio* est, praeter subjicio mihi, illicere in fraudem, dolis aliquem capio, deceptumque meae potestatis facio, decipere, pellicere ad stuprum, item subjicere vel suggerere alicui aliquid, auggerendo impellere. etiam subire, larvam sumere. v. ὑποδύομαι, n. 5.

ὑπαγκεύς, έως, ὁ, instrumentum fabrile. 2) tormentum quoddam. Suid. A seq.

ὑπαγωγή, ῆς, ἡ, subductio. 2) receptus, recessus, quum receptui canitur: item fuga. 3) deceptio, dolus, fraus. 4) submissio et succidua admissio maris in animalibus.

ὑπαγωγίδιον, τό, et ὑπαγώγιον, τό, Dim. ab ὑπαγωγεύς.

ὑπαγωγός, ή, όν, vim habens subducendi, decipiendi, illiciendi etc.

ὑπᾴδω, succino.

ὑπαείδω, poet. p. ὑπᾴδω. (α in arsi producitur.)

ὑπαίθριος, ον, (ἀήρ) sub dio vivens.

ὑπαί, Praep. pro ὑπό, poet.

ὑπαιάζω, lamentor.

ὑπαιδείδοικα, pf. Ep. ab ὑποδείδω p. ὑποδέδοικα, Hom. h. Merc. 165.

ὑπαιδέομαι, f. έσομαι, subvereor, it. revereor, ut simpl.

ὕπαιθα, adv. coram. 2) ex obliquo. c. gen.

ὑπαιθριάζω, sub dio sum vel ago.

ὑπαίθριος, ον, subdialis, qui est sub dio.

ὕπαιθρος, ον, (ὑπό, αἰθήρ) subdialis, qui est sub dio. 2) metaph. de vita viri in republica administranda aut bello gerendo versantis; opp. umbraticae. 3) in re militari ὕπαιθρα, opp. locis munitis, in quibus latere milites possunt.

ὑπαίθω, ardeo.

ὑπαικάλλω, adulor, adulando subrepo.

ὑπαινεσία, ας, ἡ, (αἰνέω) approbatio, hortatio. Apoll. Rhod. sed est scriptura vitiosa.

ὑπαινίσσομαι, f. ίξομαι, subobscure declaro sive innuo, tacite et occulte innuo.

ὑπαιρέω, Ion. p. ὑφαιρέω, Hdt.

ὑπαίρω, (αἴρω, irr.) leviter attollo, elevo.

ὑπαισθάνομαι, f. σθήσομαι, (αἰσθάνομαι) sentio, animadverto.

ὑπαΐσσω, f. ΐξω, proruo, ac. ex inferiori loco, ut e terra, aqua. (ᾱ Ep. ᾰ Trag.)

ὑπαισχρος, ον, (αἰσχρός) subturpis.

ὑπαισχύνομαι, suppudet, i. e. aliqua ex parte pudet me.

ὑπαίτιος, ον, (αἰτία) obnoxius crimini, sons.

ὑπαιφοινίσσω, Ep. p. ὑποφοινίσσω, Nic.

ὑπαιωρέω, f. ήσω, suspendo.

ὑπακμάζω, f. άσω, vigeo in aliqua re.

ὑπακοή, ῆς, ἡ, (ὑπακούω) obedientia, obsequium.

ὑπακοός, οῦ, ὁ, qui ex altero audivit, interpres alterius.

ὑπάκουσις, ἡ, auditio.

ὑπακουστέον, adv. verb. ab ὑπακούω, intelligendum, pro quo alias ἐλλείπει.

ὑπακούω, f. ούσομαι, (ἀκούω) ausculto, obedio, obtempero. 2) cedo, admitto. 3) subaudio, in ellipsi.

ὕπακρος, ον, fere summus, summo proximus. 2) primarius, perfectus in aliquo genere: alias πένταθλος.

ὑπακτικός, ή, όν, (ὑπάγω) vim cicndi, subducendi (v. c. alvum) habens etc.

ὑπάλειμμα, ατος, τό, (ὑπαλείφω) inunctio.

ὑπάλειπτον, ου, τό, quod illinitur. Ab eod.

ὑπαλειπτρίς, ίδος, ἡ, ungendo s. illinendo serviens. A seq.

ὑπάλειπτρον, ου, τό, instrumentum quo ad illinendum utimur, velut specillum. A seq.

ὑπαλείφω, f. ψω, sublino, subungo, ungo, lino; fuco me illino.

ὑπάλειψις, εως, ἡ, inunctio.

ὑπαλεύομαι, (ἀλεύω, irr.) subterfugio, fugio, elabor, vito, caveo.

ὑπαλλαγή, ῆς, ἡ, (ὑπαλλάττω) immutatio. 2) hypallage, figura grammatica.

ὑπάλλαγμα, ατος, τό, commutatio subsidiaria, res, quae vicem alterius praestat: pignus.

ὑπαλλακτικός, ή, όν, commutativus.

ὑπαλλάττω, f. ξω, muto, immuto, commuto. 2) loco alterius pono, seu exhibeo.

ὑπάλληλος, ον, (ὑπό, ἀλλήλων) subalternus, alternus.

ὑπάλυξις, εως, ἡ, effugium, devitatio. A seq.

ὑπαλύσκω, f. ύξω, subterfugio, effugio, evito.

ὑπαμάω, demeto.

ὑπαμβλύνω, obtundo.

ὑπαμβλύς, εῖα, ύ, paullulum obtusus.

ὑπαμείβω, commuto, permuto. πόντον ὑπαμείβεσθαι, mare permutare cum terra, i. e. mare petere, in mare concedere, Opp.

ὕπαμμος, ον, arenosus. cf. ὕφαμμος.

ὑπάμπελος, ον, vitibus consitus.

ὑπαμπέχω, f. ὑπαμφέξω, (ἔχω, irr.) induo, indumento tego.

ὑπαμφιέννυμι, (ἕννυμι, irr.) induo sub.

ὑπαναβάλλομαι, cunctor.

ὑπαναβλέπω, f. ψω, (βλέπω) sensim sensimque video.

ὑπαναγινώσκω, vel -γιγνώσκω, lego, recito.

ὑπαναγνώστης, ου, ὁ, lector. A pr.

ὑπανάγω, subduco, abduco.

ὑπαναδίπλωσις, εως, ἡ, duplicatio.

ὑπαναδύομαι, f. ύσομαι, tergiversor, subduco me alicui rei. (De quantitate v. δύω.)

ὑπαναθλίβω, premendo expello. (ī)

ὑπαναχινέω, abeo, ap. Aristoph. saltans abeo.

ὑπανακλίνω et ομαι, succumbo, Gl. Vet. (ī)

ὑπαναλίσκω, (ἀναλίσκω, irr.) expendo, consumo, exhaurio.

ὑπανάστασις, ἡ, honor qui alteri defertur assurgendo locumque cedendo.

ὑπαναστατέον, adv. verb. ab ὑπανίσταμαι, assurgendum.

ὑπαναστρέφω, reverto, redeo.

ὑπανατρέφω, alo.

ὑπανατροπιάζω, subverto. Poll.

ὑπαναφλέγω, incendo, paullatim incendo vel calefacio; de vino, amore.

ὑπαναφύομαι, paullatim nascor.

ὑπαναχωρέω, f. ήσω, recedo, retro abeo.

ὑπαναχώρησις, εως, ἡ, recessio, abitus. A pr.

ὕπανδρος, ου, ἡ, (ὑπό, ἀνήρ) marita, quae est ὑπ᾽ ἀνδρί, in potestate viri.

ὑπανεμόω, paullulum afflo.

ὑπανέχω, sustineo, velut humeris etc.

ὑπανθέω, floreo, vigeo.

ὑπανιάω, f. άσω, Ion. ήσω, (ἀνιάω) paullulum afficio dolore. Med. discrucior, molestia affectus sum. (De quant. v. ἀνιάω.)

ὑπανίημι, paullulum remitto.

ὑπανίσταμαι, adsurgo honoris caussa alicui. 2) exsurgo.

ὑπανοίγνυμι, idem quod seq.

ὑπανοίγω, f. ξω, subtus aperio, v. c. infra pedes, clam, paullulum, ut fores.

ὑπαντάω, f. ήσω, obviam eo, occurro. 2) objicio.

ὑπαντιάω, idem.

ὑπάντησις, εως, ἡ, occursus. A pr.

ὑπαντιάζω, f. άσω, (ἀντιάω) occurro.

ὑπάντλησις, εως, ἡ, exhaustio, velut e sentina etc.

ὑπάντομαι, i. q. ὑπαντιάζω.

ὕπαντρος, ον, (ἄντρον) qui in antro degit.

ὑπαξόνιος, ον, (ἄξων) qui est in axe vel circa axem, ut modiolus.

ὑπαπειλέω, una minor.

ὑπάπειμι, paullatim abeo, vel clam me subduco.

ὑπαποκινέω, abeo paullatim s. clam.

ὑπαποκρύπτω, f. ψω, occulto aliquid sub aliqua re, τί τινι.

ὑπαποτρέχω, clam abeo. 2) abeo.

ὑπάπτω, Ion. pro ὑφάπτω.

ὕπαρ, τό, Nomen indeclinabile, visio vera. Adv. videndo et vigilando, int. κατά.

ὑπαράττω, f. ξω, succutio. 2) quatio.

ὑπαργήεις, εσσα, ῆεν, i. q. ὑπόλευκος, poet.

ὑπάργιλος, ον, (ἄργιλος) argillam in se continens, epith. terrae.

ὕπαργμα, τό, substantia. 2) plur. facultates, opes. 3) i. q. ὕπαρξις, exsistentia.

ὑπαργυρευσις, εως, ἡ, aes alienum. A seq.

ὑπαργυρεύω, f. εύσω, argentum anxie quaero, et veluti effodiendo investigo. 2) ὑπαργυρεύομαι, obaeratus sum.

ὑπάργυρος, ον, argentum in se continens, ut mons in quo argentifodinae. 2) argento par, unde ὑπάργυρον pro cinnamomo, quia libra ejus libra argenti vendebatur.

ὑπαρίθμησις, ἡ, subnumeratio.

ὑπαρκτικός, ή, όν, (ὑπάρχω) substantivus.

ὑπαρκτός, ή, όν, exsistentiam habens. Ab eod.

ὕπαρνος, ον, (ἀρήν, ἀρνός) agnum lactans, epith. ovis, Eur.

ὕπαρξις, εως, ἡ, (ὑπάρχω) q. d. exsistentia, subsistentia, substantia. 2) bona, facultates, opes.

ὑπαρπάζω, f. άξω, Ion. pro ὑφαρπάζω.

ὑπαρτάω, subligo, suspendo ex.

ὑπαρχή, ῆς, ἡ, principium, initium, ortus. 2) beneficium ultro datum. 3) ἐξ ὑπαρχῆς, a priori.

ὑπαρχία, ἡ, munus s. potestas legati. vid. ὕπαρχος. 2) dominatus, potestas in alium. A seq.

ὕπαρχος, ου, ὁ, qui sub alio imperium obtinet, ut legatus in exercitu aut provincia, praefectus, procurator. 2) dux. idem quod ἔπαρχος.

ὑπάρχω, f. ξω, ὑπάρχομαι, initium do, primus facio aut dico, vel initium rei do, lacesso, excito contentionem. 2) sum, suppeto, praesto sum, in promtu et paratus. ὑπάρχει cum infinit. it. καλῶς ὑπάρχον, facultas est, occasio, materia adest, licet. Subst. τὰ ὑπάρχοντα, sc. χρήματα, bona, fortunae, praesidia et adminicula rei gerendae, quae jam adsunt, antequam res suscipiatur. 3) adsum. 4) sum ὕπαρχος.

ὑπαρωματίζω, aromata redoleo vel resipio.

ὑπασθενέω, f. ήσω, (ἀσθενέω) paullulum aegroto, aegrotare incipio.

ὑπασπίδιος, ον, (ἀσπίς) clypeo tectus.

ὑπασπίζω, f. ίσω, clypeum gesto, armiger sum. 2) sub clypeo latenter incedo. trop. sub alicujus tutela sum.

ὑπασπιστής, οῦ, ὁ, clypeatus satelles, protector, armiger. A pr.

ὑπασπιστήρ, ῆρος, ὁ, idem et ab eod.

ὕπαστρος, ον, (ἄστρον) sidereus, coelestis, a sideribus ortus, ductus.

ὑπατεία, ας, ἡ, consulatus. A seq.

ὑπατεύω, f. εύσω, (ὕπατος) sum consul.

ὑπατικός, ή, όν, consularis.

ὑπάτιος, ία, ιον, i. q. ὑπατικός.

ὑπατμίζω, f. ίσω, (ἀτμός) vaporem subjicio.

ὑπατμισμός, οῦ, ὁ, vaporis excitatio, emissio.

ὑπατμός, ὁ, (ἀτμός) vapor subjectus.

ὑπάτοπος, ον, subabsurdus.

ὕπατος, άτη, ατον, summus, supremus. 2) Subst. ὁ, consul, quia penes illum Romae erat summa potestas. ἡ ὑπάτη, sc. χορδή, summa chorda in fidibus, quae τῇ νήτῃ, imae opponitur, et sonum gravissimum edit.

ὑπαττικίζω, f. ίσω, Atticae linguae elegantiam adfecto.

ὑπάτῡφος, ον, (ἄτυφος) satis modestus, Sext. Emp. hypot. 1, 33.

ὑπαυγάζω, f. άσω, splendesco, illucesco.

ὕπαυγος, ον, (αὐγή) qui est sub luce.

ὑπαυθαδίζομαι, (αὐθαδίζομαι) subarroganter me gero.

ὑπαυλέω, f. ήσω, (αὐλέω) succino tibia, c. dat. 2) modos praeeo tibia.

ὕπαυλος, ον, (αὐλή) qui est in aula. 2) qui est in tentorio vel tecto.

ὑπαυστηρός, ρά, ρόν, subausterus; ap. Dioscor.

ὑπαυχένιον, ου, τό, (αὐχήν) cervical, quod cervici supponitur.

ὑπαφίσταμαι, recedo, decedo, v. c. de via.

ὑπαφρίζω, spumo, spumare incipio.

ὕπαφρος, ον, spumosus, spumans.

ὑπάφωνος, ον, alienus, non conveniens, non regularis. Hippocr.

ὑπαχλύνω, (ῡ) et

ὑπαχλύω, (ἀχλύω) sensim sensimque obscuro. Pass. paullatim obscurus fio.

ὑπεᾶσι, 3 plur. Ion. ab ὕπειμι, Il.

ὑπέγγυος, ον, qui fidejussores dedit, ut datis vadibus liberatus. 2) sponsioni obnoxius.

ὑπεγγύως, adv. satisdato; vadato.

ὑπεγκλίνω, leniter, paullulum inclino. (ῑ)

ὑπεγχέω, f. χεύσω, (χέω, irr.) infundo.

ὑπεδδείσαν, Ep. p. ὑπέδεισαν, 3 aor. ab ὑποδείδω, Il.

ὑπέδεκτο, 3 plqpf. ab ὑποδέχομαι, Hom.

ὑπείδομαι, suspicor, suspectum habeo. 2) contemplor.

ὑπεικάθω, idem quod ὑπείκω, Att.

ὑπεικτικός, ή, όν, qui cedit. A seq.

ὑπείκω, f. είξω, cedo, concedo, locum do, remitto, obsequor, obtempero, obedio.

ὑπειλέω, vel ὑπείλω, (ειλέω, εἴλω, irr.) devolvo. οὐρὰν ὑπειλεῖν, remulcere caudam, Eur.

ὑπειλίσσω, Att. -ττω, sursum torqueo.

ὑπείλω, v. ὑπειλέω.

ὕπειμι, (εἰμί) subsum, c. dat. φίλτατοι ἄνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ, subsunt tecto meo, Il. 9, 204. adsum, praesto sum: subsum alicui rei, i. e. conjunctus sum cum ea; sequor inde: it. resto. 2) lateo sub. 3) subjectus sum, sc. imperio alicujus, Eur.

ὕπειμι, εἶμι) subeo, succedo, clam venio: ὑπιέναι τινά, clam se insinuare apud aliquem.

ὕπειξις, εως, ἡ, (ὑπείκω) cessio. it. demissio, infractio animi. 2) obsequium.

ὑπειπεῖν, praefari, praedicere, inprimis monendi caussa: unde interdum per monere explicari potest. 2) caussari, caussam interponere.

ὑπείρ, poet. pro ὑπέρ.

ὑπειράλιος, ον, poet. p. ὑπεράλιος.

ὑπειρεσία, ἡ, remigatio. Orph. pro ὑπηρεσία.

ὑπειρέχω, pro ὑπερέχω. ὑπείρεχε, tendo supra, super extendo.

ὑπείροπλος, v. ὑπέροπλος.

ὑπείροχος, ον, pro ὑπέροχος.

ὑπείσειμι, (εἶμι) subeo, subingredior, irrepo. ὑπεισιέναι, surrepere, Gl. Vet.

ὑπεισέρχομαι, idem.

ὑπεισρέω, f. ῥεύσομαι, clam influo, sensim influo.

ὑπέκ, Praep. e, ex, desubter, c. gen.

ὑπεκβάλλω, ejicio.

ὑπεκβαίνω, procedo, v. c. in aciem.

ὑπεκδέχομαι, f. δέξομαι, expecto. 2) intelligo, colligo ex aliqua oratione aliquid.

ὑπεκδιδράσκω, subterfugio.

ὑπεκδύνω, vel ὑπεκδύω, f. ύσω, et ομαι, clam exuo seu excutio. 2) in med. emergo, clam elabor. 3) declino.

ὑπέκθεσις, εως, ἡ, idem quod ὑπόθεσις. Hesych.

ὑπεκκαθαίρω, expurgo.

ὑπεκκαίω, f. καύσω, succendo.

ὑπεκκαλύπτω, paullatim nudo, vel nudo.

ὑπέκκαυμα, ατος, τό, (ὑπεκκαίω) id, quo aliquid succendimus, fomes ad succendendum, suscitabulum ignis, irritamentum.

ὑπέκκειμαι, aliquo sum exportatus, sum alicubi depositus. 2) in locum aliquem subducor.

ὑπεκκενόω, evacuo, expilo.

ὑπεκκλέπτω, furto subduco.

ὑπεκκλίνω, clam, paullatim declino. (ῑ)

ὑπεκκομίζω, f. ίσω, clam exporto, clanculum effero.

ὑπεκκρίνω, excerno, ejicio. inpr. de iis, quae per alvum ejiciuntur.

ὑπεκλαμβάνω, excipio.

ὑπεκλύω, frango, debilito. 2) libero, solvo.

ὑπεκπέμπω, f. ψω, clam emitto.

ὑπεκπεράω, transeo, trajicio, sed cum significatione loci, unde progressa v. c. navis trajecit.

ὑπεκπηδάω, f. ήσω, subsilio, prosilio.

ὑπεκπνέω, expiro, deficio, ut magnifica dicta ὑπεκπνέουσι, abeunt, fugiunt.

ὑπεκπονέω, elaboro, laborando perficio.

ὑπεκπροθέω, longe praecurro, scil. ex acie, portu, s. procurro.

ὑπεκπρολύω, prius solvo, s. potius solvo, v. c. curru equos.

ὑπεκπρορέω, profluo.

ὑπεκπροτάμνει, de navi, progressa v. c. e portu, secat mare procul evecta.

ὑπεκπροφεύγω, clam profugio: effugio.

ὑπέκπυρος, ον, ardens, vehemens.

ὑπεκρέω, quasi dicatur, subeffluo, sensim et clam effluo, evanesco. 2) perfluo.

ὑπεκρήγνυμι, f. ῥήξω, (ῥήγνυμι, irr.) sensim effringo s. eripio.

ὑπεκρίπτω, (ῥίπτω, irr.) clam ejicio.

ὑπεκρύομαι, (ῥύομαι, irr.) clam eripio, c. gen. φόνοιο, Ap. Rh. (De quant. v. ῥύομαι)

ὑπεκσαόω, praes. inusit. p. ὑπεκσώζω, unde ὑπεξεσάωσεν, aor. Ep. Il. 23, 292.

ὑπεκσώζω, (σώζω, irr.) libero, e periculo eripio.

ὑπεκτανύω, (τανύω) extendo sub.

ὑπεκτελέω, f. έσω, (τελέω) clam, sensim sensimque perficio.

ὑπεκτήκομαι, colliquesco, ut quum caro in aquam abit, exsistitque hydrops.

ὑπεκτίθημι, seu ὑπεκτίθεμαι, aliquo transportandum curo, securitatis gratia, aut alia qua de caussa.

ὑπεκτρέπω, paullulum deflecto, clam averto. 2) paullulum declino, paullatim aversor et vito.

ὑπεκτρέχω, aor. ὑπεξέδραμον, (τρέχω, irr.) longe excurro, procurro, effugio, supero.

ὑπεκτροφή, ῆς, ἡ, nutritio, educatio, recreatio.

ὑπεκφαίνομαι, (φαίνομαι, irr.) in lucem edor, appareo, conspicuus sum.

ὑπεκφέρω, clam effero. 2) perfero, tolero.

ὑπεκφεύγω, clam effugio, subterfugio. refugio, effugio.

ὑπεκφυγγάνω, i. q. ὑπεκφεύγω, Hipp.

ὑπεκχέω, f. χεύσω, (χέω, irr.) effundo.

ὑπεκχωρέω, sensim abscedo, seu excedo. 2 ex aliquo loco me subduco. it. de faecibus alvi.

ὑπεκχώρησις, εως, ἡ, excretio per alvum. A praec.

ὑπεκχωρητικός, ή, όν, vim alvi purgandae habens. Ab eod.

ὑπέλαιον, ου, τό, olei faex seu sordes.

ὑπελαύνω, subigo, subagito. 2) adequito; ap. Xenoph.

ὑπελαφρός, όν, (ἐλαφρός) levis.

ὑπελαφρύνω, sublevo.

ὑπεμβάλλω, subinjicio.

ὑπέμβρυον, ου, τό, infans adhuc lactens. f. l. Od. 9, 245

ὑπεμβρυόω, (ἔμβρυον) gravidam reddo.

ὑπεμνήμυκε, deflexit oculos, Il. 22, 491. 3 pf. Ep. ab. ὑπημύω, pro ὑπεμήμυκε, ν versus gratia inserto. v. Heyne ad Il. t. 8. p. 319.

ὑπεμπίμπρημι, succendo.

ὑπεμφαίνω, subostendo, significo, adumbro.

ὑπεναντιόομαι, adversor, repugno. A seq.

ὑπεναντίος, ία, ίον, contrarius, e regione positus etc. 2) adversarius, hostis. 3) obvius, obviam factus.

ὑπεναντιότης, ητος, ἡ, contrarietas, quaedam diversitas. 2) vicissitudo. A pr.

ὑπεναντίωμα, ατος, τό, (ὑπεναντιόομαι) repugnantia.

ὑπεναντίως, adv. e contrario; varie.

ὑπεναντίωσις, ιως, ἡ, repugnantia. In plur. contraria, disjuncta.

ὑπενδίδωμι, paullatim cedo, clam cedo, tergum verto.

ὑπένδοθεν, adv. (ἔνδοθεν) intrinsecus.

ὑπένδυμα, ατος, τό, interula, quae tu interior vestis. Gl. Vet. subucula.

ὑπενδύτης, ου, ὁ, (ἐνδύομαι) idem.

ὑπένερθε vel θεν, adv. infra, subtus, subter.

ὑπεννοέω, f. ήσω, meditor.

ὑπεξάγω, subduco, subtraho.

ὑπεξαγωγή, ῆς, ἡ, idem quod seq. A pr.

ὑπεξαίρεσις, εως, ἡ, subtractio, detractio. 2) exceptio. A seq.

ὑπεξαιρέω, et έομαι, (αἱρέω, irr.) clam aufero et averto, interverto, subduco, subtraho. 2) suppilo: excipio.

ὑπεξαιρετέον, adv. verb. a praec. excipiendum.

ὑπεξαίρω, et ὑπεξαίρομαι, eximo, submoveo, clam de medio tollo.

ὑπεξακρίζω, per cacumina ambulo, ad summum evado, cacumina seco. (sed leg. ὑπερακρίζω, quod v. suo loco.)

ὑπεξαλέασθαι, idem quod seq. v. ἐξαλέασθαι.

ὑπεξαλύσκω, effugio, subterfugio, devito. ὑπεξαλύξαι, aor. 1.

ὑπεξαναβαίνω, transscendo.

ὑπεξανάγομαι, clam e litore solvo, enavigo.

ὑπεξαναδύω, (δύω, irr.) In aor. 2. ὑπεξανέδυν et in Medio: sensim vel clam emergo, πολιῆς ἁλός, e mari, Il. 13, 252. (De quantitate vide δύω.)

ὑπεξανίσταμαι, adsurgo honoris caussa alicui.

ὑπεξαντλέω, exhaurio, v. c. sentinam.

ὑπεξάπτω, succendo, inflammo.

ὑπεξαφύω, exhaurio.

ὑπέξειμι, (εἶμι) procurro in quem, in hostem impetum facio. 2) idem quod ὑπεξίσταμαι.

ὑπεξειρύω, Ion. p. ὑπεξερύω, Hdt.

ὑπεξελαύνω, (ἐλαύνω, irr.) clam progredior longius.

ὑπεξέλευσις, εως, ἡ, supplicium, tormentum, quaestio. (v. ἐπεξέρχεσθαι) dub.

ὑπεξερεύγω, (ἐρεύγω) evomo.

ὑπεξερύω, f. ύσω, subtraho.

ὑπεξέρχομαι, clam egredior, subduco me. 2) ulciscor, punio.

ὑπεξέχω, clam abeo, solum verto.

ὑπεξηγητικός, ή, ον, explicandi vim habens. Subst. τὸ ὑπεξηγητικόν, interpretatio.

ὑπεξίσταμαι, cedo, excedo, decedo. 2) declino, vito. 3) clam, repente surgo, consurgo ex insidiis.

ὑπέξοδος, ἡ, alvi fluxus. ap. Hippocr.

φίλαγρος, ον, (ἀγρός) ruris amans.

φιλαγρέτις, ἡ, venatrix.

φιλάγρυπνος, ον, vigiliarum amans; epith. lecti genialis, vigilantiae studiosus.

φιλάγων, ωνος, ὁ, ἡ, (ἀγών) certamina amans.

φιλαδελφία, ας, ἡ, fraterna caritas. A seq.

φιλάδελφος, ον, (ἀδελφός) fratris seu fratrum amans.

φιλαδέλφως, adv. fraterno animo.

φιλαδύναμος, ον, vires frangens.

φιλάεθλος, ον, (ἄεθλος) Ion. p. φίλαθλος.

φιλαθήναιος, ὁ, (Ἀθηναῖος) amicus Atheniensium.

φιλαθηναιότης, ητος, ἡ, amor Atheniensium.

φιλαθλητής, οῦ, ὁ, certaminum studiosus.

φίλαθλος, ον, (ἆθλος) certaminum studiosus.

φίλαι, imperat. aor. med. Ep. a φιλέω, Il. 5, 117. 10, 280.

φιλαίακτος, ον, (αἰάζω) lugubris.

φιλαιδήμων, ονος, ὁ, ἡ, pudicitiam amans.

φιλαίματος, ον, φίλαιμος, ον, et φιλαίμων, ον, (αἷμα) sanguinem amans, i. e. crudelis, sanguinarius.

φιλαίτερος, έρα, ερον, et φιλαίτατος, άτη, ατον, Compar. et Superl. irreg. a φίλος, Theocr. et Callim.

φιλαίτιος, ον, (αἰτία) querulus. 2) contentiosus, litigiosus, amans litium.

φιλαιτίως, adv. culpandi, contendendi studio.

φιλακόλαστος, ον, qui amat intemperantiam, luxuriam, seu lasciviam.

φιλακόλουθος, ον, qui lubenter comitatur, Ar.

φιλάκρητος, ον, Ion. p. φιλάκρατος, (ἄκρατος) meri cupidus, vinolentus; est et epith. convivii, nuptiarum, ubi largius bibitur.

φιλακριβέω, (ἀκριβής) nimis diligens sum. it. diligenter ausculto, gnavus et sedulus sum.

φιλακροάμων, ονος, ὁ, ἡ, (ἀκρόαμα) qui acroamatis delectatur. (⏑ ⏑̆ ⏑ – –)

φιλαλειπτέω, (ἀλείπτης) lubenter me inungo athletarum more.

φιλαλέξανδρος, ον, Alexandro amicus, Alexandri studiosus.

φιλαλήθης, ες, veri seu veritatis amans.

φιλαλήθως, adv. veritatis amore vel studio, ingenue, libere. A pr.

φιλαλληλία, ας, ἡ, mutuus amor.

φιλάλληλος, ον, (ἀλλήλων) mutuo amore flagrans.

φιλαλλήλως, adv. amore mutuo.

φιλαλλογενής, ές, amans alienigenarum.

φιλάλυπος, ον, expers doloris s. tristitiae.

φιλαλύστης, ου, ὁ, (ἀλύω) qui facile angitur.

φιλαμαρτήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ἁμαρτάνω) amans peccata, avidus peccandi.

φιλάμπελος, ον, ferax vitium, frequens vineis.

φιλαναγνωστέω, legendi studiosus sum. A seq.

φιλαναγνώστης, ου, ὁ, cupidus seu studiosus legendi.

φιλαναλώτης, ου, ὁ, (falso scribitur φιλαναλωτής) sumptuosus, Plat. de rep. 8. p. 548. B.

φιλανάλωτος, ον, (ἀναλίσκω) sumptuosus, sumptuum studiosus, prodigus. (⏑ ⏑ – – ⏑)

φιλανδρία, ας, ἡ, amor mariti. A seq.

φίλανδρος, ον, (ἀνήρ) amans mariti, Aesch. 2) insano virorum amore inflammatus.

φιλανθής, ές, (ἄνθος) flores amans, flores fovens.

φιλανθρακεύς, έως, ὁ, (ἀνθρακεύς) carbonariorum amicus, Ar.

φιλανθρώπευμα, ατος, τό, facinus liberale et benignitatis plenum. A seq.

φιλανθρωπεύομαι, f. εύσομαι, (φιλάνθρωπος) humanus sum, humanum me praebeo.

φιλανθρωπέω, f. ήσω, idem. 2) humaniter tracto. Ab eod.

φιλανθρωπία, ας, ἡ, humanitas, clementia, indulgentia.

φιλανθρωπικός, ή, όν, humanus.

φιλανθρώπινος, ον, humanus.

φιλανθρωπίνως, adv. humaniter.

φιλάνθρωπος, ον, (ἄνθρωπος) humanus, benignus, clemens, comis. φιλάνθρωπον et φιλάνθρωπα, humanitatis studium.

φιλανθρώπως, adv. humaniter, comiter.

φιλάνωρ, ορος, ὁ, ἡ, Dor. p. φιλήνωρ, Aesch. (ᾱ)

φιλαοιδός, όν, (ἀοιδός, ἀοιδή) cantorum seu poetarum studiosus. 2) amans cantuum.

φιλαπεχθημόνως, adv. (φιλαπεχθήμων) eorum more, qui libenter inimicitias suscipiunt, aut susceptas exercent infesto animo.

φιλαπεχθημοσύνη, ης, ἡ, improbitas in omnium odia incurrens. 2) amor et studium rixarum atque contentionum cum odio quoque contrahendarum. 3) inimicitia. Ab eodem.

φιλαπεχθήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ἀπεχθάνομαι) inimicitiarum amans.

φιλαπεχθής, ές, idem; item inimicus acerbus.

φιλαπλοϊκός, ή, όν, simplicitatis et sinceritatis amans.

φιλάπλοος, ον, contr. φιλάπλους, ουν, (ἁπλόος) simplicitatis et sinceritatis amans, sincerus: simplex, incautus.

φιλαπόδημος, ον, libenter peregrinans.

φιλαργυρέω, f. ήσω, (φιλάργυρος) pecuniae avidus sum.

φιλαργυρία, ας, ἡ, argenti amor, pecuniae cupiditas, avaritia.

φιλάργυρος, ον, amans argenti, pecuniae studiosus, cupidus, avarus.

φιλάρετος, ον, (ἀρετή) virtutis studiosus.

φιλαριστείδης, ου, ὁ, Aristidis amicus.

φιλάρματος, ον, (ἅρμα) rei equestris, certaminum equestrium s. curulium, belli denique amans.

φιλάρχαιος, vel φιλαρχαῖος, ον, antiquitatis amans, antiquarius.

φιλαρχέω, f. ήσω, (φίλαρχος) imperii seu dominationis cupidus sum.

φιλαρχία, ας, ἡ, imperii seu imperandi cupiditas, ambitus.

φιλαρχικός, ή, όν, idem quod seq.

φίλαρχος, ον, (φίλος, ἀρχή) imperii seu imperandi cupidus.

φιλαστράγαλος, ον, (ἀστράγαλος) talorum ludum amans.

φιλάσωτος, ον, luxuriam s. luxuriosos amans.

φίλατο, (ῐ) 3 sing. aor. med. Ep. a φιλέω, q. v.

φιλαυθόμαιμος, ον, amans fratris s. sororis.

φίλαυλος, ον, tibicen, vel cantum tibiarum amans.

φιλαυτέω, f. ήσω, (φίλαυτος) memet ipse amo, mihi placeo.

φιλαυτία, ας, ἡ, amor sui ipsius, nimius sui amor.

φίλαυτος, ον, (αὐτός) sibi carus, qui nimis sibi placet.

φιλαύτως, adv. nimio sui amore.

φιλέγγυος, ον, (ἐγγύη) qui facile spondet s. fide jubet.

φιλεγκλήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ἔγκλημα) querulus. 2) quadruplator, criminator.

φιλέεσκε, impf. Ion. a φιλέω.

φιλεγκλημόνως, adv. criminose. A pr.

φιλειδήμων, ονος, ὁ, ἡ, sciendi seu cognoscendi cupidus, scientiae cupidus.

φιλέκδημος, ον, qui peregrinandi studio et cupiditate tenetur.

φιλέλαιος, ον, (ἐλαία) oleas libenter comedens s. expetens.

φιλελεήμων, ονος, ὁ, ἡ, misericors.

φιλέλεος, ον, idem.

φιλελευθέριος, ον, liberalis, magnanimus.

φιλελεύθερος, ον, libertatis amans.

φιλέλλην, ηνος, ὁ, ἡ, (Ἕλλην) studiosus vel amicus Graecorum, Graecarum literarum studiosus.

φιλέλπις, ιδος, ὁ, ἡ, (ἐλπίς) lubenter sperans.

φιλέμπορος, ον, mercaturae deditus, mercator.

φιλενδεικτέω, lubenter indico. A seq.

φιλενδείκτης, ου, ὁ, (ἐνδείκτης) qui lubenter defert alios, delator.

φιλένδοξος, ον, gloriam appetens, ambitiosus.

φιλένθεος, ον, idem quod ἔνθεος.

φιλέννυχος, ον, noctis amans.

φιλέξοδος, ον, qui lubenter egreditur domo, Epicharm.

φιλεορταστής, οῦ, ὁ, (ἑορτάζω) idem quod seq.

φιλέορτος, ον, (ἑορτή) qui amat dies festos.

φιλεπιστήμων, ον, (ἐπιστήμη) amans doctrinae.

φιλεπιτιμητής, οῦ, ὁ, qui libenter objurgat et increpat, ad reprehendendum pronus.

φιλεραστέω, amoribus deditus sum. A seq.

φιλεραστία, ἡ, amorum studium.

φιλεραστής, οῦ, ὁ, amator, amoribus deditus.

φιλέραστος, ον, amoribus deditus. 2) amantibus gratus.

φιλεράστρια, ἡ, fem. a φιλεραστής.

φιλεργέω, f. ήσω, (φιλεργός) sedulus sum, labores amo.

φιλεργία, ας, ἡ, sedulitas, agendi seu operandi studium.

φιλεργός, όν, (ἔργον) operis amans, operi deditus, sedulus, gnavus.

φιλέργως, adv. industrie.

φιλέρημος, ον, solivagus.

φιλέριθος, ον, (ἔριθος) lanificii studiosus; in Epigr.

φίλερις, ιδος, ὁ, ἡ, (ἔρις) contentionum amans, jurgiosus, pertinax.

φιλεριστέω, (φιλέριστος) contentiones amo.

φιλεριστής, οῦ, ὁ, i. q. φίλερις.

φιλεριστικός, ή, όν, idem quod seq.

φιλέριστος, ον, (ἐρίζω) contentionis studiosus, pertinax.

φιλέρως, ωτος, ὁ, ἡ, amoribus deditus.

φιλέσπερος, ον, (ἑσπέρα) vespertinum tempus amans.

φιλεταιρεία, et ία, ας, ἡ, studium erga sodales s. amicos. A seq.

φιλέταιρος, ον, (ἑταῖρος) sodalium seu amicorum studiosus.

φίλετνος, ον, (ἔτνος) pultem e leguminibus elixis amans.

φιλεύδιος, ον, serenum coelum amans.

φιλεύιος, ον, exclamationem εὐοῖ amans, epith. Bacchi.

φιλευλαβής, ές, religionis amans, religiosus.

φίλευνος, ον, lectum et concubitum amans.

φιλευπρόσωπος, ον, pulcritudinem faciei amans.

φιλεύτακτος, ον, modestiae studiosus.

φιλευτράπελος, ον, jocosus, qui jocis gaudet.

φιλεύχειλος, ον, epith. helluationis. Leon. Tar. 15. dub. l.

φιλέφηβος, ον, juvenes amans.

φιλεχθής, ές, i. q. φιλεχθρος.

φιλεχθρέω, f. ήσω, inimicitias exerceo, sector, studeo simultatibus serendis. A seq.

φιλεχθρος, ον, inimicitiis indulgens.

φιλέψιος, ον, (ἐψιά) studiosus ludi, amans lusum.

φιλέω, f. ήσω, (φίλος) aor. Ep. φίλατο, imperat. φῖλαι, conj. φίλωνται, (prima longa) Hom. amicus sum, amo, amice tracto, amicitiae officiis prosequor. 2) osculor, suavior. 3) soleo, seq. inf.

φίλη, ης, ἡ, amica. Ab eod.

φίληβος, ον, (ἥβη) juventatem amans it. nom. propr.

φιληδέω, f. ήσω, delector, capio voluptatem et q. d. amo suavitatem. A seq.

φιληδής, ές, (ἡδύς) suavitatis, voluptatis amans.

φιληδία, idem quod φιληδονία.

φιληδονέω, f. ήσω, (φιλήδονος) voluptatibus delector, voluptatibus indulgeo.

φιληδονία, ας, ἡ, amor voluptatis.

φιλήδονος, ον, (ἡδονή) voluptatem amans, voluptatibus deditus, voluptarius.

φιληκοέω, (φιλήκοος) audiendi studio teneor, sc. fabulas, narratiunculas. 2) historiae sum studiosus.

φιληκοΐα, ας, ἡ, audiendi studium.

φιλήκοος, ον, (ἀκούω) qui studiose audit, attentus. 2) qui delectatur fabulis, narratiunculis. 3) studiosus historiae et doctrinae.

φιληκόως, adv. attente. A pr.

φιληλάκατος, ον, (ἠλακάτη) lanificus, lanificio serviens.

φιληλιαστής, οῦ, ὁ, (ἡλιαστής) judiciorum studiosus, Ar.

φίλημα, ατος, τό, (φιλέω) osculum, suavium.

φιλημάτιον, τό, Dim. a praec.

φιλήμεναι, inf. praes. Ep. p. φιλεῖν a φιλέω.

φιλημοσύνη, ἡ, (φιλέω) amor, amicitia, Theogn. 284.

Φιλήμων, ονος, ὁ, Philemon. Nomen viri, amans, amicus.

φιλήνεμος, ον, (ἄνεμος) ventosus, vento expositus.

φιλήνιος, α, ον, (ἡνία) qui habenis regitur, obsequitur; epith. equi domiti.

φιλήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, Dor. φιλάνωρ, (ἀνήρ) i. q. φίλανδρος, Aesch.

φιληρετμος, ον, (ἐρετμός) remorum, i. q. rei nauticae studiosus.

φίλησις, εως, ἡ, (φιλέω) amor, dilectio.

φιλησίμολπος, ον, (φιλέω, μολπή) amicus cantus, laetans concentibus.

φιλήσυχος, ον, (ἥσυχος) quietis studiosus; litium osor.

φιλητέος, α, ον, amandus, adj. verb. a φιλέω.

φῑλητεύω, furor, rectius φηλητεύω. A seq.

φῑλήτης, ου, ὁ, (φιλάω) fur, fallax, impostor, rectius φηλήτης, v. Gaisf. Hes. op. 373. Jacobs A. P. p. 122.

φιλητής, οῦ, ὁ, (φιλέω) qui amat; amator, basiator.

φιλητικός, ή, όν, ad amandum propensus. 2) libenter osculans.

φιλητός, ή, όν, (φιλέω) amabilis, amore dignus.

φίλητρον, ου, τό, (φιλέω) amor. 2) i. q. φίλτρον, Näke Choeril. p. 98.

φιλήτωρ, ορος, ὁ, amator, amasius. 2) amans, sensu honesto, in fem. amica, amasia. Aeschyl.

φιλία, ας, ἡ, (φιλέω) amor, caritas, amicitia.

φιλιάζω, ineo amicitiam, fio amicus. A pr.

φιλῑατρέω, medicinae studiosus sum. A seq.

φιλίατρος, ον, medicinae studiosus. (λῑ)

φιλικός, ή, όν, (φίλος) ad amicitias suscipiendas gerendasque idoneus, ad amorem faciendum aptus, amicitiae conveniens, amabilis, ad amandum propensus, amatorius.

φιλικῶς, adv. amanter, amatorie, amice. A pr.

φίλιος, ία, ιον, et φίλιος, ον, (φίλος) qui est amicorum seu foederatorum, pacatus; de terra, urbe, gente. 2) qui non est hostis, qui in amicitia est, foederatus, amicus, carus, dilectus. Etiam Jovis epith. amicitiae praeses.

φιλιόω, f. ώσω, amicitia jungo, amicum reddo. A pr.

Φιλίππειος, ὁ, sc. χρυσοῦς vel στατήρ, nummus aureus a Philippo dictus, aequans coronatum.

Φιλιππιδόω, unde πεφιλιππιδῶσθαι, i. e. tenui corpore esse. A Φιλιππίδης, qui talis fuit, alii πεφιλιππῶσθαι, per Syncopen.

Φιλιππίζω, Philippo studeo, faveo.

Φιλιππισμός, ὁ, studium partium Philippi. A praec.

φίλιππος, ον, equorum amans seu studiosus, qui alendis et agitandis equis delectatur. 2) bellicosus. 3) Philippus, nomen viri.

φιλιπποτροφέω, (ἱπποτρόφος) equorum alendorum studiosus sum.

φιλιστορέω, cognoscendarum rerum cupidus sum, historiae studeo.

φιλίστωρ, ορος, ὁ, (ἵστωρ) doctrinae, inpr. historiae, antiquitatis studiosus.

φιλιχθυς, υος, ὁ, ἡ, (ἰχθύς) libenter pisces comedens.

φιλίων, ον, gen. ονος, compar. irreg. a φίλος, Od. 19, 351, 24, 269.

φιλίως, adv. ut decet eos, qui sunt in amicitia, more foederatorum, amice, amanter.

φιλίωσις, εως, ἡ, (φιλιόω) amicitia contracta.

φιλιωτής, οῦ, ὁ, (φιλιόω) qui amicitias contrahit.

φιλλυρέα, ας, ἡ, arbor ligustro similis.

φιλόβακχος, ον, (Βάκχος) Baccho deditus.

φιλοβάρβαρος, ον, barbaros amans. 2) barbariem amans et osor elegantiae.

φιλοβάρβιτος, ον, amans lyram, cantans lyra.

φιλοβασιλεύς, έως, ὁ, regis amans.

φιλοβασίλειος, ον, regiae potestatis amans.

φιλόβιβλος, ον, studiosus emendorum librorum, qui libros multos emit.

φιλόβορος, ον, (βορά) vorax.

φιλοβότρυς, υος, ὁ, ἡ, amans uvas.

φιλοβούπαις, παιδος, ὁ, ἡ, (βούπαις) pueros amans adultos.

φιλόβρως, ωτος, ὁ, ἡ, (βιβρώσκω) i. q. φιλόβορος.

φιλογάθης, ές, Dor. p. φιλογηθής.

φιλόγαιος, ον, (γαῖα) epith. vomeris.

φιλόγαμος, ον, nuptiarum conciliandarum studiosus, procus.

φιλογαστορίδης, ου, ὁ, et φιλογαστορίδας, ου, ὁ, (γαστήρ) qui ventrem amat s. curat, helluo.

φιλογελωτοποιός… φιλογελοιαστής, οῦ, ὁ, qui amat scurras.

φιλογέλοιος, ον, qui jocos et facetias amat, scurra.

φιλόγελως, ωτος, ὁ, ἡ, risus amans, qui libenter ridet.

φιλογενναῖος, ον, gravitatis studiosus, gravis.

φιλογεωμέτρης, ου, ὁ, (γεωμετρέω) geometriae sum studiosus.

φιλογεωργέω, (φιλογέωργος) agriculturae studiosus sum.

φιλογεωργία, ἡ, amor rei rusticae. A seq.

φιλογέωργος, ον, agriculturae studiosus.

φιλογηθής, ές, (γηθέω) amans hilaritatis, Aesch.

φιλόγλυκος, ον, idem quod seq. et ex eodem, Aristot.

φιλόγλυκυς, εος, ὁ, ἡ, (γλυκύς) qui dulcia amat. 2) qui dulci vino gaudet.

φιλογονία, ἡ, amor prolis, cupido prolis. A seq.

φιλόγονος, ον, amans liberorum, cupidus prolis.

φιλόγοργος, ον, (γοργός) plerumque austerus.

φιλογραμματέω, literas amo. A seq.

φιλογραμματία, ἡ, literarum amor. A seq.

φιλογράμματος, ον, (γράμματα) amans literas, literarum studiosus, doctus.

φιλογραφέω, (γραφή) pingendi studio teneor.

φιλογρήγορος, ον, (γρηγορέω) vigil.

φιλογυμνασία, ἡ, exercitationum corporis studium. (rectius scribitur φιλογυμναστία, q. v.)

φιλογυμναστέω, f. ήσω, amo exercitationem, exercitationis cupidus sum. A seq.

φιλογυμναστής, οῦ, ὁ, exercitationis amans, exercitationibus utens palaestrae et gymnasii.

φιλογυμναστία, studium palaestrae et gymnasii, h. e. exercitationum corporearum.

φιλογυμναστικός, ή, όν, idem fere quod φιλογυμναστής.

φιλογύμναστος, ον, (γυμνάζω) exercitationes corporis amans.

φιλογύναιξ, ὁ, nom. obsol. unde φιλογύναικος, ον, rel. i. q. φιλόγυνος. v. γυνή.

φιλογύναικος, ον, idem.

φιλογύναιος, ον, (γύναιον) mulierum amans, mulierosus.

φιλογύνης, ου, ὁ, (γυνή) amicus mulierum.

φιλογυνία, ἡ, amor mulierum s. erga mulieres.

φιλόγυνος, ον, (γυνή) mulierum amans, mulierosus.

φιλοδαίμων, ονος, ὁ, daemonum amans, daemonum cultor; ap. Scriptt. Eccles.

φιλόδακρυς, υος, ὁ, ἡ, neutr. υ, item φιλοδάκρυος, ον, (δάκρυ) proclivis ad lacrimas, tristis, lacrimas large fundens.

φιλόδαφνος, ον, (δάφνη) laureatus, lauriger.

φιλοδειπνιστής, οῦ, ὁ, (δειπνίζω) qui libenter coena alios excipit.

φιλόδειπνος, ον, (δεῖπνον) coenarum seu conviviorum amans, qui libenter convivatur.

φιλοδέμνιος, ον, (δέμνιον) amans cubilis, i. e. vel conjugis, vel concubitus.

φιλόδενδρος, ον, (δένδρον) pastor, venator.

φιλοδεπαστής, οῦ, ὁ, (δέπας) convivator, conviviis, compotationibus gaudens.

φιλοδέσποινος, ον, (δέσποινα) dominae amans.

φιλοδεσποτεύομαι, (δεσποτεύω) alterius in me dominium libenter patior.

φιλοδέσποτος, ον, (δεσπότης) domini amans, i. e. qui alterius in se dominium libens patitur.

φιλοδημία, ας, ἡ, popularitas. A seq.

φιλόδημος, ον, amans populi, popularis.

φιλοδημότης, ου, ὁ, amicus populi. A praec.

φιλοδημοτικός, ή, όν, popularis status amans.

φιλοδημώδης, ες, idem quod φιλόδημος.

φιλοδήμως, adv. populariter.

φιλοδίκαιος, ον, justi amans.

φιλοδικαστής, οῦ, ὁ, (δικάζομαι) litigiosus.

φιλοδικέω, f. ήσω, (φιλόδικος) libenter in litibus versor, lites amo.

φιλοδικία, ας, ἡ, libido litigandi. A seq.

φιλόδικος, ον, (δίκη) litium amans, litigiosus.

φιλοδίτης, ου, ὁ, (ὁδίτης) viator, peregrinator.

φιλοδοξέω, f. ήσω, (φιλόδοξος) gloriae sum cupidus. 2) gloriae servio.

φιλοδοξία, ας, ἡ, gloriae cupiditas.

φιλόδοξος, ον, (δόξα) qui opiniones sectatur. 2) qui bona opinabilia sectatur. 3) gloriae cupidus, ambitiosus.

φιλοδόξως, adv. cum gloriae cupiditate, ambitiose.

φιλοδοσία, ἡ, (δίδωμι) liberalitas.

φιλόδουλος, ον, servorum amans.

φιλόδουπος, ον, strepens, multum sonans.

φιλόδρομος, ον, vagus, errans.

φιλόδροσος, ον, (δρόσος) roris amans.

φιλόδυρμος, ον, (ὀδυρμός) ejulatum amans.

φιλόδυρτος, ον, (ὀδύρομαι) lugubris, lamentabilis.

φιλοδωρέω, lubenter largior, liberalis sum.

φιλοδώρημα, τό, munus, donum.

φιλοδωρία, ας, ἡ, liberalitas. A seq.

φιλόδωρος, ον, (δῶρον) munificus, liberalis.

φιλοδώρως, adv. munifice, liberaliter.

φιλόεργος, ον, vel φιλοεργός, όν, (ἔργον) laboriosus, assiduus in laborando.

φιλοζέφυρος, ον, (Ζέφυρος) Zephyri amans.

φιλοζητητής, οῦ, ὁ, discendi cupidus, disputator.

φιλοζωέω, f. ήσω, (φιλόζωος) vitae cupidus sum, vitae pareo.

φιλοζωΐα, ας, ἡ, vitae amor, vitae conservandae studium.

φιλόζωος, ον, (ζωή) cupidus vitae, et quidem fere in partem deteriorem, de eo qui vitae conservandae cupiditate et timore mortis v. c. in acie, fugit. 2) animantium amans, vel studiosus.

φιλόθακος, ον, (θᾶκος) deses, ignavus.

φιλοθεαμοσύνη, ἡ, amor spectaculorum. A seq.

φιλοθεάμων, ονος, ὁ, ἡ, (θέαμα vel θεάμων) spectaculorum amans, spectaculi cupidus. 2) visendarum rerum cupidus.

φιλοθεέω, (φιλόθεος) pius sum in deum.

φιλοθεΐα, ας, ἡ, amor dei, pietas. A seq.

φιλόθεος, ον, dei amans, pius. Pass. qui a deo amatur, deo placens et gratus.

φιλοθεότης, ἡ, pietas in deum; sed vox non bona, v. Poll. 1, 31. A pr.

φιλόθερμος, ον, calidorum seu caloris amans.

φιλοθεωρέω, spectaculis gaudeo.

φιλοθέωρος, ον, qui spectaculis gaudet. 2) visendarum rerum cupidus.

φιλοθέως, adv. (φιλόθεος) cum pietate in deum.

φιλόθηλυς, υ, (θῆλυς) feminae deditus.

φιλοθηρεία, ας, ἡ, it. φιλοθηρία, q. v. studium venandi. A seq.

φιλοθηρέω, f. ήσω, (φιλόθηρος) venationis studiosus sum, venatione delector.

φιλοθηρία, ας, ἡ, studium venandi. A seq.

φιλόθηρος, ον, (θήρα) venandi studiosus.

φιλοθόρυβος, ον, tumultum amans.

φιλοθουκυδίδης, ου, ὁ, amicus Thucydidis.

φιλοθρηνής, ές, (θρῆνος) indulgens luctui, luctuosus.

φιλόθρηνος, ον, idem.

φιλόθρησκος, ον, (θρῆσκος) caerimoniis deditus.

φιλόθυρσος, ον, Bacchi sacris initiatus, Bacchi sacra celebrans.

φιλοθύτης, ου, ὁ, rei divinae faciendae studiosus, qui studiose sacrificat.

φιλόθυτος, ον, (θύω) idem quod φιλοθύτης.

φιλοΐατρος, ον, (ἰατρός) medicos s. medicinam amans. (⏑ ⏑ – – ⏑)

φιλοίκειος, ον, benevolus erga necessarios seu propinquos.

φιλοικοδόμος, ον, (οἰκοδομή) qui aedificare amat, studiosus aedificandi.

φίλοικος, ον, idem qui φιλοίκειος. Ari-

stot. nisi sic legendum, ut vult Sylb.

φιλοικτίρμων, ονος, ὁ, ἡ, pronus ad misericordiam, misericors.

φιλοικτιρμόνως, adv. per misericordiam. A praec.

φίλοικτος, ον, (οἶκτος) luctum amans: misericors.

φιλοινία, ας, ἡ, amor vini. A seq.

φίλοινος, ον, (οἶνος) vini amans seu cupidus, vinosus.

φιλοιστρομανής, ές, i. q. seq. 1.

φίλοιστρος, ον, furore percitus. 2) de diis, furorem immittens.

φιλοίστωρ, ορος, ὁ, v. φιλίστωρ.

φιλοίφης, ου, ὁ, (οἰφάω) homo libidinosus, Theocr.

φιλοκαθάριος, ον, et φιλοκάθαρος, ον, (καθαρός) munditiem amans.

φιλόκαινος, ον, novitatis amans vel studiosus.

φιλόκακος, ον, rerum malarum studiosus, rebus malis gaudens.

φιλοκακοῦργος, ον, dolosus, fraudulentus.

φιλοκακούργως, adv. dolose, fraudulenter.

φιλοκαλέω, (φιλόκαλος) pulcritudinem amo, honestati aut rebus honestis et praeclaris studeo. 2) i. q. φιλοτιμέομαι.

φιλοκαλία, ας, ἡ, studium pulcritudinis, elegantia, studium honestatis sive rerum honestarum.

φιλοκαλλωπιστής, οῦ, ὁ, (καλλωπίζω) elegantiam et munditiem affectans.

φιλόκαλος, ον, pulcritudinis studiosus. 2) honestatis seu rerum honestarum studiosus. 3) studiosus elegantiae vel munditiae, lautitiae studiosus, mundus, politus, elegans.

φιλοκάλως, adv. culte, ornate.

φιλοκάματος, ον, laboriosus.

φιλοκαμπής, ές, (κάμπτω) qui flecti solet.

φιλοκαρποφόρος, ον, (καρποφόρος) frugifer; epith. aestatis.

φιλόκενος, ον, vanus, vaniloquus.

φιλοκέρδεια, ας, ἡ, amor, cupiditas lucri. 2) avaritia. A seq.

φιλοκερδέω, (φιλοκερδής) lucrum amo, lucrum capto, avarus sum.

φιλοκερδής, ές, (κέρδος) amans seu studiosus lucri, avarus. Gl. Vet. φιλοκερδεῖς, luctiones.

φιλοκερδία, v. φιλοκέρδεια.

φιλοκερδῶς, adv. (φιλοκερδής) aviditate lucri.

φιλοκέρτομος, ον, qui maledictis incessere amat, qui cavillari et deludere amat, contumeliosus.

φιλοκηδεμών, όνος, ὁ, ἡ, (κηδεμών) propinquorum amans, Xen. Ag. 11, 12.

φιλοκηδής, ές (κῆδος) adfinium suorum studiosus, benignus in cognatos.

φιλόκηπος, ον, hortorum studiosus s. in hortis agens vitam.

φιλοκιθαριστής, οῦ, ὁ, citharistarum amans. 2) qui cithara ludere amat.

φιλοκίνδυνος, ον, periculi adeundi cupidus, periculum facile adiens, temerarius.

φιλοκινδύνως, adv. more eorum, qui periclitari amant. (ῡ)

φιλοκισσοφόρος, ον, amans hederae gestandae, qui hederam gestat.

φιλόκλαυτος, ον, (κλαίω) qui lacrimari solet.

φιλόκνημις, ῖδος, ἡ, ocreatus. 2) armorum amans s. armatus.

φιλόκνισος, ον, (κνίζω) pruritum concitans.

φιλόκοινος, ον, amans rei publicae, civilis, communis.

φιλοκόλαξ, ακος, ὁ, ἡ, adulator. 2) adsentatorum amans.

φιλοκομπέω, f. ήσω, (φιλόκομπος) jactito et effero me.

φιλοκομπία, ας, ἡ, jactatio, ostentatio. A seq.

φιλόκομπος, ον, jactationis amans, qui sese jactare et offerre amat.

φιλόκοπρος, ον, qui stercorari debet, fimo opus habet.

φιλοκοσμέω, ornatui s. cultui deditus sum.

φιλοκοσμία, ας, ἡ, ornatus seu cultus studium. A seq.

φιλόκοσμος, ον, ornatus seu cultus amans, cultus studiosus. 2) qui amat mundum, i. e. res mundanas et terrenas.

φιλόκρημνος, ον, qui in rupibus esse, versari, nasci, pasci solet.

φιλοκρινέω, f. ήσω, (κρίνω) studiose discerno vel distinguo, accurate expendo vel examino.

φιλοκρινητικός, ή, όν, vim habens studioso discernendi vel dijudicandi. A pr.

φιλοκρόταλος, ον, (κρόταλον) crotalum amans.

φιλόκροτος, ον, (κροτέω) amans strepitum, plausum. 2) strepitum faciens, strepens plausibus.

φιλοκτέανος, ον, (κτέανον) divitiarum amans, avarus, lucri avidus.

φιλοκτεανώτατε, adv. avarissime. Superl. a praec.

φιλοκτήματος, ον, (κτῆμα) i. q. φιλοκτέανος.

φιλοκτημοσύνη, ἡ, i. q. φιλοκτησία.

φιλοκτήμων, ονος, ὁ, ἡ, (κτῆμα) idem quod φιλοκτήματος et φιλοκτέανος.

φιλοκτησία, ας, ἡ, (κτῆσις) divitiarum cupiditas, avaritia.

φιλοκτίστης, ου, ὁ, studiosus aedificandi. A seq.

φιλόκτιστος, ον, (κτίζω) idem.

φιλόκυβος, ον, (κύβος) aleae studiosus.

φιλοκυδής, ές, (κῦδος) amans vel studiosus gloriae.

φιλοκυνηγέτης, ου, ὁ, venationis studiosus.

φιλοκυνηγία, ἡ, venandi studium.

φιλοκύνηγος, ον, (κυνηγός) venandi studiosus.

φιλόκυνος, ον, (κύων) qui canibus gaudet.

φιλοκύων, gen. κυνός, ὁ, ἡ, (κύων) i. q. praec.

φιλοκωθωνιστής, οῦ, ὁ, bibax, vinolentus, ebriosus; ap. Athenae.

φιλόκωμος, ον, qui amat comissationes.

φιλόκωπος, ον, (κώπη) nauticae studiosus.

φιλόλαγνος, ον, (λάγνος) libidinosus.

φιλολάκων, ωνος, ὁ, ἡ, Lacedaemoniis deditus.

φιλόλαλος, ον, (λάλος) garrulus, loquax.

φιλολάμπαδος, ον, (λαμπάς) faces, lucem amans; epith. Dianae.

φιλοληΐος, ον, Ion. p. φιλόλειος, (ληΐη, λεία) amans praedae, Hom. h. Merc. 335.

φιλόληπτος, ον, (λαμβάνω) lubenter accipiens.

φιλόλιθος, ον, qui gemmas amat, lapidum pretiosorum studiosus.

φιλόλιχνος, ον, gulae deditus.

φιλολογέω, f. ήσω, (φιλόλογος) libenter dissero, philosophor et dissero cum philosophis aut aliis eruditis hominibus.

φιλολογία, ας, ἡ, studium seu amor disserendi. 2) studium seu amor literarum.

φιλόλογος, ον, (λόγος) qui disserere amat. 2) qui libenter audit alios loquentes seu disserentes. 3) literarum, philosophiae studiosus. 4) literatus, doctus. – Falso a quibusdam scribitur φιλολόγος.

φιλολόγως, adv. more philologorum, amore literatorum.

φιλολοιδορία, ας, ἡ, dicacitas. A seq.

φιλολοίδορος, ον, dicax, maledicus, contumeliosus.

φιλολοιδόρως, adv. contumeliose.

φιλολουτρέω, f. ήσω, libenter lavo, praecupidus sum lavandi, i. e. balnei. A seq.

φιλόλουτρος, ον, (λουτρόν) qui balnea amat, balneorum avidus.

φιλόλυρος, ον, (λύρα) lyram amans.

φιλομάθεια, et θία, ας, ἡ, (φιλομαθής) discendi cupiditas.

φιλομαθέω, f. ήσω, discere cupio, discendi studio teneor.

φιλομαθής, (μανθάνω) cupidus seu studiosus discendi, doctrinae.

φιλομαθῶς, discendi cupiditate, doctrinae studio. A pr.

φιλομάλακος, ον, (μαλακός) mollitiei deditus.

φιλομαντευτής, οῦ, ὁ, (μαντεύομαι) qui omina amat, Plat. legg. 7. p. 813. D.

φιλόμαντις, εως, ὁ, ἡ, (μάντις) vates, eorumque artem amans.

φιλόμαστος, ον, (μαστός) lactens, sugens ubera.

φιλομαχέω, ήσω, (μάχομαι) appeto pugnam, cupide pugno. 2) fervide et incaute praelior.

φιλόμαχος, ον, (μάχη) bellicosus, ferox.

φιλόμβριος, ον, i. q. seq.

φίλομβρος, ον, imbre multo opus habens; epith. plantarum.

φιλόμβροτος, ον, (βροτός) homines amans.

φιλομειδής, ές, poet. φιλομμειδής, ές, (μειδάω) risum amans. Hinc Subst. τὸ φιλομειδές, amor risus.

φιλομεῖραξ, ακος, ὁ, ἡ, (μεῖραξ) pueros amans, paederasta, Diog. L. 4, 40.

φιλομειράκιος, α, ον, (μειράκιον) paederasticus, deditus paederastiae.

φιλομεμφής, ές, (μέμφομαι) qui libenter conqueritur et expostulat. Superl. irr. φιλομεμφότατος, Plut.

φιλομέριμνος, ον, (μέριμνα) curas amans.

φιλομετάβολος, ον, (μεταβολή) mutationes amans, rerum novarum studiosus.

φιλομηδής, ές, v. φιλομμηδής.

φιλομήλα, ης, ἡ, Ion. φιλομήλη, luscinia.

φιλομήλειος, α, ον, qui est lusciniae. A praec.

φιλόμηλος, ον, (μῆλον) qui pomis delectatur. ap. Athenae.

φιλόμηρος, ον, studiosus Homeri, qui libenter legit, vel imitatur Homerum.

φιλομήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (μήτηρ) matris amans.

φιλομισέω, odio indulgeo. A seq.

φιλόμισος, ον, (μῖσος) odio indulgens.

φιλομίσως, adv. odiose. (⏑⏑‒‒)

φιλομμειδής, ές, idem quod φιλομειδής.

φιλομμηδής, ές, poet. p. φιλομηδής, i. e. μήδεα s. genitalia amans, epith. Veneris natae ex Saturni genitalibus, Hes. Th. 200. in versu spurio.

φιλόμολπος, ον, (μολπή) amans cantum, vel carmina. 2) cantor. 3) gloriae appetens, qui amat nomen suum a multis cantari, celebrari.

φιλομουσέω, Musas amo.

φιλομουσία, ας, ἡ, Musarum, seu Musices amor, studium Musices. A seq.

φιλόμουσος, ον, (Μοῦσα) Musarum vel Musices amans. 2) qui studiorum humaniorum seu politioris literaturae amans est.

φιλομόχθηρος, ον, qui pravorum consortio delectatur. Pollux.

φιλόμοχθος, ον, laborum amans, laboriosus.

φιλομυθέω, f. ήσω, (φιλόμυθος) libenter fabulor, confabulationum seu fabularum amans sum.

φιλομυθία, ας, ἡ, fabularum studium.

φιλόμυθος, ον, confabulationum vel fabularum amans. Subst. τό φιλόμυθον, studium sermocinandi et confabulandi.

φιλόμυρος, ον, (μύρον) unguenta amans.

φιλόμωμος, ον, reprehensor, cavillator, φιλόψογος.

φιλονάματος, ον, (νᾶμα) humoris appetens; ep. solis, quia humores attrahere creditur. (⏑ ⏑ – ⏑ ⏑)

φιλοναύτης, ου, ὁ, rei navalis studiosus.

φιλονεικέω, f. ήσω, (φιλόνεικος) rixor, contendo, altercor. 2) aemulor, aemulus sum. 3) contendo, i. e. laboro efficere, nitor.

φιλονεικία, ας, ἡ, contentio, rixarum amor, jurgium, pertinacia. 2) aemulatio. 3) contentio virium in certamine. 4) certamen, pugna. A seq.

φιλόνεικος, ον, (νεῖκος) contentiosus, altercator. 2) in bonam partem, cupidus, studiosus alicujus rei, multum in re aliqua laborans.

φιλονείκως, adv. contentiose. 2) cum aemulatione. 3) certatim.

φιλόνεος, ον, qui juvenum amore tenetur, paederasta. v. φιλομεῖραξ et φιλόπαις.

φιλονικέω, (φιλόνικος) vincere, praestare cupio, contendo.

φιλονικία, ἡ, vincendi studium, v. ad Isocr. Paneg. p. 40.

φιλόνικος, ον, (νίκη) studiosus seu cupidus victoriae, ambitiose laborans in aliqua re, sc. ut aliis praestet.

φιλονοσέω, (νόσος) aegrotare soleo.

φιλονύμφιος, ἡ, nuptiis gaudens, nuptiis favens; epith. Veneris.

φιλόξεινος, ον, poet. p. φιλόξενος, Od.

φιλοξενέω, (φιλόξενος) hospites amo, hospites libenter excipio. 2) peregrinos amo, peregrinos amo mores.

φιλοξενία, ας, ἡ, hospitalitas, liberalitas in hospites.

φιλοξενίζω, liberalis sum erga hospites.

φιλόξενος, ον, hospitalis, liberalis in hospites.

φιλοξένως, adv. hospitaliter, liberaliter in hospites.

φιλοξύτονος, ον, in pl. φιλοξύτονα, verba quae acui fere solent.

φιλόοινος, ον, v. φίλοινος.

φιλοπαθής, ές, (πάθος) affectibus indulgens.

φιλοπαιγμόνως, adv. (φιλοπαίγμων) jocose, studio joci, ludendi, saltandi etc.

φιλοπαιγμοσύνη, ης, ἡ, studium jocandi, ludendi, saltandi etc. A seq.

φιλοπαίγμων, ονος, ὁ, ἡ, (παίζω) amans jocos et lusus. 2) facetus, festivus.

φιλοπαίκτης, ου, ὁ, (παίζω) idem.

φιλόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, amans liberorum, amans puerorum s. paederasta.

φιλοπαίσμων, ὁ, ἡ, idem quod φιλοπαίγμων, et ab eod.

φιλοπαίστης, ου, ὁ, idem et ab eod.

φιλοπάννυχος, ον, noctem vigiliis consumere solitus, epith. etiam Veneris.

φιλοπαράβολος, ον, qui alacriter se offert periculis.

φιλοπάρθενος, ον, virginum amans. 2) virginitatis studiosus.

φιλόπατρις, ιδος, ὁ, ἡ, patriae amans. Accus. φιλόπατριν, Diod. Sard. ep. 11. Cic. ad Att. 9, 10.

φιλοπατορία, ἡ, amor patris s. erga patrem.

φιλοπατρία, ἡ, amor patriae vel patris.

φιλοπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (πατήρ) amans patris.

φιλοπενθής, ές, (πένθος) ad luctum proclivis.

φιλοπένταθλος, ον, proprie quinquertio esse cupiens; metaph. qui excellere in omni genere cupit.

φιλοπευθής, ές, (πεύθομαι) qui sciscitari et percontari amat, ideoque discendi cupidus est, curiosus scrutator.

φιλοπευστέω, f. ήσω, libenter audio et sciscitor, curiosus sum in sciscitando, percontor. A seq.

φιλοπεύστης, ου, ὁ, sciscitator.

φιλοπευστία, ἡ, sciscitandi studium.

φιλόπευστος, ον, idem quod φιλοπευθής.

φιλοπλακοῦντος, ον, (πλακοῦς) qui placentis delectatur, libenter placentis vescitur.

φιλόπλεκτος, ον, bene textus, s. plicatus, cincinnatus, amans crinium crispatorum.

φιλόπλοος, ον, contr. φιλόπλους, (πλέω) navigandi cupidus.

φίλοπλος, ον, (ὅπλον) arma amans, bellicosus.

φιλοπλούσιος, ον, i. q. φιλόπλουτος.

φιλοπλουτέω, f. ήσω, (φιλόπλουτος) ditescere cupio, nimio studio divitiis inhio.

φιλοπλουτία, ας, ἡ, divitiarum amor, divitiarum cogendarum cupiditas. A pr.

φιλόπλουτος, ον, divitiarum amans, ditescendi studiosus.

φιλοποιέω, et ίομαι, amicum seu benevolum reddo, concilio.

φιλοποίησις, εως, ἡ, conciliatio, reconciliatio. A pr.

φιλοποιητής, οῦ, ὁ, poetarum et poeseos amicus, Plat. rep. 10, 8. p. 607.

φιλοποιία, ας, ἡ, conciliatio.

φιλοποίμην, ενος, ὁ, pastorum amans, vitae pastoritiae. Exstare videtur non nisi in nom. proprio.

φιλοποίμνιος, ον, (ποίμνιον) gregis amans, gregem curans, epith. canis.

φιλοποιός, όν, (ποιέω) amicos efficiens.

φιλοπόλεμος, ον, belli amans. 2) bellicosus.

φιλόπολις, εως, Ion ιος, ὁ, ἡ, it. gen. ιδος, Plat. de rep. 5, p. 470. D. (πόλις) civitatis amans, patriae et civitatis commodis studens, civilis.

φιλοπολίτης, ου, ὁ, amans et studiosus civium, ac saluti eorum consulens. (?)

φιλοπολυγέλως, ωτος, ὁ, ἡ, multum risum amans.

φιλοπονέω, f. ήσω, (φιλόπονος) laborum amans sum. 2) cum labore efficio, studiose et gnaviter aliquid facio, elaboro, elucubro, c. accus.

φιλοπονηρία, ἡ, amor improborum. A seq.

φιλοπόνηρος, ον, improborum amans.

φιλοπονία, ας, ἡ, laborum amor, studium, industria. A seq.

φιλόπονος, ον, amans laborum, gnavus, industrius. Subst. τό φιλόπονον, studium.

φιλοπόνως, adv. gnaviter, diligenter.

φιλόπορνος, ον, (πόρνη) scortator.

φιλοπόρφυρος, ον, (πορφύρα) qui veste purpurea utitur, delectatur.

φιλοποσία, ας, ἡ, (πόσις) amor potationis, inexhausta et inexplebilis bibendi aviditas.

φιλοποτέω, amo compotationes. A sq.

φιλοπότης, ου, ὁ, amator vini, potator, bibax.

φιλοποτία, ἡ, i. q. φιλοποσία, Lobeck. Phryn. p. 522.

φιλοπότις, ιδος, ἡ, bibula, vinosa.

φιλοπουλυγέλως, ωτος, ὁ, ἡ, poet. p. φιλοπολυγ.

φιλοπραγματίας, ου, ὁ, (φιλοπράγμων) rerum alienarum curiosus.

φιλοπραγμόνως, adv. more eorum qui se libenter implicant negotiis alienis. 2) studio facessendi negotium.

φιλοπραγμοσύνη, ης, ἡ, studium alienis seu variis se implicandi negotiis. 2) amor et voluntas litigandi. 3) sollertia.

φιλοπράγμων, ονος, ὁ, ἡ, (πρᾶγμα, πράσσω) qui libenter variis negotiis se implicat, qui sibi et aliis negotia libenter facessit.

φιλοπρεπής, ές, (πρέπω) decori amans, elegans.

φιλοπρεπῶς, adv. eleganter, amice. A pr.

φιλοπροσηγορία, ας, ἡ, adfabilitas. A seq.

φιλοπροσήγορος, ον, (προσηγορέω) adfabilis, comis, blandus.

φιλοπροσηγόρως, adv. salutandi studio, adfabiliter.

φιλοπροσηνής, ές, (προσηνής) qui mitis et mansuetus esse solet.

φιλοπρωτεία, ας, ἡ, amor principatus, s. primatus.

φιλοπρωτεύω, f. εύσω, (φιλόπρωτος) primatum obtinere cupio, primatum ambio, cupio esse primus, primas partes affecto.

φιλόπρωτος, ον, primatum affectans.

φιλοπτόλεμος, ον, v. φιλοπόλεμος.

φιλόπτολις, v. φιλόπολις.

φιλόπτορθος, ον, (πτόρθος) ramos diligens.

φιλοπτωχία, ας, ἡ, amor pauperum et in pauperes liberalitas. Eccl. A seq.

φιλόπτωχος, ον, promptus ad juvandos pauperes et mendicos, Eccl.

φιλόπυρος, ον, triticum amans. in Epigr.

φιλοπυστέω, i. q. φιλοπευστέω.

φιλόπυστος, ον, idem quod φιλοπευθής.

φιλοπωριστής, οῦ, ὁ, (ὀπώρα) qui autumnales fructus decerpere et iis vesci amat.

φιλοπωτέω, et φιλοπώτης, ου, ὁ, i. q. φιλοποτέω, et φιλοπότης, v. Lobeck. ad

Phryn. 456.

φιλοργής, ές, (ὀργή) iracundus.

φιλόργιος, ον, (ὄργια) qui Orgia celebrare amat, s. celebrat; epith. festi diei, sollemnis, celeber.

φιλοργός, όν, i. q. φιλοεργής.

φιλορήτωρ, seu φιλοῤῥήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, rhetoricae amans et studiosus.

φιλόρθιος, ον, (ὄρθιος) recta amans.

φιλοριστία, ας, ἡ, (ὁρίζω) nimia et inanis subtilitas in definiendo. Galen.

φιλορμίστειρα, ἡ, (ὁρμίζω) epith. Veneris, in portum deducens navigantes.

φιλορνιθία, ας, ἡ, avium amor. A seq.

φιλόρνις, ῖθος, ὁ, ἡ, avium amans.

φιλοῤῥήτωρ, v. φιλορήτωρ.

φιλόῤῥυθμος, ον, (ῥυθμός) numerum amans.

φιλοῤῥώθων, ὁ, ἡ, (ῥώθων) epith. cami, a loco, quem obtinet.

φιλοῤῥὼξ ἄμπελος, vitis amica uvis vel acinis. in Epigr.

φιλορτυγοτροφέω, coturnices alere soleo. A seq.

φιλόρτυξ, ὁ, ἡ, amans coturnices.

φιλορχήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ὀρχέομαι) saltationum amans. dub.

φιλορχηστής, οῦ, ὁ, i. q. praec.

φιλόρχηστος, ον, saltandi cupidus. dub.

φίλος, η, ον, carus, amicus, gratus, jucundus. ὁ φίλος, Subst. amicus. 2) inservit etiam pronominibus circumscribendis meus, tuus, suus; ap. Hom. et alios poetas. — Compar. et superl. a) φιλίων, ον, Od. φίλιστος, ίστη, ιστον, Soph. b) φίλτερος, φίλτατος, Hom. c) φιλαίτερος, φιλαίτατος, Callim. et Theocr. d) φιλώτερος, φιλώτατος, ap. ser. (ι in arsi producitur, φίλε κασίγνητε, Il. 4, 155. 5, 359.

φιλοσαρκέω, (φιλόσαρκος) voluptatis studio teneor, carnem amo et cuticulam curo. Eccl.

φιλοσαρκία, ας, ἡ, amor carnium, libido edendi carnes. 2) corporearum voluptatum studium. Eccl.

φιλόσαρκος, ον, (σάρξ) carnem amans, corporeis oblectamentis deditus. Eccl.

φιλοσίγματος, ὁ, (σίγμα) crebro usurpans literam σ.

φιλόσιτος, ον, frumenti comparandi cupidus. 2) cibi appetens.

φιλόσκαρθμος, ον, (σκαρθμός) saltationem amans.

φιλόσκεπος, ον, (σκέπη) tegmine gaudens.

φιλοσκήπων, ωνος, ὁ, ἡ, baculum vel sceptrum gestare solitus.

φιλόσκιος, ον, (σκιά) amans umbrae, umbram captans.

φιλοσκόπελος, ον, scopulos amans.

φιλόσκοπος, ον, scopum attingere solitus.

φιλοσκύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, canes amans.

φιλοσκωμμοσύνη, ἡ, dicacitas.

φιλοσκώμμων, ονος, ὁ, ἡ, (σκῶμμα) dicteriis mordacibus gaudens, cavillator, dicax.

φιλοσκωπτέω, f. ήσω, dicax sum. A seq.

φιλοσκώπτης, ου, ὁ, (σκώπτω) dicax, urbanus.

φιλοσμάραγος, ον, tumultum amans.

φιλόσμηνος, ον, (σμῆνος) alvearia amans.

φιλοσοφέω, f. ήσω, (φιλόσοφος) sapientiam amo, sapientiae deditus sum, studium meum in doctrina et sapientia colloco, philosophiam capesso, philosophiae me dedo. 2) philosophorum more disputo, dissero seu disquiro et commentor meeum, philosophiam doceo seu profiteor. 3) universe, pro exquiro aliquid, in cogitatione et tractatione alicujus rei versor, curo, video, c. accus. apud Lys. et Isocr. 4) sapientiae et modestiae in moribus studeo. Apud Scriptt. Eccles. vitae operam do austerae et severae.

φιλοσόφημα, ατος, τό, philosophica quaestio, seu res, quam quis philosophica commentatione exquirit. A pr.

φιλοσοφία, ας, ἡ, (φιλόσοφος) philosophia, sapientiae studium. 2) secta. 3) eloquentia apud Isocr. saepe; et omnino fuit nomen omnibus disciplinis commune. 4) vita ascetica et monastica, apud Scriptores Eccles.

φιλοσοφοκλῆς, έους, ὁ, amicus Sophoclis.

φιλοσοφομειρακίσκος, ὁ, quasi paederasta philosophicus, vox Comica.

φιλόσοφος, ον, (σοφός) amans seu expetens sapientiam, sapientiae studio deditus. 2) sapiens, doctus, philosophus.

φιλοσόφως, adv. philosophice, ut philosophum decet.

φιλοσπήλυγξ, υγγος, ὁ, ἡ, (σπήλυγξ) speluncas amans, libenter in antris commorans.

φιλόσπονδος, ον, (σπονδή) libationi aptus s. serviens, v. c. vinum.

φιλόσπουδος, ον, diligens, studiosus.

φιλοστασιώτης, ου, ὁ, seditiosus.

φιλοστάφυλος, ον, uvas amans.

φιλοστεφανέω, coronarum amans sum; seu coronam adsequi contendo, coronam ambio. A seq.

φιλοστέφανος, ον, coronarum amans seu cupidus.

φιλόστονος, ον, gemebundus.

φιλοστόνως, adv. cum gemitu.

φιλοστοργέω, (φιλόστοργος) ad amandum propensus sum, sive valde amo: dicitur imprimis de amore conjugum, et eo, qui inter parentes et liberos est. 2) cupiditate generandorum liberorum ducor.

φιλοστοργία, ας, ἡ, amor vehemens quivis, tum inter parentes et liberos, conjugesque. A praec.

φιλόστοργος, ον, (στοργή) propensus ad amorem, qualis est inter parentes et liberos et conjuges.

φιλοστόργως, adv. amantissime, indulgenter.

φιλοστρατιώτης, ου, ὁ, militum amans s. militibus nimis indulgens. 2) ad rem militarem pronus.

φιλόστροφος, ον, (στροφή) mutabilis, inconstans.

φιλόσυκος, ον, (σῦκον) amans ficuum qui ficuum esu delectatur.

φιλοσύμμαχος, ον, qui amat belli socios, amans commilitonum, vel qui se libenter belli socium adjungit.

φιλοσυνήθης, ες, amans consuetudines, familiaritates.

φιλοσυνουσιάζω, frequenti congressu, item coitu gaudeo.

φιλοσυνουσιαστής, οῦ, ὁ, salax, coitum nimis appetens. A pr.

φιλοσύντομος, ον, brevitatis studiosus, brevis.

φιλοσωματέω, nimium sum amans corporis, nimis euro corpus.

φιλοσωματία, ἡ, nimia corporis cura. A seq.

φιλοσώματος, ον, (σῶμα) corporis nimium studiosus, qui nimis amat curare cutem suam.

φιλοσωμάτως, adv. nimia in corpus indulgentia, nimia corporis cura.

φιλοσώφρων, ονος, ὁ, ἡ, moderatus vel prudens. 2) pudicos et castos amans.

φιλοτάριον, et φιλοττάριον, τό, Dim. a φιλότης, n. 3. amicellulus, in compellatione, ὑποκοριστικῶς.

φιλοτάριχος, ὁ, salsamentorum avidus. ap. Athenae.

φιλοτεκνία, ας, ἡ, amor in liberos. A seq.

φιλότεκνος, ον, (τέκνον) amans liberorum.

φιλοτεχνέω, f. ήσω, (φιλότεχνος) artium studiosus sum. 2) artificiosae elegantiae studio teneor. 3) dissero de arte aliqua, velut ejus studiosus. 4) artificiose et callide ago.

φιλοτέχνημα, ατος, τό, opus sollers, artificiosum. A pr.

φιλοτεχνήμων, ονος, ὁ, ἡ, ingeniosus, artifex.

φιλοτέχνης, ου, ὁ, (τέχνη) artificiosus.

φιλοτέχνησις, εως, ἡ, (φιλοτεχνέω) ipsa actio sollerter aliquid efficiendi. 2) artificium, opificium.

φιλοτεχνία, ας, ἡ, artium studium vel studium elegantiae et artificii, sollertia. it. egregium artificium; ap. Diodor. Sic. 2) usus consiliorum callidorum, inventorum callidorum, doli, in efficiendo, praesertim in bello gerendo. A seq.

φιλότεχνος, ον, (τέχνη) artis aut artium studiosus, industrius, sollers.

φιλοτέχνως, adv. more eorum, qui artium sunt studiosi. 2) artificiose, ingeniose.

φιλότης, ητος, ἡ, (φίλος) amicitia, amor, benevolentia. 2) concubitus. 3) amicus, in compellationibus, ὦ φιλότης.

φιλοτησία, ας, ἡ, propinatio, invitatio ad bibendum. 2) propinatio post coenam benevolentiae ergo. A seq.

φιλοτήσιος, ον, (φιλότης) ad amicitiam pertinens, amicitiae conveniens, aptus ad conciliandam amicitiam. Subst. φιλοτήσιος, sc. κύλιξ s. κοτύλη, poculum amicitiae dicatum, Theogn. 489.

φιλότησις, εως, ἡ, amicitia, dub.

φιλοτιμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, (φιλότιμος) honoris consequendi gratia facio, ambio honorem. 2) ambitiose et magno studio conor et annitor, more nimirum eorum, qui honoris caussa toti sunt in re aliqua. 3) cum cura elaboro. 4) aemulor, aemulatione ductus contendo cum aliquo. 5) efferor, glorior, mihi placeo. 6) munificentia et liberalitate inclaresco, largior populariter. 7) simpliciter, dono, largior. 8) gaudeo aliqua re, delector.

φιλοτίμημα, ατος, τό, conatus, contentio, studium aliquid efficiendi. 2) in quo aliquis sibi placet, et quo honorem aucupatur. 3) liberalitas, facinus liberale. 4) ornamentum, magnificentia. (⏑ ⏑ – – ⏑) A. pr.

φιλοτιμία, ας, ἡ, honoris seu honorum studium, ambitio. 2) aemulatio, aemula virtus et contentio animi ad certamen excitati. 3) studium, contentio. 4) erogatio publice facta, largitio, munificentia,

velut in ludis, unde φιλοτιμίαι, ludi. 5) liberalitas. A seq.

φιλότιμος, ον, (τιμή) honoris seu honorum cupidus seu studiosus, ambitiosus, qui ad rem aliquam contendit, et ex eo honorem sibi parere nititur. 2) studiosus simpl. 3) generosus, magnificus, ambitiosus, munerarius, liberalis.

φιλοτίμως, adv. studio honoris, nimio honoris studio, ambitiose, sollicite, comiter, enixe, certatim. Comp. φιλοτιμωτέρως. (⏑⏑– –)

φιλότμητος, ον, epith dici, quo circumcisio fit apud Judaeos, h. e. octavi sollemnis destinati circumcisioni. Nonn.

φιλοτοιοῦτος, ου, ὁ, rei alicujus valde studiosus, Aristot.

φιλοτραγήμων, ὁ, ἡ, (τράγημα) bellaria amans, libenter edens.

φιλοτράπεζος, ὁ, ἡ, (τράπεζα) parasitus, scurra.

φιλοτροφέω, f. ήσω, libenter alo, multos alo. A seq.

φιλότροφος, ον, (τρέφω) almus, beneficus, epith. deorum. 2) (τροφή) alimenta amans.

φιλότρωξ, ωγος, ὁ, ἡ, (τρώγω) libenter manducans.

φιλοττάριον, τό, poet. p. φιλοτάριον, Ar. Eccl. 891.

φιλοτύραννος, ου, ὁ, ἡ, fautor, sectator tyrannorum vel tyrannidis. 2) tyrannidis amans s. cupidus.

φιλοτώθαστος, ον, (τωθάζω) deridere solitus, dicax, Hippocr.

φιλοΰπνος, ον, i. q. φίλυπνος.

φιλοφαίαξ, ᾶκος, ὁ, ἡ, Phaeaceas amans.

φιλόφθογγος, ον, clamosus, vocalis, latrator.

φιλόφθονος, ον, invidus.

φιλοφιλία, ας, ἡ, amor et studium erga amicos. A seq.

φιλόφιλος, ον, amicorum studiosus.

φιλοφόρμιγξ, γγος, ὁ, ἡ, lyrae amans; epith cantus, sc. cui lyra accinit.

φιλοφρονέομαι, f. ήσομαι, (φιλόφρων) comitate prosequor et humanitate, amanter complector, excipio, ut amicum tracto.

φιλοφρόνημα, τό, factum benigne, beneficium, humanitas. A pr.

φιλοφρόνησις, εως, ἡ, comitas, benevolentia. Ab eodem.

φιλοφρονητικός, ή, όν, comis, blandus. Ab eod.

φιλοφροσύνη, ης, ἡ, benevolentia, comitas, liberalitas. 2) amicitia, familiaritas. Ab eod.

φιλοφρόνως, adv. benevolo animo, benevole, comiter, amanter, amice. Comp. φιλοφρονεστέρως, Ab eod.

φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρὴν) cui mens est benevola erga quempiam, benevolus, comis, benignus, humanus.

φιλόφωνος, ον, (φωνή) loquax, garrulus.

φιλόχλαινος, ον, (χλαῖνα) proprie laena, veste pingui utens: cupidus laenae, appetens laenam s. vestem quamcunque.

φιλόχλος, ον, amans vulgi, popularis.

φιλοχορευτής, οῦ, ὁ, choreas ducendi studiosus; epith. Bacchi.

φιλόχορος, ον, chori seu chorearum amans.

φιλοχρηματέω, f. ήσω, (φιλοχρήματος) pecuniae avidus sum.

φιλοχρηματία, ας, ἡ, pecuniae cupiditas, avaritia. Ab eod.

φιλοχρηματιστής, οῦ, ὁ, pecuniae comparandae cupidus, s. studiosus.

φιλοχρηματιστικῶς, adv. studio comparandarum divitiarum. A pr.

φιλοχρήματος, ον, (χρήματα) cupidus pecuniae, avarus.

φιλοχρημάτως, adv. cupiditate pecuniae, avare.

φιλοχρημονέω, f. ήσω, (φιλοχρήμων) pecuniae avidus seu avarus sum

φιλοχρημοσύνη, ης, ἡ, pecuniae cupiditas, avaritia. Ab eod.

φιλοχρήμων, ονος, ὁ, ἡ, (χρήματα) cupidus pecuniae.

φιλόχρηστος, ον, amans honorum. 2) honesti studiosus, benignus, aequus.

φιλόχριστος, ον, amans et studiosus Christi.

φιλόχρονος, ον, proprie amans temporis, cunctator. φιλόχρονος ἔνστασις, cavillatio studiose tempus captans. ap. Gregor. Naz.

φιλοχρυσία, ας, ἡ, studium auri habendi.

φιλόχρυσος, ον, auri amans, auro inhians.

φιλοχωρέω, f. ήσω, (φιλόχωρος) libenter in loco aliquo versor et habito, loci alicujus amore captus sum. v. χωροφιλέω. 2) versor, habito.

φιλοχωρία, ας, ἡ, amor loci, quum quis libenter in aliquo loco commoratur. A praec.

φιλόχωρος, ον, qui locum amat, qui aliquo in loco versatur.

φιλοψεύδεια, ας, ἡ, (φιλοψευδής) studium mentiendi.

φιλοψευδία, ἡ, idem.

φιλοψευδής, ές, (ψεῦδος) mendaciorum amans, libenter mentiens, fingens.

φιλοψεύστης, ου, ὁ, amans mendacia, mendax

φιλοψία, ας, ἡ, (φίλοψος) opsoniorum cupido, s. appetitus.

φιλοψογέω, reprehendendi studio teneor.

φιλόψογος, ον, reprehendere amans.

φιλοψόγως, adv. reprehendendi studio s. libidine.

φίλοψος, ον, (ὄψον) opsoniorum amans.

φιλόψοφος, ον, garrulus, jactator.

φιλοψυχέω, f. ήσω, (φιλόψυχος) nimium amo animulam meam, vitae turpiter et ignave parco.

φιλοψυχητέον, cum οὐ, non nimium amanda est vita A pr.

φιλοψυχία, ας, ἡ, nimius vitae amor. A seq.

φιλόψυχος, ον, (ψυχή) qs. animae amans; nimium vitae cupidus, nimium timens, ne vita privetur, timidus. 2) qui vitam tuetur.

φιλόψυχρος, ον, qui frigida amat, frigoris cupidus, amans frigidi.

φιλοψύχως, adv. (φιλόψυχος) nimio vitae amore, nimis vitae parcendo. (ῡ)

φιλτάτιον, ου, τό, amiculus; in compellatione. Dim. a seq.

φίλτατος, η, ον, (φίλος) carissimus; sodes, sc. in compellatione.

φίλτρον, ου, τό, (φιλέω) amoris illecebra, amatorium poculum. 2) res amicitias, seu amorem, benevolentiam concilians.

φιλτροποιός, όν, philtra conficiens, veneficus.

φίλυβρις, ὁ, ἡ, (ὕβρις) contumeliosus, insolens.

φιλυβριστής, ου, ὁ, i. q. praec.

φιλυγιής, ές, bonae valetudinis studiosus.

φιλυδρίας, ου, ὁ, idem quod φίλυδρος, et ex eod.

φιλυδριάω, aquam, loca irrigua amo. A praec.

φίλυδρος, ον, (ὕδωρ) aquae amans, gaudens aquis.

φιλύδρηλος, ον, idem.

φιλύκη, ἡ, philyca, arbor semper virens; ap. Theophrast.

φίλυμνος, ον, amans hymnos, cantum, studiosus canendi, musicus.

φιλυπήκοος, ον, obsequiosus, facile obediens.

φίλυπνος, ον, amans somni, somnolentus.

φιλυπόδοχος, ον, (ὑποδοχή) qui saepe, benigne convivatur.

φιλυπόστροφος, ον, (ὑποστρέφω) redire solitus, facile rediens.

φιλυποστροφώδης, ες, (ὑποστροφή) idem.

φιλυποψία, ας, ἡ, (ὕποψις) natura ad suspicandum propensa.

φίλυρα, ας, ἡ, tilia, arbor. 2) ejusdem arboris bractea, i. e. tenuior membrana inter lignum et extimum corticem latitans.

φιλύρινος, ίνη, ινον, tiliaceus. A pr.

φιλύριος, ία, ιον, idem et ab eod.

φιλῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδή) studiosus cantus, cantor, musicus.

φίλως, adv. (φίλος) libenter.

φίλωψ, ωπος, ὁ, ἡ, qui amico vultu est, amicus.

φῖμός, οῦ, ὁ, camus, capistrum. 2) fiscella. 3) pyrgus in ludo aleatorio, turricula in qua concutiuntur tesserae, aut tali. (Imo: pyrgus infundibuli vel coli speciem repraesentabat, per quod tali concussi in ψηφοβόλῳ, i. e. fritillo, jaciebantur in alveolum.) Reperitur et φιμόν in neutr.

φῖμόω, f. ώσω, camo obligo aut adstringo, capistro, obturo, coarcto, constringo, os occludo, compesco. metaph. ad silentium adigo. φιμοῦμαι, obmutesco. A pr.

φῖμώδης, ες, (φιμός) cami seu fiscellae formam habens. 2) cami usum praebens. 3) constringens.

φίμωσις, εως, ἡ, (φιμόω) obligatio, quae fit camo. 2) coarctatio, s. constrictio quaelibet. (– – ⏑)

φίμωτρον, τό, capistrum. (– – ⏑)

φιν, Dor. p. σφίν.

φίνις, ὁ, i q. φήνη, ossifragus, genus aquilarum, Dioscor.

φίντερος, – τατος, Dor. p. φίλτερος, – τατος, Epicharm.

φίντις, ὁ, auriga. 2) animus, qs. corporis auriga et rector. Vox Dorica.

φίξ, ῖκός, ἡ, Boeot. pro σφίγξ.

φιτρός, οῦ, ὁ, stipes, truncus. 2) caulis. 3) fax. Reperitur et neutrum.

φίττα, adv. accelerandi. Ab et pro σίττα.

φιττάκια, τά, Aeol p. ψιττάκια

φῖτυ, τό, poet. p. φίτυμα, Ar. Pac. 1164. Eupol. ap. Schol. Plat. p. 211.

φίτυμα, τό, (φιτύω) germen, stirps, proles, soboles, filius, Aesch. Ag. 1292. (– – ⏑)

φῖτυποιμήν, ένος, ὁ, poet. p. φυτοκόμος, hortulanus, Aesch.

φίτυς, υος, ὁ, pater, genitor.

φῖτύω, f. ύσω, (φῖτυ) sero, planto. 2)

generero, gigno.

φλαδιάω, (φλάω) contundendo, subigendo mollio; unde subigo.

φλάζω, stulte et non articulate loquor. 2) ferveo.

φλάμιντας, ου, ὁ, flamen, vox Latin., Appian.

φλανύσσω, Doric. p. φληνύσσω, garrio, ineptio, deliro.

φλάσις, εως, ἡ, Ion. pro θλάσις, fractura.

φλάσμα, τό, pro θλάσμα, (φλάω pro θλάω) quod confractum, contusum est, contusio.

φλασμός, οῦ, ὁ, (φλάζω) fastus.

φλαστός, ή, όν, (φλάω) qui contundi seu conteri potest.

φλαυρίζω, f. ίσω, idem quod φαυλίζω. A seq.

φλαῦρος, ρα, ρον, idem quod φαῦλος, et ab eo. (vel dicitur Attice pro φλυαρός, nugatorius, ineptus; auctore Eustathio.)

φλαύρως, adv. pro φαύλως.

φλάω, contundo, contero, frango, rumpo. 2) subigo, tero. Unde 3) contundendo, vel subigendo mollio. 4) masturbo. 5) voro, avide comedo. Est autem a θλάω.

φλεβάζω, (φλέψ) scaturio tanquam e vena.

φλεβικός, ή, όν, ad venas pertinens, qui venarum est.

φλέβιον, ου, τό, venula. Dim. a φλέψ.

φλεβονευρώδης, ες, (φλέψ, νευρώδης) quasi veninerveus.

φλεβοῤῥαγία, ας, ἡ, (ῥήγνυμι) venae ruptio.

φλεβοτομέω, (φλεβοτόμος) venam seco. φλεβοτομοῦμαι, sanguinor.

φλεβοτομία, ας, ἡ, venae sectio, venae incisio. A seq.

φλεβοτόμος, ον, (τέμνω) venam incidens. Hinc Subst. τὸ φλεβοτόμον, ου, scalpellum, seu instrumentum, quo vena inciditur.

φλεβώδης, ες, (φλέψ) venosus, venis abundans.

φλεγέθω, (φλέγω) uro, incendo, comburo.

φλεγεός, ά, όν, ruber, flammae modo.

φλέγμα, ατος, τό, (φλέγω) inflammatio, ardor, incendium. 2) pituita.

φλεγμαίνω, ardeo, aestuo, exaestuo, effervesco. 2) intumesco, tumeo, suppuro. 3) factum, crimen dicitur φλεγμαίνειν, quod adhuc fervet, h. e. in recenti sermone et odio versatur. item, cujus dolor recens est. A pr.

φλεγμαῖος, αία, αῖον, (φλέγμα) inflatus.

φλέγμανσις, εως, ἡ, idem quod seq. et ab eod.

φλεγμασία, ας, ἡ, (φλεγμαίνω) inflammatio, aestus, ardor.

φλεγματίας, Ion. φλεγματίης, ου, ὁ, pituitosus, qui bilioso opponitur.

φλεγματικός, ή, όν, abundans pituita.

φλεγματοειδής, ές, (εἶδος) idem.

φλεγματόεις, όεσσα, όεν, idem.

φλεγματώδης, ες, inflatus, inflammatus, suppuratus. 2) pituitosus.

φλεγμονή, ῆς, ἡ, (φλέγω) inflammatio, suppuratio, tumor, furunculus.

φλεγμονώδης, ες, inflammationem habens, cum inflammatione conjunctus. A pr.

φλεγύας, ου, ὁ, (φλέγω) aquila.

φλεγυρός, ρά, ρόν, (φλέγω) ignitus, ardens. 2) splendens. 3) injuriosus, damnosus

φλέγω, f. ξω, uro, cremo, incendo, inflammo. 2) amore mei incendo. 3) illustro, illumino. 4) fulgeo. φλέγομαι, ardeo, ardesco, flagro.

φλεδονεία, ας, ἡ, nugacitas, ineptiae, importuna loquacitas. A seq.

φλεδονεύω, et νέω, (φλεδών) nugor, garrio. v. φληδάω.

φλεδονώδης, ες, nugax, garrulus. A seq.

φλέδων, ονος, vel φλεδών, ῶνος, ὁ, (φλέω) homo ineptus, nugax.

φλέξις, εως, ἡ, (φλέγω) incensio, incendium.

φλέψ, εβός, ἡ, vena 1) animalis, 2) aquarum et similium.

φλέω, idem quod φλύω, plenus seu refertus sum, redundo, etiam bonis rebus. 2) ebullio, effervesco. 3) erumpo. 4) nugor. (φλεω, φλειω, φλίω et φλύω, unum idemque verbum est.)

φλέως, ω, ἡ, papyrus, planta aquatica spinis carens. A pr.

φληδάω, f. ήσω, (φλέω) nugor. Hesych.

φληναφάω, f. ήσω, (φλήναφος) nugor.

φληναφιώω, idem.

φληναφέω, idem.

φληνάφημα, τό, idem quod seq. A pr.

φλήναφος, ὁ, (φληνάω) nugae.

φλήναφος, ον, nugatorius, nugax, nugator, nugatrix, stultiloquus.

φληναφώδης, ες, idem quod praec.

φληνέω, f. ήσω, (φλέω) nugor.

φληνύω, f. ύσω, idem et ab eod.

φλιά, ᾶς, ἡ, portae antepagmentum, antae: vestibulum, limen. Hinc et φλιαί, valvarum postes: item, ligna directa et transverso depacta, et scalarum firmamenta, quae gradus transversarios, per quos ascenditur, utrinque compingunt.

φλίβω, premo, comprimo, Aeol. pro θλίβω.

φλιδάω, et φλιδιάω, putresco, putrefio. 2) rumpor, laceror, lanior. 3) rugas contraho. v. φλυδάω.

φλιδόνες, ων, αἱ, rugae et sinus vestium. A praec.

φλίψις, ἡ, Aeol. pro θλίψις, ubi v.

φλόγεος, έα, εον, (φλόξ) flammeus. 2) splendidus, fulgidus.

φλογερός, ρά, ρόν, idem et ab eod.

φλογετός, οῦ, ὁ, (φλόξ) ardor.

φλογιάω, (φλόξ) inflammor.

φλογίδιον, ου, τό, parvum frustum carnis assae. Dim. a φλογίς.

φλογίζω, f. ίσω, (φλόξ) ardeo. 2) ustulo, inflammo, incendo.

φλόγινος, ίνη, ινον, flammeus.

φλόγιον, ου, τό, flammula. Dim. a φλόξ.

φλογίς, ίδος, ἡ, caro assa.

φλογισμός, οῦ, ὁ, (φλογίζω) ustulatio.

φλογιστός, ή, όν, ustulatus. 2) inflammabilis.

φλογμός, οῦ, ὁ, ardor, aestus, flamma, incendium. 2) fulgur.

φλογμοτύραννος, ὁ, (τύραννος) dominus flammarum.

φλογογενής, ές, (φλόξ, γένος) e flammis ortus s. natus, flammigena.

φλογοειδής, ές, (εἶδος) flammae similis. 2) flammeus, ignitus.

φλογόεις, όεσσα, όεν, (φλόξ) flammeus, flagrans, ardens.

φλογόλευκος, ον, e rubro albicans.

φλογοφαῖος, α, ον, colore ex flammeo et fusco.

φλογόω, f. ώσω, inflammo, incendo. φλογοῦσθαι, flammescere.

φλογώδης, ες, ardens, fervens. 2) flammeus et incensus.

φλόγωμα, ατος, τό, (φλογόω) ustulati panis quasi pustula.

φλογωπός, όν, (φλόξ, ὤψ) rutilus, splendens.

φλόγωσις, εως, ἡ, (φλογόω) inflammatio.

φλοιά, Ion. φλοιή, ἡ, pro φλιά, ap. Apollon. Rhod. ubi tamen alii φλιή. 2) Proserpina ap. Lacedaemonios.

φλοιάριον, ου, τό, parvus cortex. Dim. a φλοιός.

φλοιδέω, f. ήσω, amburo.

φλοΐζω, f. ίσω, (φλόος) decortico.

φλόϊνος, η, ον, (φλόος) e cortice factus.

φλοιοβαρής, ές, (βαρύς) levis.

φλοιοῤῥαγία, ας, ἡ, corticis ruptio. A seq.

φλοιοῤῥαγής, ές, corticem habens diruptum; (quod est ex φλοιός et ῥήγνυμι.)

φλοιός, οῦ, ὁ, (φλόος) cortex, stirps, suber.

φλοῖσβος, ου, ὁ, sonitus, quem aqua edit, praesertim, quum fluctus excitantur. 2) murmur, tumultus, strepitus.

φλοϊσμός, οῦ, ὁ, (φλοΐζω) decorticatio.

φλοϊστικός, ή, όν, ad decorticandum aptus. Subst. ἡ φλοϊστική, sc. τέχνη, ars corbes et vasa conficiendi ex corticibus.

φλοίω, (φλέω) turgeo, tumeo.

φλοιώδης, ες, (φλοιός) cortici similis, corticosus. 2) futilis, vilis, vanus.

φλομίς, ίδος, ἡ, verbasculum. Dim. a seq.

φλόμος, et φλῶμος, ου, ἡ, verbascum, herba.

φλονίς, ίδος, ἡ, squama, Hesych.

φλονῖτις, ἡ, phlonitis; herba quae et ὄνοσμα dicitur.

φλόξ, ογός, ἡ, (φλέγω) flamma.

φλόος, φλοῦς, ου, ὁ, acc. sing. irreg. φλόα, Nic. (φλοιός) cortex: scirpus. 2) teges, storea, stragulum ex ulva vel scirpo, aut sparto vel junco. cf. φλοιός.

φλοῦς, ὁ, Ion. p. φλέως, ulva, juncus. Hdt.

φλυάκιον, ου, τό, pustula. Dim. a φλύαξ.

φλυᾱκογραφέω, nugas scribo.

φλυᾱκογραφία, ἡ, nugarum scriptio.

φλυᾱκογράφος, ὁ, (φλύαξ, γράφω) nugarum scriptor.

φλύαξ, ᾱκος, ὁ, Dor. p. φλύαρος, (φλύω) nugae. 2) nugator, scurra, garrulus.

φλυᾱρέω, f. ήσω, (φλύαρος) nugor, garrio, blatero.

φλυάρημα, τό, dictum nugatorium, s. sermo nugatorius, ineptus, impudens. A praec. (⏑–⏑⏑)

φλυᾱρία, ας, ἡ, nugae, garrulitas, verbositas. φλυαρίαι, argutiae.

φλυᾱρολογέω, f. ήσω, (φλυαρολόγος) nugas loquor.

φλυᾱρολογία, ας, ἡ, sermo nugatorius, garrulitas, argutiae.

φλυᾱρολόγος, ον, (λέγω) qui nugas loquitur, nugator.

φλύᾱρος, ον, Ion. φλύηρος, (φλύω) nugatorius, ineptus, vanus, futilis, nugax. garrulus, stultiloquus. Subst. ὁ φλύαρος, nugae, argutiae.

φλυᾱρώδης, ες, nugatorius, nugax. A

praec.

φλυδαρός, ρά, ρόν, humidus. A seq.

φλυδάω, (φλύω, φλέω) i. q. πλαδάω, humesco, humore affluo, flaccesco.

φλυζάκιον, τό, (φλύζω) bulla, pustula in modum bullae.

φλυζογράφος, ον, i. q. φλυακογράφος.

φλύζω, f. ξω, poet. p. φλύω, Nic.

φλύηρος, φλυηρέω, Ion. p. φλύαρος, φλυαρέω.

φλύκταινα, ης, ἡ, (φλύσσω) pullula, papula, pr. ab igni in subcineritiis panibus excitata.

φλυκταινίδιον, ου, τό, parva pustula. Dimin. a praec.

φλυκταινοειδής, ές, (εἶδος) pustulatus, pustulae formam habens.

φλυκταινόομαι, οῦμαι, in pustulas erumpo. A praec.

φλυκταίνωσις, ἡ, eruptio pustularum. A praec.

φλυκτίς, ίδος, ἡ, (φλύω) pustula, tumor.

φλύος, τό, nugae, Archil.

φλύσις, εως, ἡ, eruptio in cute e redundantia humoris. A seq.

φλύω, f. ύσω, ferveo, bullio, ebullio, fervendo seu bulliendo strido. 2) evomo. 3) nugas loquor, garrio. (υ natura longum corripitur in praes. et impf. Il. 21, 361, nec non in aor. Mel. 119, 4. Dioscor. 25, 6.)

φοβερίζω, (φοβερός) terreo.

φοβερισμός, οῦ, ὁ, (φοβερίζω) terror.

φοβερός, ρά, ρόν, (φόβος) terribilis, formidolosus, tremendus, horrendus. 2) timidus; ap. Xenoph.

φοβερότης, ητος, ἡ, timor, terror. A praec.

φοβερωπός, όν, et φοβερώψ, ῶπος, ὁ, ἡ, (φοβερός, ὤψ) terribilis specie.

φοβερῶς, adv. (φοβερός) metum incutiendo, formidabiliter.

φοβεσιστράτη, ἡ, quae exercitus terret, epith. Minervae, Ar.

φοβέστρατος, ον, (φοβέω, στρατός) exercitum terrens, Hes.

φοβέω, f. ήσω, timorem injicio, terreo; in fugam verto, τινά, Il. Xen. — Pass. φοβέομαι, f. φοβηθήσομαι, sed etiam forma media φοβήσομαι, Xen. Cyr. 1, 4, 19. 6, 7, 15. aor. ἐφοβήθην, pf. πεφόβημαι, terreor, in fugam vertor, ὑπό τινος, Hom. plerumque timeo, metuo, formido, paveo, expavesco. φοβεῖσθαί τινα, timere aliquem. φοβεῖσθαι περί τινος, timere ob aliquid. φοβοῦμαι μή, seq. conj. vereor ne. φοβοῦμαι ποιεῖν τι, vereor, dubito, non audeo aliquid facere. φοβεῖσθαι πρός τι, horrere aliquam rem, Soph. Tr. 1211. Nota. Aor. ἐφοβησάμην nusquam exstat.

φόβη, ης, ἡ, (φοβέω) juba, de equo et leone. Sophocl. 2) coma, de hominibus et plantis. Sophocl. Eurip. et Nicand.

φόβημα, τό, (φοβέω) terror, terriculamentum, Soph. O. C. 699.

φοβητής, οῦ, ὁ, (φοβέω) qui terret.

φοβητικός, ή, όν, meticulosus.

φόβητρον, ου, τό, quod metum incutit, seu incutere potest, terriculum, terriculamentum.

φοβόδιψος, ον, (δίψα) i. q. ὑδρόφοβος.

φόβος, ὁ, (φέβομαι) timor, metus, formido; fuga. Ap. LXX. est etiam pietas.

φοιβάζω, f. άσω, (φοῖβος) expurgo, vero. 2) (Φοῖβος) Phoebi numine afflatus vaticinans dico, vaticinor. it. numine afflo, Longin.

φοιβαίνω, idem et ab eod.

φοιβάς, άδος, ἡ, Phoebas, fatidica, vaticinatrix, utpote Phoebi numine adflata.

φοιβαστική, ῆς, ἡ, (φοιβάζω) vates, fatidica. Propr. femin. a seq.

φοιβαστικός, ή, όν, vaticinus.

φοιβάστρια, ἡ, fem. a φοιβαστή, fatidica.

φοιβάω, (φοῖβος) lustro, purgo. 2) splendidum reddo.

Φοίβειος, α, ον, Ion. Φοιβήϊος, Phoebeus, ad Phoebum pertinens.

φοιβητεύω, idem quod φοιβάζω, vel φοιβάω. A φοιβάω, φοιβήτρια, ἡ, antistita templi, fatidica. A seq.

φοιβήτωρ, ορος, ὁ, (φοιβάω) fatidicus, vates.

Φοιβόληπτος, ον, (Φοῖβος, ληπτός) a Phoebo adflatus, Phoebi numine correptus, fatidicus.

φοῖβος, η, ον, purus, impollutus, castus, ἡλίου φοίβη φλόξ, Aesch. Pr. 22. Hinc Φοῖβος, ὁ, epith. Apollinis, Phoebus.

φοίνη, ἡ, Aeol. et Lacon. p. θοίνη.

φοινήεις, ήεσσα, ῆεν, (φοινός) puniceus, purpureus.

φοίνιγμα, τό, (φοινίσσω) quod rubri coloris est.

φοινιγμός, ὁ, (φοινίσσω) i. q. τὸ φοινίσσειν, ps. rubefactio.

φοινικάνθεμος, ον, (φοῖνιξ, ἄνθεμον) flores purpureos efferens s. habens, epith. veris.

φοινικάω, (φοῖνιξ) rubefacio. Gl. Vet.

φοινίκειος, ον, puniceus. 2) palmeus, e palma factus. (ῑ)

φοινικέλικτος, ον, et λίκτης, ου, fraudulentus, dolosus. (E φοῖνιξ et ἑλίσσω. Nam Poeni pro vafris et σκολιοῖς habebantur.)

φοινίκεος, έα, εον, contr. φοινικοῦς, ῆ, οῦν, (φοῖνιξ) puniceus, purpureus. 2) e palmae fructu factus.

Φοινίκη, ης, ἡ, Phoenice. (ῑ)

φοινικήϊος, ΐη, ϊον, Ion. p. φοινίκειος.

φοινικηΐς, ΐδος, ἡ, punica, it. vestis puniceі coloris.

Φοινικίας, ου, ὁ, Phoenicias, ventus a Phoenice flans, euronotus, thrasciae oppositus.

Φοινικίζω, f. ίσω, Phoenicas imitor, aut aemulor. 2) ad puniceum colorem vergo, purpurasco. 3) tingo purpura.

φοινικικός, ή, όν, Phoenicius, Punicus.

φοινίκινος, ίνη, ινον, puniceus aut rutilus. 2) palmeus, e palmulis confectus. (– – ⏑ ⏑)

φοινίκιος, ία, ιον, puniceus, palmeus. (– – ⏑ ⏑)

φοινικιοῦς, ῆ, οῦν, i. q. φοινίκιος, Ar. Av. 272. v. Buttm. gramm. plen. I. p. 249.

φοινικίς, ίδος, ἡ, vestis puniceі coloris, puniceus amictus, purpurea vestis, (ob coloris affinitatem), pannus puniceus, paludamentum.

φοινικιστής, οῦ, ὁ, (φοινικίζω) purpurae tinctor, vel purpuratus, (melius puniceа veste indutus.) ap. Xenoph. Voc. dubiae significationis.

Φοινικιστί, adv. Punice. (– – – ⏑)

φοινικοβάλανος, ου, ὁ, fructus palmae Aegyptiacae.

φοινικόβαπτος, ον, colore puniceo tinctus.

φοινικοβατέω, (βαίνω) palmas scando.

φοινικοβαφής, ές, (βαφή) idem quod φοινικόβαπτος.

Φοινικογενής, ές, (Φοῖνιξ, γένος) e Phoenice ortus

φοινικοδάκτυλος, ον, digitos purpureos, i. e. pulcros habens, pulcer: de femina.

φοινικόεις, όεσσα, όεν, (φοῖνιξ) puniceus.

φοινικόκροκος, ον, (κρόκη) puniceam tramam habens.

φοινικόλοφος, ον, (λόφος) rubram cristam habens.

φοινικοπάρειος, ον, (παρειά) puniceas habens genas, i. e. pulcras, pulcra.

φοινικοπάρηος, ον, Ion. pro φοινικοπάρειος.

φοινικοπάρυφος, ον, (πάρυφος) puniceo limbo praetextam vestem gerens, praetextatus.

φοινικόπεδος, ον, (πέδον) solum habens puniceum seu rubrum.

φοινικόπεζα, ης, ἡ, purpureos pedes habens i. e. pulcros, pulcra.

φοινικόπτερος, ον, (πτερόν) rubras alas seu pinnas habens: genus avis.

φοινικοροδίαι, ῶν, αἱ, (ῥόδον) punicea rosaria.

φοινικόρυγχος, ον, (ῥύγχος) qui est rostro puniceo, nempe a sanguine, ut leo, lacerato animali. 2) de homine foret, purpurea labia, purpureum os habens, i. e. pulcrum.

φοινικός, ή, όν, i. q. φοινίκεος, dub. l. Xen. Ag. 2, 7.

φοινικοσκελής, ές, (σκέλος) qui est puniceis, i. e. pulcris cruribus.

φοινικοστερόπης, Dor. πας, ὁ, (στεροπή) fulminator, pr. rubra fulmina mittens.

Φοινικόστολος, ον, (στέλλω) Phoenicum more instructus vel armatus: a Phoenicibus missus, ἔγχεα, Pind.

φοινικοτρόφος, ον, (φοῖνιξ, τρέφω) palmas alens, palmifer.

φοινίκουρος, ου, ὁ, avis quaedam solitaria, a quibusdam Silvia vocata. (Ex eod. et οὐρά, quia cauda punicea praedita est.) (ῑ)

φοινικοῦς, ῆ, οῦν, puniceus, Xen.

φοινικοφαής, ές, (φάος) purpureus, puniceus adspectu.

φοινικόφυτον, ου, τό, palmetum. A seq.

φοινικόφυτος, ον, (φύω) palmis consitus.

φοινικών, ῶνος, ὁ, palmetum. A seq.

φοῖνιξ, ῖκος, ὁ, palma, arbor. 2) palmae ramus, vel fructus, palmula, i. e. palmae fructus. 3) herba quaedam, spicam ferens lolio similem et ad palmulae maturae colorem accedentem. 4) avis quaedam Phoenix dicta, a puniceo pennarum colore. 5) color ruber seu puniceus, qualis est palmulae. 6) instrumentum musicum a Phoenicibus inventum. 7) collyrium, tollendis oculorum asperitatibus efficax. 8) Phoenix, e Phoenice oriundus, Punicus. Sed Adj. ὁ καὶ ἡ, ruber, ad rubrum colorem accedens. rutilus.

φοίνιξις, εως, ἡ, (φοινίσσω) rubefactio, rubor.

φοίνιος, ία, ιον, vel -ος, ον, (φοινός) ruber, αἷμα, Od. 18, 97. 2) caede contaminatus, cruentus, crudelis, homicida.

φοίνισσα, ἡ, fem. a φοῖνιξ, ὁ, ἡ, rubra,

rutila, purpurea, Pind.

Φοίνισσα, ἡ, fem. e Φοίνιξ, ὁ, Phoenissa, e Phoenice oriunda, Od. 15, 417.

φοινίσσω, f. ξω, (φοινός) rubefacio, sanguine inficio, cruento, purpureo aut etiam puniceo colore inficio.

φοινός, ή, όν, (φόνος) cruentus, cruentatus. v. δάφοινος.

φοινός, ὁ, i. q. φόνος, Nic.

φοινώδης, ες, cruentae speciei.

φοιταλέος, ον, vel φοιταλέος, έα, έον, (φοιτάω) insanus, furiosus. 2) errabundus, vagus. 3) per certa temporum intervalla rediens.

φοιταλιεύς, έως, ὁ, idem, epith. Bacchi.

φοιταλιώτης, ου, ὁ, idem. A praec.

φοιτάς, άδος, ἡ, (φοιτάω) insana, furiosa 2) vaga, errans. 3) meretrix. 4) epith. viae, trita, qua crebro commeatur.

φοιτάω, f. ήσω, (φοῖτος) ito, frequento, commeo: dicitur de discipulis, nunciis inprimis. 2) insanio, furo. 3) redeo, fructibus, vectigalibus.

φοιτέω, Ion. pro φοιτῶ, φοιτάω.

φοίτησις, εως, ἡ, (φοιτάω) itio, frequens aditus.

φοιτητήρ, ῆρος, ὁ, idem quod seq.

φοιτητής, οῦ, ὁ, (φοιτάω) qui ventitat. 2) qui ad praeceptorem ventitat, discipulus.

φοιτίζω, eo, poet. p. φοιτάω, venio, accedo.

φοῖτος, ου, ὁ, vagatio, error. 2) insania, furor.

φολιδώδης, ες, idem quod seq. et ab eod.

φολιδωτός, ή, όν, squameus, squamatus, corticatus A seq.

φολίς, ίδος, ἡ, squama qualis est serpentis.

φολκός, οῦ, ὁ, (φάος, ἕλκω: sed v. Buttm. Lexil. I. p. 246.) strabus, seu strabo, qui habet oculos distortos.

φόλλιξ, ικος, ἡ, asperitas cutis.

φόλλις, εως, ἡ, obolus. 2) marsupium sive sacculus condendis obolis. 3) follis. Vox. Lat.

φολλιώδης, ες, follicularis, fungosus, inanis, follis modo. A praec.

φονάω et φονόω, (φόνος) caedis avidus sum.

φονεργάτης, ου, ὁ, (φόνος, ἐργάτης) auctor caedis.

φόνευμα, ατος, τό, (φονεύω) quod occisum est, cadaver.

φονεύς, έως, ὁ, (φονεύω) homicida, sicarius.

φονευτής, οῦ, ὁ, idem.

φονεύω, f. εύσω, (φόνος) caedem perpetro, occido.

φονή, ῆς, ἡ, (φένω) caedes. 2) locus occisorum.

φονικός, ή, όν, (φόνος) ad caedem pertinens. 2) qui facile ad caedem perpetrandam incitatur, caedis cupidus. 3) truculentus, crudelis. 4) mortifer, letalis.

φονικῶς, adv. crudeliter.

φόνιος, ον, et φόνιος, ία, ιον, (φόνος) caede contaminatus, homicida, item cruentus. 2) letalis, mortifer.

φονοκτονέω, (φονοκτόνος) caedem perpetro, interficio. 2) caede polluo.

φονοκτονία, ας, ἡ, caedes. A praec.

φονοκτόνος, ον, (φόνος, κτείνω) qui per caedem, cum sanguinis offusione, interficit.

φονολοιβής et φονολιβής, ές, (λείβω) propr. sanguine stillans, crudelis, saevus.

φονόῤῥυτος, ον, (ῥέω) sanguine redundans.

φόνος, ου, ὁ, (φένω) homicidium, caedes, nex, clades. 2) sanguis, sed qui in caede effunditur.

φονώδης, ες, cruorem repraesentans. ap. Theophrast.

φόξινος, ου, ὁ, piscis quidam in ostiis fluviorum celeriter nascens.

φοξίχειλος, ον, vid. φοξόχειλος.

φοξός, ή, όν, acutus et veluti turbinatus, verticem habens fastigiatum. 2) qui est vultu distorto.

φοξότης, ητος, ἡ, vitium capitis φοξοῦ. A praec.

φοξόχειλος, ον, (χεῖλος) qui labris est coarctatis et in acutum desinentibus.

φορά, ᾶς, ἡ, (φέρω) latio, gestatio, bajulatio. 2) motus vehementior, ut in jactu, conversione, lapsu. (A φορά fit φορεύω verbum, unde φορευτικὰ σχήματα, concitatae et multae φορᾶς saltationes). item impetus, v. c. fluctuum, fluminis, fulminis, venti, animi studium vehemens. 3) vectigal, portorium, pensio, collatio, tributum. 4) feracitas, ubertas, proventus, annona.

φοράδην, adv. portando, gestando. A praec.

φορβαιά, ᾶς, al. φερβαία, ας, ἡ, (φέρβω) capistrum. v. φορβειά.

φορβαῖος, αία, αῖον, (φορβή) pascuus.

φορβάς, άδος, ὁ, ἡ, (φέρβω) alimentum suppeditans. 2) gregarius, gregalis. φορβάς, ἡ θήλεια ἵππος, equa. 3) sus; ap. Lycophr.

φορβειά, ᾶς, ἡ, et φορβιά, item φορβιά, (φέρβω) cibus, esca. 2) capistrum. 3) corium, quo tibicines ora muniebant.

φορβή, ῆς, ἡ, (φέρβω) pabulum, alimentum, esca.

φορβιά, ᾶς, ἡ, idem quod φορβειά.

φορεῖον, ου, τό, (φορεύς) gestatorium, sella gestatoria, lectica. 2) vehiculum. 3) merces, quae datur bajulo.

φορειοφόρος, ὁ, (φέρω) qui lecticam portat, lecticarius.

φορεσία, ας, ἡ, (φορέω) vestis, pallium.

φόρετρον, ου, τό, vectura. 2) merces bajuli.

φορεύς, έως, ὁ, bajulus. 2) lecticarius.

φορέω, f. έσω, (φέρω) gesto, fero, porto.

φορηδόν, adv. sarcinae in modum. 2) acervatim. 3) portando, gestando. A pr.

φορή, ἡ, Ion. pro φορά.

φόρημα, ατος, τό, (φορέω) quod gestatur, gestamen, ut indumentum, annulus, sceptrum etc.

φόρησις, εως, ἡ, gestatio.

φορητός, ή, όν, qui ferri et portari potest, tolerabilis.

φόριμος, ον, (φορός) utilis, commodus.

φορίνη, ἡ, cutis suilla, quae crassa. 2) cutis hominis, Harpocr. inpr. de homine stupido.

φορίς, ίδος, ἡ, (φορός) pr. quae gerit, gestat, fert. 2) gravida, fecunda, epith. feminae, terrae.

φορμηδόν, adv. (φορμός) in modum sportae seu corbis, tegetis seu storeae.

φόρμιγξ, ιγγος, ὁ, cithara, testudo.

φορμίδιον, ου, τό, tegeticula, Gl. Vet. Dim. a φορμός.

φορμίζω, f. ίσω, Doric. ξω, (φόρμιγξ) citharam pulso, cithara ludo, celebro. 2) cano.

φορμικτάς, Doric. pro φορμικτής, οῦ, ὁ, citharoedus. A pr.

φορμίον, ου, τό, sportula, corbula. 2) tegesticula, parva storea. Dim. a φορμός.

φορμίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

φορμίσκιον, ου, τό, idem. Dimin. a φορμός.

φορμίσκος, ου, ὁ, idem. Dim. ab eod.

φορμοκοιτέω, f. ήσω, (κοίτη) super tegete cubo, storeae incubo.

φορμοραφέω vel φορμοῤῥαφέω, f. ήσω, (ῥάπτω) in tegete vel matta insuo, vel, tegetes acu trajecta consuo.

φορμοραφίς, ίδος, ἡ, (ῥαφίς) acus ad storeas consuendas apta.

φορμός, οῦ, ὁ, sporta, corbis, calathus, nexus vitilium, seu textum e junco, sparto, et id genus aliis. 2) teges, storea.

φορμοφορέω, f. ήσω, storeas, corbes gesto, bajulus sum. A seq.

φορμοφόρος, ον, (φορμός, φέρω) qui storeas, corbes portat, bajulus.

φορολογέω, f. ήσω, (φορολόγος) tributum exigo.

φορολόγητος, ον, a quo tributum exigitur, tributarius. A pr.

φορολογία, ας, ἡ, tributi exactio. A seq.

φορολόγος, ου, ὁ, (φόρος, λέγω) tributi exactor.

φορός, όν, (φέρω) ferens, fecundus, de vento. Unde 2) fecundus, felix. 3) cum impetu ferens, celer, vehemens, ut fulmen. 4) fertilis, ferax. 5) fecunda, de muliere.

φόρος, ου, ὁ, (φέρω) tributum. item, pensio. 2) forum tum negotiantium, tum judiciarium. Hactenus est voc. Lat.

φορταγωγέω, onera porto. A seq.

φορταγωγός, (φόρτος, ἄγω) onera ferens.

φόρταξ, ακος, ὁ, (φόρτος) bajulus.

φορτηγέω, f. ήσω, (φορτηγός) onera fero.

φορτηγία, ας, ἡ, mercaturae genus, quae exercetur navibus onerariis. A pr.

φορτηγικός, ή, όν, onerarius.

φορτηγός, όν, (φόρτος, ἄγω) onera vehens. ut φορτηγὸς ναῦς, oneraria navis.

φορτίζω, f. ίσω, (φόρτος) onero. πεφορτισμένη, onusta.

φορτικεύομαι, sum molestus, odiosus, ineptus. A seq.

φορτικός, ή, όν, (φόρτος) onerarius, onerosus. 2) ineptus, insulsus. 3) fastosus, arrogans, insolens. 4) molestus, gravis, non ferendus, importunus.

φορτικότης, ητος, ἡ, inepti, stulti, arrogantes, molesti mores. A pr.

φορτικῶς, adv. odiose, moleste, inepte, arroganter, insolenter, importune.

φορτίον, ου, τό, (φόρτος) onus, sarcina, fascis, merx.

φορτίς, ίδος, ἡ, oneraria navis.

φορτοβαστάκτης, ου, ὁ, (βαστάζω) bajulus.

φόρτος, ου, ὁ, (φέρω) onus; *proprie* navium, s. de mercibus, quibus navis oneratur. 2) res molesta, taedium.

φορτοφόρος, ον, (φέρω) onus portans, bajulus.

φορτόω, (φόρτος) onero.

φορυκτός, ή, όν, tinctus, coloratus. A

seq.

φορύνω, vel φορύσσω, f. ύξω, (φορύω) pinso, subigo, misceo, confundo. 2) foedo, polluo. 3) inficio, tingo.

φορυτός, οῦ, ὁ, quisquiliae e variis rebus commixtis. 2) funis e congestia stramentis et vitilibus ad πλέγματα. 3) coenum. A seq.

φορύω, idem quod φορύνω.

φούλλικλος, ὁ, folliculus, vox Lat.

φουρνοπλάστης, ου, ὁ, (πλάσσω) qui furnos conficit.

φοῦρνος, ὁ, furnus, vox Lat.

φόως, τό, Epice p. φῶς, lux, lumen.

φόωσδε, adv. in lucem, in luminis auras.

φράγδην, adv. (φράσσω) cum munimento.

φραγέλλη, ἡ, idem quod seq.

φραγέλλιον, ου, τό, flagellum. Voc. Lat.

φραγελλόω, f. ώσω, flagello.

φράγμα, ατος, τό, (φράσσω) sepimentum, septum, sepes, maceria, vallum, munimentum.

φραγμίτης, ου, ὁ, ad sepes pertinens, sepimentis idoneus. 2) qui circa sepes nascitur. A pr.

φραγμός, οῦ, ὁ, (φράσσω) sepimentum, septum, sepes, dumus, carectum.

φραγμών, ῶνος, ὁ, (φράσσω) dumetum.

φράγνυμι, idem quod φράττω, poet.

φραδά, ἡ, Dor. p. φραδή, Pind.

φραδάζω, f. άσω, (φράζω, πέφραδα) indico, declaro, explico, Pind.

φραδάω, (φράζω, πέφραδα) indico, declaro.

φραδεύω, idem et ab eod.

φραδή, ῆς, ἡ, (φράζω) scientia, prudentia. 2) consilium. 3) Plural. mentes.

φραδής, ές, consultus, prudens. A pr.

φραδμοσύνη, ης, ἡ, consilium, prudentia, peritia. A seq.

φράδμων, ονος, ὁ, ἡ, (φράζομαι) consultus, circumspectus, sollers, prudens, peritus.

φραδῶς, adv. (φραδής) prudenter, consulte. 2) diserte, aperte.

φράζω, f. άσω, aor. 2 Ep. πέφραδον, ἐπέφραδον, pf. πέφρακα, pf. med. πέφραδα, dico, expono, explico, doceo, explano, interpretor, describo, memoro, commemoro, indico, suadeo, hortor, auctor sum. Med. et Pass. φράζομαι, f. φράσομαι, aor. ἐφρασάμην, aor. p. ἐφράσθην, pf. p. πέφραδμαι, πέφρασμαι, (sed Medium ap. scriptores Atticos vix exstat) in animo verso, delibero, perpendo, statuo. 2) animadvertendo caveo, vito. 3) animadverto, deprehendo, intelligo.

φρακτήρ, ῆρος, ὁ, (φράσσω) sepes.

φρακτικός, ή, όν, (φρακτός) cataphractus, circumquaque armis munitus.

φρακτός, ή, όν, (φράσσω) septus, munitus.

φράν, φρᾶνος, ἡ, Dor. p. φρήν. (ᾱ)

φρᾱνίζω, Dor. i. q. φρενόω.

φρασδω, Dor. p. φράζω.

φρασιολογία, ας, ἡ, (φράσις, λέγω) loquendi formularum collectio: sine exemplo.

φράσις, εως, ἡ, (φράζω) dictio, verba; ipsa dicendi actio, genus loquendi: loquela, eloquentia.

φράσσω, Att. φράττω, f. ξω, sepio, munio, communio, obstruo, occludo, obturo, constipo. πεφραγμένος, septus, armatus.

φραστέος, έα, έον, dicendus: adj. verb. a φράζω.

φραστήρ, ῆρος, ὁ, (φράζω) elocutor, indicator, explicator.

φράστης, ου, ὁ, i. q. φραστήρ.

φραστικός, ή, όν, eloquens.

φραστύς, ύος, ἡ, (φράζω) cogitatio, oratio, dictio, Hesych.

φράστωρ, ορος, ὁ, (φράζω) idem quod φραστήρ.

φρᾱτήρ, ῆρος, ὁ, (φρατρία) qui ejusdem curiae vel tribus est, tribulis.

φρᾱτορία, ας, ἡ, (φράτωρ) societas.

φρᾱτορικός, ή, όν, curialis, tribulis. A praec.

φρατόριος, α, ον, idem quod praec.

φράτρα et φράτρη, ἡ, idem quod seq. (ᾱ)

φρᾱτρία, ας, ἡ, curia. Hinc φρατρίαι dicuntur conventus hominum, aut conventicula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium.

φρᾱτριάζω, f. άσω, sum unus e curialibus, sum particeps curiae. 2) conjuro, sodalitates facio. A praec.

φρᾱτριακός, ή, όν, (φρατρία) curialis, ad curiam pertinens.

φρᾱτρίαρχος, ου, ὁ, praefectus curiae vel sodalitii, quod φρατρία vocatur.

φρᾱτριαστής, οῦ, ὁ, (φρατριάζω) curialis.

φρᾱτριαστικός, ή, όν, idem.

φρᾱτριεύς, έως, ὁ, idem.

φρᾱτρίζω, f. ίσω, idem quod φρατριάζω.

φρᾱτρικός, ή, όν, idem quod φρατριακός.

φράτριος, ία, ιον, (φράτρα) curialis, ad curiam pertinens. (- ᴗ ᴗ)

φράττω, Att. pro φράσσω.

φράτωρ, ορος, ὁ, (φράτρη) curialis. 2) tribulis, contribulis.

φρεάντλης, ου, ὁ, (φρέαρ, ἀντλέω) qui aquam e puteo haurit.

φρέαρ, τό, gen. φρέατος, contr. φρητός, Ion. et poet. φρεῖαρ, puteus, fossa profundior, cisterna. (α in casibus trisyllabis Attici plerumque longum usurpant, v. Buttm. Lexil. I. p. 229. Erfurdt Obs. crit. in Athen. p. 440.)

φρεάτειος, εία, ειον, ad puteum pertinens (ᾱ)

φρεᾱτία, ἡ, cisterna, receptaculum aquarum arte factum, Xen. h. gr. 3, 1, 7. φρεατίαν τιμώμενος ὑπόνομον ὀρύττειν, dissecta cisterna fossam subterraneam effodiendam curavit. Schneiderus h. l. sine caussa paullo infra τῇ φρεατίᾳ legendum censet, quasi a φρεατίας, quod nusquam legitur.

φρεᾱτιαῖος, αία, αῖον, putealis.

φρεᾱτίδιος, ία, ιον, idem.

φρεᾱτικός, ή, όν, putealis.

φρεάτιον, ου, τό, Dim. a φρέαρ, parvus puteus. 2) fossa profunda. (ᴗ - ᴗ ᴗ)

φρεᾱτώδης, ες, in putei modum profundus.

φρεᾱτωρυχέω, (ὀρύσσω) idem quod φρεωρυχέω.

φρεᾱτώρυχος, ον, idem quod φρεωρύχτης.

φρεῖαρ, ατος, τό, puteus. Ion. pro φρέαρ.

φρεναπατάω, f. ήσω, (φρήν, ἀπατάω) mentem seu mente decipio. 2) decipio.

φρεναπάτης, ου, ὁ, impostor, deceptor.

φρενήρης, ες, (φρήν, ἄρω) mentis compos, cordatus, sapiens.

φρένησις, εως, ἡ, idem quod φρενῖτις.

φρενητιάω, pro φρενιτιάω, f. l.

φρενητικός, ή, όν, pro φρενιτικός f. l.

φρενῑτιάω, (φρενῖτις) sum phreniticus, phrenitide laboro.

φρενιτίζω, f. ίσω, idem et ad eod.

φρενῑτιαῖος, α, ον, idem quod seq. et ab eod.

φρενῑτικός, ή, όν, phreniticus, qui phrenesi laborat. A seq.

φρενῖτις, ίδος, ἡ, (φρήν) mentis delirium, inflammatio membranarum cerebri, febrem acutam et mentis perturbationem inducens.

φρενοβλάβεια, ας, ἡ, amentia, dementia. A seq.

φρενοβλαβής, ές, (φρήν, βλάπτω) mente laesus vel captus, desipiens.

φρενοβλαβῶς, adv. dementer, insane. A praec.

φρενογηθής, ές, (γηθέω) laetus, hilaris.

φρενοδᾱλίς, ίδος, ἡ, (δηλέομαι) amentia, furor, Aesch.

φρενόθεν, adv. (φρήν) a mente, ex mente.

φρενοκλοπέω, decipio, impono praestigiis. A seq.

φρενοκλόπος, ον, (φρήν, κλέπτω) impostor, decipiens.

φρενόληπτος, ον, (λαμβάνω) mente captus.

φρενομανής, ές, (μαίνομαι) furiosus, fanaticus, etiam bono sensu.

φρενόμωρος, ον, mente captus, furiosus, insanus.

φρενόπληκτος, ον, (πλήσσω) furiosus, demens.

φρενοπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, idem.

φρενοτέκτων, ονος, ὁ, ἡ, qui mente et cogitatione aliquid componit.

φρενόω, f. ώσω, (φρήν) ad mentem sanam reduco, moneo, castigo. 2) decipio, fallo.

φρένωσις, εως, ἡ, castigatio, admonitio. A praec.

φρενωτήριον, ου, τό, (φρενόω) idem.

φρεορυχέω, f. ήσω, puteum fodio. A seq.

φρεορύκτης, ου, ὁ, putei fossor, putearius. (φρέαρ et ὀρύσσω) melius haec per ω exarentur, v. Lobeck. Phryn. p. 232.

φρέω, f. φρήσω, emitto, adigo.

φρεωρυχέω, puteum effodio. A seq.

φρεωρύχος, ου, ὁ, (φρέαρ, ὀρύσσω) putei seu puteorum fossor, putearius. Alii scribunt φρεωρύχος.

φρήν, ενός, ἡ, mens. 2) sapientia; at φρένες, prudentia, ingenium. 3) praecordia, tanquam mentis sedes. 4) φρένες, primitus antiquis duo capita diaphragmatis appellabantur ad lumbos descendentia: quae quod esse viderentur in homine medio sita, ponebant ibi sedem mentis, quae non videretur ipsis hominem regere posse, nisi, velut aranea quaedam in meditullio suae telae, sederet.

φρητία, ἡ, contr. p. φρεατία, puteal, os putei.

φρήτρη, ης, ἡ, tribus, curia, pro φράτρα, Ionice.

φρῖγος, εος, τό, poet. p. σφρῖγος, turgor, tumor, copia.

φρῑκάζω, f. άσω, (φρίκη) febre horreo.

φρικαλέος, έα, έον, (φρίκη) horribilis.

φρικασμός, οῦ, ὁ, (φρικάζω) horror.

φρίκη, ης, ἡ, (φρίξ) horror, torpor. 2) metus. (- -)

φρικίαι, αἱ et φρίκια, τά, horror sub accessionem febris. A praec.

φρικιάω, horresco. A praec.

φρικίασις, εως, ἡ, idem quod φρίκη. A praec.

φρικοποιός, (φρίξ, ποιέω) horrificus.

φρῖκος, εος, τό, i. q. φρίκη, Nic.

φρικόω, (φρῖκος) horrifico, Gl. Vet. φρικοῦμαι, horresco, Gl. Vet.

φρικτός, ἡ, όν, (φρίσσω) horrendus, horrorem incutiens.

φρικτῶς, adv. horribiliter, horrendum in modum.

φρικώδης, ες, (φρίκη) horribilis, horrendus. 2) venerandus.

φρικωδία, ἡ, horror.

φριμαγμός, οῦ, ὁ, (φριμάσσομαι) fremitus, flatus, hinnitus equi ferocientis. 2) exsultatio, insolentia, ferocia.

φριμάσσομαι, f. ξομαι, idem quod φρυάσσομαι.

φρίξ, φρικός, ἡ, maris horror, motus maris incipiens, primaque agitatio fluctuum superficiaria, veluti quum mare exigua stringitur aura, et in ea breves humilesque exsurgunt undae, velut pili in homine exhorrescente.

φριξαύχην, ενος, ὁ, ἡ, (φριξός, αὐχήν) cervicem habens horrentem setis.

φριξόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) horrens pilis.

φριξοκόμης, ου, ὁ, (κόμη) horrens coma.

φριξός, ἡ, όν, horridus. A seq.

φρίσσω, Att. φρίττω, f. ξω, horreo, horresco, contremisco, cum horrore reformido, fremitum edo. Proprie de mari.

φροιμιάζω, et φροιμιάζομαι, pro προοιμιάζω, άζομαι.

φροίμιον, ου, τό, pro προοίμιον.

φρονέω, (φρήν) intelligo, mentis compos sum, sapio. 2) cogito, delibero. 3) sentio, judico, it. desidero. 4) dicitur de conditione et habitu animi, qui ex adjunctis intelligitur, ut εὖ vel κακῶς φρονεῖν. it. ἀγαθὰ vel κακά, benevolus vel malevolus sum, faveo, invideo: μέγα vel μικρά, elato vel demisso animo sum, saepe quoque φρονεῖν simplex usurpatur pro μέγα φρονεῖν, altum sapere, magnos gerere spiritus.

φρόνημα, ατος, τό, cogitatio, animus, sensus animi. v. σύνεσις. 2) animus interritus, virtus bellica, confidentia. 3) elatio animi, fastus, arrogantia, superbia, animi impetus. 4) desiderium. A praec.

φρονηματίας, ου, ὁ, qui est elato animo, excelso animo. A praec.

φρονηματίζω, f. ίσω, facio, ut aliquis animos tollat, vel se efferat. φρονηματίζομαι, animos tollo, majores spiritus sumo. 2) magnifice de me sentio. Ab eod.

φρονηματισμός, οῦ, ὁ, animi elatio. A praec.

φρονηματώδης, ες, (φρόνημα) qui excelsi est animi, magnanimus, etiam superbus.

φρόνησις, εως, ἡ, (φρονέω) prudentia, sapientia, intelligentia.

φρόνιμος, ου, ὁ, ἡ, (φρήν) prudens, sapiens, cordatus, astutus.

φρονιμώδης, ες, animosus. 2) constans. A praec.

φρονίμως, adv. prudenter, sapienter. Ab eod.

φρόνις, εως, ἡ, (φρήν) ingenium. it. scientia, prudentia. 2) astutia. 3) contemtus.

φρονούντως, adv. (φρονέω) sapienter, prudenter.

φροντίζω, f. ίσω, cogito, commentor, meditor. 2) curo, curam gero; sollicitus sum, suspenso sum animo. 3) studeo, studium et operam pono, praesertim in literis. A seq.

φροντίς, ίδος, ἡ, cogitatio. 2) cura, sollicitudo, occupatio.

φρόντισμα, ατος, τό, (φροντίζω) cura, officium, occupatio.

φροντιστέον, adv. posit. verb. a φροντίζω, curandum est.

φροντιστήριον, ου, τό, (φροντίζω) locus, in quo cogitationes seu commentationes instituimus, schola, museum, sequiori saeculo etiam monasterium.

φροντιστής, οῦ, ὁ, (φροντίζω) curator, procurator, tutor. 2) meditator, commentator, qui commentationibus et speculationibus est deditus, studiosus, philosophus, monachus, asceticus.

φροντιστικός, ἡ, όν, (φροντιστής) ad commentationem seu meditationem aptus. 2) meditabundus: sollicitus.

φροντιστικῶς, adv. sollicite, curiose.

φροῦδος, οὔδη, οὖδον, it. φροῦδος, ον, qui disparuit, qui abiit, periit, evanidus. Attici dicunt de eo, qui animi levitate nimis effertur gaudio, etiam in re levi. (Ex πρὸ et ὁδοῦ, quasi πρόοδος contr. προῦδος, quasi qui tantum viae jam confecerit, ut negatum sit eum consequi.)

φρούδως, adv ineassum, Philox. A pr.

φροῦνος, ὁ, i. q. φρῦνος, ap. ser.

φρουρά, ᾶς, ἡ, (φρουρός) praesidium, custodia. 2) milites ipsi praesidiari et custodes, corporis custodes, ut stipatores, satellites. 3) ipse locus aut statio custodiae et praesidii. 4) exercitus, militia. 5) carcer.

φρουράρχης, ου, ὁ, i. q. φρούραρχος, Xen.

φρουραρχία, ἡ, munus φρουράρχου.

φρούραρχος, ὁ, (φρουρά, ἄρχω) qui praesidiariis militibus praeest, praesidiariae cohortis praefectus.

φρουρέω, f. ήσω, (φρουρός) in praesidio tutor, custodio, excubo.

φρούρημα, ατος, τό, praesidium, custodia. 2) id quod custoditur. A praec.

φρούρησις, εως, ἡ, custodia, excubiae. Ab eod.

φρουρητήρ, ῆρος, ὁ, (φρουρέω) custos.

φρουρητικός, ἡ, όν, (φρουρέω) praesidiarius.

φρουρητός, ἡ, όν, adj. verb. a φρουρέω, custoditus.

φρουρικός, ἡ, όν, (φρουρά) praesidiarius, Gl. Vet.

φρούριον, ου, τό, (φρουρά) praesidium, i. e. locus aut munitio, cui praesidia imponuntur, castellum. 2) custodia, carcer.

φρουρίς, ίδος, ἡ, navis praesidiaria. v. φυλακίδες.

φρουρόδομος, ον, (δόμος) domum custodiens, v. c. canis.

φρουρός, οῦ, ὁ, contr. ex προορός, (προοράω) custos, praesidiarius, excubitor.

φρύαγμα, ατος, τό, (φρυάσσω) fremitus equorum, hinnitus. 2) fastus, elatio, ferocia.

φρυαγματίας, ου, ὁ, ferociens v. c. equus. 2) fastosus, insolens. A pr.

φρυαγμός, οῦ, ὁ, idem quod φρύαγμα.

φρυαγμοσέμνακος, ον, (φρύαγμα, σεμνός) prae fastu ferociens, Ar. Vesp. 135.

φρυακτής, οῦ, ὁ, idem quod φρυαγματίας, de equo fremitum indicem ferociae edente dictum. A seq.

φρυάσσω, Att. άττω, f. άξω, melius άττομαι, fremo, flatum naribus emitto, proprie de equo. 2) insolesco, effero, insolenter me gero. 3) intempestive glorior, vana spe efferor. Activum non nisi ap. LXX. legitur.

φρυγανίζομαι, f. ίσομαι, (φρύγανον) cremia seu virgulta arida colligo. 2) lignor.

φρυγανικός, ἡ, όν, v. φρυγανώδης.

φρυγάνιον, ου, τό, parvum virgultum aridum. 2) exiguus frutex. Dim. a φρύγανον.

φρυγανισμός, οῦ, ὁ, lignatio, sarmentorum lectio.

φρυγανιστήρ, ῆρος, ὁ, vel -στής, οῦ, ὁ, fem - ίστρια, ας, qui vel quae sarmenta colligit, sarmentator, sarmentatrix.

φρυγανίτης, ου, ὁ, fem. - ῖτις, ιδος, i. q. φρυγανικός, ἡ.

φρύγανον, ου, τό, (φρύγω) sarmentum, virgulta. φρύγανα, sarmenta, virgulta: nidus e sarmentis: quisquiliae. (- ⏑ ⏑)

φρυγανοφόρος, ον, (φέρω) sarmenta ferens.

φρυγανώδης, ες, (φρύγανον) e virgultis, sarmentis, constans. 2) virgultis aridis similis. 4) cremiorum modo lignosus. 4) fruticosus, surcularis.

φρύγετρον, ου, τό, (φρύγω) instrumentum, quo vertebant quid in frixorio. 2) vas ad torrendum hordeum (- ⏓ ⏑)

φρυγεύς, έως, ὁ, (φρύγω) qui torret vel frigit.

φρυγία, ας, ἡ, quae torret. Hesych.

φρύγιλος, ὁ, fringilla, avis.

φρυγίνδα, adv. φρ. παίζειν, genus ludi cum fabis tostis, Hesych. et Poll.

φρύγιον, ου, τό, (φρύγω) lignum aridum, cremium. Proprie neutr. a seq. (- ⏑ ⏑)

φρύγιος, ία, ιον, (φρύγω) aridus. (- ⏑ ⏑)

Φρυγιστί, adv. (Φρύξ) modo sive concentu Phrygio.

φρυγμός, οῦ, ὁ, actio frigendi. A seq.

φρύγω, f. ύξω, torreo, torrefacio, frigo, arefacio. πεφρυγμένος, frixus, tostus.

φρυκτός, ἡ, όν, tostus, frixus. A praec.

φρυκτωρέω, f. ήσω, (φρυκτωρός) excubias ago, e specula signa per ignem observando vel dando.

φρυκτωρία, ας, ἡ, excubiae speculatoriae, ad signum dandum per faces. 2) fax, taeda. A praec.

φρυκτώριον, ου, τό, (φρυκτωρός) specula τῶν φρυκτωρῶν. 2) fax, qua hostium adventus praenunciatur.

φρυκτωρός, οῦ, ὁ, (φρυκτός, ὡρέω) custos observans signa per ignes data, et ipse talia dans.

φρῦν, νός, ὁ, rubeta.

φρύνεος, ου, ὁ, idem et ab eod.

φρύνιον, ου, τό, frutex utilis adversus rubetas. 2) rubeta. (- ⏑ ⏑)

φρύνη, ης, ἡ, (φρῦν) idem (- -)

φρυνοειδής, ές, (εἶδος) rubetae similis.

φρυνολόχος, ον, q. d. rubetis insidians.

φρῦνος, ου, ὁ, (φρῦν) rubeta, rana ve-

nenosa.

φρύσσω, Att. ττω, idem quod φρύγω.

φῦ, 3 sing. aor. 2. a φύω, Ep. p. ἔφυ, Hom.

φύγαδε, adv. (φυγή) in fugam.

φυγαδεία, ας, ἡ, (φυγαδεύω) fugatio, exsilium.

φυγαδεῖον, ου, τό, (φυγάς) confugium 2) urbs, quae asylum habet, quo rei confugiunt et exsules.

φυγαδευτήριον, ου, τό, idem.

φυγαδευτικός, ή, όν, vim habens abigendi. A seq.

φυγαδεύω, f. εύσω, (φυγάς) fugo, depello. 2) fugio, exsulo.

φυγαδικός, ή, όν, ad exsulem seu exsules pertinens, vel, qualis est exsulis aut exsulum. 2) exsul, seu profugus.

φυγαδικῶς, adv. more exsulum.

φυγαδοθήρας, ου, ὁ, (φυγάς, θήρα) exsulum inquisitor.

φυγαίχμης, ου, ὁ, (φύγω, αἰχμή) timens bellum.

φυγανθρωπεύω, (φυγάνθρωπος) hominum consortium fugio.

φυγανθρωπία, ας, ἡ, humani consortii devitatio. A praec.

φυγάνθρωπος, ον, (φεύγω, ἄνθρωπος) homines fugiens.

φυγαρσενία, ἡ, (ἄρσην) virorum metus.

φυγάς, άδος, ὁ, ἡ, (φυγή) profugus ob metum periculi. 2) exsul. 3) fugitivus.

φυγγάνω, (φεύγω) fugio.

φύγδα, et φύγδην, adv, (φυγή) fugaciter, fugae modo.

φύγεθλον, ου, τό, (φύω) panus, tumor quidam. Nisi rectius scribitur φρύγεθλον a φρύγω.

φύγεργος, ον, (φεύγω, ἔργον) laborem fugiens.

φυγή, ῆς, ἡ, (φεύγω) fuga, fugacitas. 2) effugium, liberatio a malis, vitatio aut evitatio. 3) exsilium, mutatio soli.

φυγοδέμνιος, et φυγόδεμνος, ον, (φεύγω, δέμνιον) fugiens torum, a conjugio abhorrens.

φυγοδικέω, (δίκη) detrecto judicium, in jus vocatus non eo, lateo.

φυγοδικία, ας, ἡ, tergiversatio, detrectatio juris et judicii. A praec.

φυγόλεκτρος, ον, (λέκτρον) a conjugio abhorrens, Orph.

φυγομαχέω, f. ήσω, detrecto pugnam. A seq.

φυγόμαχος, ον, (μάχη) qui detrectat pugnam, fugax.

φυγόξενος, ον, hospites fugiens, inhospitalis, inhumanus erga hospites.

φυγόπολις, εως, ὁ, ἡ, (πόλις) urbem fugiens.

φυγοπονία, ἡ, laboris taedium, a seq.

φυγόπονος, ον, qui laborem seu labores fugit.

φυγοπτόλεμος, ον, bellum fugiens.

φυγόπτολις, ὁ, ἡ, poet. p. φυγόπολις.

φύζα, ης, ἡ, (φεύγω) fuga, idem quod φυγή.

φυζακινός, ή, όν, fugax, pavidus, timidus. A praec.

φυζαλέος, έα, έον, idem et ab eod.

φύζω, i. q. φεύγω. Hinc πεφυζότες, part. pf. p. πεφευγότες, Il. πεφυζηότες et φυζηθέντες, i. q. φυγόντες, Nic.

φυή, ῆς, ἡ, (φύω) natura, indoles. 2) statura, habitus oris. 3) formae dignitas et gratia. 4) stirps, germen.

φύη, 3 opt. aor. 2. act. a φύω, pro φυίη, Theocr. 15, 94. nisi ita est legendum.

φύκη, ἡ, femina piscis, qui φύκης s. φυκήν dicitur. (- -)

φυκήν, ῆνος, ὁ, et φύκης, ου, ὁ, (ῡ) (φῦκος) piscis in alga vivens. cf. φυκίς.

φυκίδιον, τό, Dim. a φυκίς.

φυκιόεις, όεσσα, όεν, algosus, alga abundans. 2) ruber, purpureus. A seq

φυκίον, vel φύκιον, ου, τό, idem quod φῦκος.

φυκιοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui alga vescitur.

φυκιοφόρος, ον, algam ferens.

φυκιοχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) alga tectus capillorum loco.

φυκιόω, (φύκιον) i. q. φυκόω,

φυκίς, ίδος, ἡ, phycis, fuca. piscis, cujus mas vocatur φυκήν. Gl. Vet. φυκίς, ἰχθύς, saxatilis, piscis. φυκίδες, saxatilia, Philox. A φῦκος, vel φύκιον, quoniam loca amat algosa.

φυκογείτων, ονος, ὁ, ἡ, (γείτων) algae vicinus.

φυκόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, i. q. φυκοχαίτης.

φῦκος, εος, τό, alga, muscus. 2) purpurissum, color ruber ex alga. 3) fucus ruber. 4) fucus quilibet.

φυκοφάγος, ον, idem quod φυκιοφάγος.

φυκόω, f. ώσω, (φῦκος) fuco, fuco oblino.

φυκτός, ή, όν, (φεύγω) qui effugi seu vitari potest, vitandus.

φυκώδης, ες, (φῦκος) algosus, alga abundans.

φύλαγμα, ατος, τό, (φυλάσσω) quod custoditur seu servatur, vel, quod datum est ad custodiendum. 2) custodia, praeceptum, mandatum.

φυλαδόν, adv. (φυλή) per tribus, tributim.

φυλάζω, in tribus distribuo, φυλὰς φυλάξας, Plut.

φυλάκειον, vel φυλακεῖον, ου, τό, locus in castris, ubi sunt excubiae. 2) statio, praesidium, arx. A seq.

φυλακεύς, έως, ὁ, i. q. φύλαξ, Opp.

φυλακή, ῆς, ἡ, (φυλάσσω) custodia, pr. custodiendi actio, conservatio, tutela. 2) vigilia, excubatio, excubiae. 3) praesidium. 4) quarta pars noctis; quoniam nox in quatuor partes divisa erat, in quibus vigiliarum munus permutatis civibus ad alios perveniebat. 5) custodia, i. e. custodes cingentes latus principum, satellites, stipatores. φυλακαί, praesidia, stationarii milites. 6) carcer. 7) locus, ubi positi sunt custodes. 8) cautio. 9) amolitio alicujus incommodi.

φυλακίζω, f. ίσω, in carcerem conjicio. A praec.

φυλακικός, ή, όν, ad custodiendum factus.

φυλάκιον, ου, τό, idem quod φυλάκειον.

φυλακίς, ίδος, ἡ, custos, fem. a φύλαξ s. φύλακος. φυλακίδες, naves praesidiariae. v. φρουρίς.

φυλάκισσα, ης, ἡ, idem. A pr.

φυλακίτης, ου, ὁ, (φυλακή) carcerarius. Gl. Vet.

φύλακος, ου, ὁ, poet. et Ion. p. φύλαξ, (φύλαξ) custos, excubitor, vigil.

φυλακτέον, adv. posit. verb. a φυλάσσω et φυλάσσομαι, custodiendum, cavendum.

φυλακτήρ, ῆρος, ὁ, (φυλάσσω) custos, excubitor, vigil.

φυλακτηρία, ας, ἡ, vigiliae, excubiae. A praec.

φυλακτήριον, ου, τό, statio excubitorum seu vigilum, praesidium, munimentum, arx, aut quicquid nos custodit. 2) antidotum contra venena, amuletum. Hinc τὰ φυλακτήρια, ων, quasi conservatoria legis, membranae tenues, quibus inscriptae erant quatuor legis sectiones. Ab eod.

φυλακτικός, ή, όν, (φυλάσσω) custodiendi seu servandi, et observandi, item conservandi peritus. 2) qui cavere novit, cautus, vel qui se tueri potest. 3) vim habens amoliendi.

φυλακτικῶς, adv. studio et sollicitudine, studiose cavendo, caute. A pr.

φύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, (φυλάσσω) custos, servator, conservator, excubitor, vigil. φύλακες, vigiles, milites praesidiarii.

φυλάξιμος, η, ον, qui defendi vel custodiri potest.

φύλαξις, εως, ἡ, (φυλάσσω) custodia.

φυλαρχέω, sum tribus praefectus seu princeps, praesum tribui, sum tribunus. A seq.

φυλάρχης, vel φύλαρχος, ου, ὁ, (φυλή, ἀρχή) tribus praefectus, tribunus. Philox. tribunus plebis. 2) praefectus equitibus unius tribus.

φυλαρχία, ἡ, munus praefecti tribus.

φυλάσσω, Att. φυλάττω, f. άξω, custodio, servo, conservo, asservo, tueor, tuto. Pass. φυλάσσομαι, s. φυλάττομαι, custodior. 2) caveo, vito. inpr. in med. 3) custodias ago, excubo. 4) speculor, observo, item, capto. 5) insidias pono.

φυλετεύω, tribules facio, in tribus describo. A seq.

φυλέτης, ου, ὁ, (φυλή) qui est ex eadem tribu, contribulis, tribulis.

φυλετικός, ή, όν, ad tribules pertinens. A praec.

φυλετικῶς, adv. more tribuum.

φυλέτις, ιδος, ἡ, fem. a φυλέτης, quae est ex eadem tribu.

φυλή, ῆς, ἡ, tribus, classis, genus, ordo.

φυλία, ας, ἡ, lentiscus.

φυλίον, τό, Dim. a φυλή.

φυλλάζω, frondesco, Gl. Vet.

φυλλάκανθος, ον, (φύλλον, ἄκανθα) planta quaedam foliis spinosis seu aculeatis.

φυλλάμπελος, ον, (ἄμπελος) pampinus, Gloss. Vet.

φυλλάριον, ου, τό, Dim. a φύλλον.

φυλλάς, άδος, ἡ, (φύλλον) strues seu cumulus foliorum, frondes.

φυλλεῖον, ου, τό, folia, frondes.

φυλλιάω, (φύλλιον) folia emitto, frondesco.

φυλλικός, ή, όν, (φύλλον) quasi dicatur foliaris.

φύλλινος, ίνη, ινον, (φύλλον) e foliis confectus. Gl. Vet. foliaceus, frondarius, epith. ludi, cujus praemium corona.

φύλλιον, ου, τό, Dim. a φύλλον, folium. 2) flos terrae.

φυλλίτης, ου, ὁ, v. φύλλινος.

φυλλοβολέω, f. ήσω, (φυλλοβόλος) folia amitto, folia mihi decidunt. 2) folia, frondes spargo, foliis, fronde conspergo.

φυλλοβολία, ας, ἡ, foliorum amissio. 2) foliorum, frondium sparsio. A pr.

φυλλοβόλος, ον, (φύλλον, βάλλω) folia abjiciens seu amittens, cui folia decidunt. 2) qui folia, frondes spargit.

φυλλόκομος, ον, (κόμη) frondosus, foliis comatus.

φυλλοκοπέω, f. ήσω, (κόπτω) folia, frondes amputo seu abscindo.

φυλλολογέω, f. ήσω, (λέγω) folia lego. 2) pampino, Gl. Vet.

φυλλομανέω, f. ήσω, (μαίνομαι) foliis luxurio.

φύλλον, ου, τό, folium, frons.

φυλλοῤῥαγέω, f. ήσω, (ῥήγνυμι) folia rumpere facio, folia mihi rumpuntur. Hinc ἡ φυλλοῤῥαγία, foliorum abruptio.

φυλλοῤῥοέω, f. ήσω, (φυλλόῤῥοος) folia vel frondes amitto.

φυλλόῤῥοια, ας, ἡ, defluxio foliorum. A praec.

φυλλόῤῥοος, ου, ὁ, ἡ, (φύλλον, ῥέω) folia abjiciens.

φυλλοστρώς, ῶτος, foliis constratus; ap. Theocrit. et

φυλλόστρωτος, ον, (φύλλον et στρώννυμι) id.

φυλλοτόκος, ον, (τίκτω) folia gignens.

φυλλοτόμος, ον, (τέμνω) folia resecans. Subst. ὁ φ. frondator.

φυλλοτρώξ, ῶγος, ὁ, ἡ, (τρώγω) folia comedens.

φυλλοφορέω, f. ήσω, folia fero, foliatus sum. A seq.

φυλλοφόρος, ον, (φύλλον, φέρω) folia ferens, foliatus.

φυλλοφυέω, f. ήσω, (φύω) frondeo, Gloss. Vet.

φυλλοχοέω, f. ήσω, idem quod φυλλοῤῥοέω. A seq.

φυλλοχόος, ον, (χέω) folia fundens. φυλλοχόοι μῆνες, menses, in quibus folia decidunt.

φυλλόω, (φύλλον) foliis orno. 2) in folium muto.

φυλλώδης, ες, (εἶδος) foliis abundans, foliosus, folia habens, frondens.

φύλλωμα, τό, (φυλλόω) folia, frondes.

φυλοβασιλεύς, έως, ὁ, tribunus, olim dictus Athenis, qui post δήμαρχος.

φυλοκρινέω, (φῦλον, κρίνω) genera dijudico.

φυλοκρίνησις, εως, ἡ, dijudicatio generum. A pr.

φυλοκρινητικός, ή, όν, genera dijudicans.

φῦλον, ου, τό, (φυλή) genus, gens, natio. φῦλον ἄῤῥεν, sexus virilis.

φύλοπις, ιδος, ἡ, pugna, praelium, clamor bellicus. (- ⏑ ⏑)

φῦμα, vel φύμα, ατος, τό, (φύομαι) tuber, vomica.

φυματίας, ου, ὁ, qui tuberculis laborat, Hipp.

φυμάτιον, τό, tuberculum. Dim. a φῦμα.

φυματόομαι, tuberculis infestor, Hipp.

φυματώδης, ες, tuberculis plenus.

* φῦμι, v. φύω.

φυξάνωρ, ορος, ὁ, ἡ, (φύξις, ἀνήρ) fugam viris immittens, fugae occasionem dans. (- - -)

φυξείω, Desiderat. a φεύγω, fugere volo, fugere cupio.

φυξήλιος, ον, (φεύγω, ἥλιος) solem fugiens, umbram quaerens, Nic.

φύξηλις, ιος et ιδος, ὁ, ἡ, (φεύγω, φύξις) profugus, exsul; fugax, timidus, Il. 17, 143

φυξίμηλος, ον, (μῆλον) qui a pecoribus depasci non potest.

φύξιμος, ον, (φύξις) a quo fugiendum est, qui effugi seu vitari potest. 2) ad quem confugitur. 3) fugans, qui in fugam vertit. 4) Subst. τὸ φύξιμον, perfugium.

φύξιον, τό, perfugium, proprie neutr. a seq.

φύξιος, ον, (φύξις) ad fugam pertinens, fugae favens. 2) fugans.

φυξίπολις, εως, ὁ, ἡ, (πόλις) qui ex urbe profugit, exsul.

φύξις, εως, ἡ, (φεύγω) fuga. 2) effugium.

φυράδην, adv. v. φύρδην.

φύραμα, ατος, τό, (φυράω) massa farinae subactae et humore maceratae ad panificium: massa luti. (- - ⏑)

φύρασις, εως, ἡ, commistio, maceratio, subactio ad conficiendas massas. (- - ⏑)

φυρατής, οῦ, ὁ, et φυράτης, ου, ὁ, decoctor, interversor. A seq.

φυράω, f. άσω, (φύρω) misceo, macero, subigo. φυρῶμαι, misceor, πεφυραμένος, subactus.

φύρδην, adv. mixtim, permixtim. 2) confuse, inordinate.

φύρμα, ατος, τό, (φύρω) inquinamentum, sordes, strigmentum, recrementum.

φυρμός, οῦ, ὁ, (φύρω) idem.

φύρσιμος, ον, (φύρω) mixtus, tritus: miscendus.

φυρτός, ή, όν, (φύρω) mistus, subactus, maceratus. 2) vilis.

φύρω, f. φύρσω, misceo, commisceo. 2) inquino, foedo. 3) perfundo, rigo. 4) macero, subigo, pinso. πεφυρμένος, inquinatus. 2) subactus.

φῦσα, ης, ἡ, (φύω) follis, vesica. 2) flatus et spiritus crassior in corpore, flatus quivis. 3) crater montis ignivomi. (Falso scribitur φύσα et φύσσα.)

φυσαλίς, ίδος, ἡ, et φυσαλλίς, ίδος, ἡ, (φυσάω) bulla in aqua nascens: pustula 2) tibia s. fistula, Ar. Lys. 1245. 3) vesicaria, *frutex*.

φύσαλος, ου, ὁ, bufo, venenatum ranarum genus, quod se mirum in modum inflat. 2) piscis quidam.

φυσάριον, τό, Dim. a φῦσα.

φύσας, αντος, ὁ, (proprie part. aor. 1 a φύω) genitor, pater.

φυσατήριον, ου, τό, instrumentum, quod inflatur, ut tibia. A seq.

φυσάω, f. ήσω, sufflo, inflo, flatu distendo. 2) spiro. 3) efflo.

φυσέω, Ion. p. φυσάω.

φύση, ης, ἡ, idem quod φῦσα, Ionice.

φύσημα, ατος, τό, (φυσάω) inflatio, flatus, metaph. arrogantia, insolentia. 2) bulla, eruptio aquae, sanguinis, effervescentis. 3) resina pinea. (- - ⏑)

φυσημάτιον, ου, τό, bullula. Dim. a praec

φύσησις, εως, ἡ, (φυσάω) flatus, sufflatio, inflatio. (- - ⏑)

φυσητήρ, ῆρος, ὁ, (φυσάω) flabellum, follis, ventilator: fistula. 2) fistula piscium cetaceorum, et piscis ipse, physeter. 3) meatus polypodis, quo ova sua parit.

φυσητήριον, ου, τό, q. d. sufflatorium, spiramentum.

φυσητής, οῦ, ὁ, (φυσάω) inflator. vid. φυσητήρ.

φυσητικός, ή, όν, inflandi vim habens.

φυσήφρων, vel φυσίφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φυσάω, φρήν) qui animo est inflato.

φυσίαμα, τό, (φυσιάω) flatus, Aesch.

φυσιασμός, οῦ, ὁ, (φυσιάω) flandi seu efflandi actio, flatus.

φυσιάω, flo, anhelo, spiro, sufflo. Part. praes. Ep. φυσιόων, Hom. 2) inflo, superbum reddo, LXX et N. T.

φυσίγγη, ἡ, i. q. φύσιγξ, 2.

φυσιγγόομαι, (φύσιγξ) exacerbor, πεφυσιγγωμένος, exacerbatus. Vox comica, ap. Aristoph.

φυσίγναθος, ον, (φῦσα, γνάθος) buccas inflans. nomen ranae, in Batrachom.

φυσιγνώμων, ονος, ὁ, ἡ, i. q. φυσιογνώμων, Theocr.

φύσιγξ, ιγγος, ἡ, (φυσάω) vesicula, pustula. 2) vesicula et quasi cortex bulborum, alliorum. (- -)

φυσίζοος et φυσίζωος, ον, (φύω, ζωή) q. d. vitam producens, i. e. quae ad vitam degendam sunt necessaria, almus. Epith. terrae.

φυσικός, ή, όν, (φύσις) naturalis, ad naturam pertinens, naturae conveniens. 2) physicus, naturae seu rerum naturalium investigator.

φυσικῶς, adv. naturaliter, secundum naturam, naturali ratione.

φύσιμος, ον, (φύω) vim habens germinandi. 2) editus, natus.

φυσιογνωμονέω, f. ήσω, (φυσιογνώμων) de indole hominis judicare possum, vel judico e forma oris. 2) diligenter cognosco faciem alicujus et annoto, ut postea noscatur.

φυσιογνωμονία, ας, ἡ, naturas cognoscendi seu de natura judicandi peritia. A praec.

φυσιογνωμονικός, ή, όν, idem qui φυσιογνώμων. 2) ad artem judicandi indolem hominum pertinens. τὰ φυσιογνωμονικά, ars ipsa, et libri de ea.

φυσιογνωμονικῶς, adv. ex arte physiognomonum.

φυσιογνωμοσύνη, ης, ἡ, i. q. φυσιογνωμονία. A seq.

φυσιογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, (φύσις, γιγνώσκω) naturae ex oris habitu cognoscendae peritus. Scribitur et φυσιγνώμων.

φυσιολογέω, f. ήσω, (φυσιολόγος) de natura seu de rebus naturae dissero, naturam rerum disserendo indago seu exquiro. 2) physica seu naturali ratione probo, ostendo.

φυσιολόγημα, τό, perscrutatio naturae, Epicur.

φυσιολογία, ας, ἡ, studium naturae indagandae, disputatio de rerum natura, disciplina physica, naturae indagandae ratio.

φυσιολόγος, ον, (φύσις, λέγω) qui de natura seu rebus ad naturam rerum pertinentibus disserendo exquirit aut indagat.

φυσιοποιέω, (φύσις, ποιέω) naturam fingo.

φυσιόω, f. ώσω, (φύσις) τινά seq. inf. alicui naturam aliquam addo, Simplic.

φυσιόων, part. praes. Ep. a φυσιάω, q. v. Il.

φύσις, εως, ἡ, (φύω) natura, nativitas, generatio, Philox. ortus. 2) ingenium, indoles, mores et opiniones. 3) sexus. 4) pudenda. 5) statura, figura, externus corporis habitus. φύσει, valde; interdum notat, *item*, vere, necessario, sic ut per naturam rei aliter esse vel fieri nequeat.

φυσίφρων, v. φυσήφρων.

φυσίωσις, εως, ἡ, (φυσιάω) inflatio, tumor animi, superbia, arrogantia.

φύσκη, ης, ἡ, (φυσάω) vesica. 2) crassum intestinum, venter. 3) vesicula oborta e vehementiore attritu.

φύσκιον, ου, τό, vesicula, folliculus, utriculus. Dim. a praec.

φύσκος, ου, ὁ, (φυσάω) botulus, Ar.

φύσκων, ωνος, ὁ, ventricosus. 2) obesus, cognomen regis Aegypti, de gente Ptolemaidarum.

φυσόβαθρον, τό, (φῦσα, βάθρον) folliculi basis.

φυσοειδής, ές, (φῦσα, εἶδος) vesicae similis.

φυσόω, dub. lect. p. φυσάω.

φύσσα, φυσσαλίς, φύσσαλος, φυσσητήρ, al. falso scribuntur pro φῦσα, φυσαλίς, rel.

φύστη, vel φυστή, ἡ, (φύρω) maza, non multum subacta vino.

φύστις, ιδος, ἡ, (φύω) poet. p. φύσις, genus, progenies, Aesch. Pers. 922.

φυστίς, ιδος, ἡ, (φύρω) i. q. φύστη.

φυσώδης, ῶδες, (φυσάω) flatu abundans. 2) flatus seu inflationes movens.

φυταγωγέω, (φυτόν, ἄγω) plantam duco, Etym. M.

φυταλιά, ἡ, (φυτόν) locus arboribus consitus, hortus, vinea, olivetum. 2) plantatio. 3) extrema hiemis pars qua arbores plantantur. (Primam natura brevem Epici poetae versus gratia producunt.)

φυταλίζω, f. ίσω, i. q. φυτεύω, Hesych.

φυτάλιμος, ον, et φυτάλμιος, ία, ιον, it -ος, ον, et φυτάλιος, ία, ιον, (φυτός) aptus ad procreationem, fecundus, almus. φυτάλιος Ζεύς, Jupiter pater, Orph. h. 15, 9. φυτάλμιοι γέροντες, senes patres, Aesch. Ag. 337. φυτάλμιος πατήρ, genitor, Soph. λέκτρα φυτάλμια, torus genitalis, auctor Rhesi 920. 2) qui est inde a natalibus, natura insitus. ἀλαὼν ὀμμάτων ἆρ' ἦσθα φυτάλμιος; natusne es caecus, Soph. (Forma primo loco posita φυτάλιμος originem dedit alteri φυτάλμιος per litterarum metathesin et prae eadem fere obsolevit.) (In φυτάλιος primam versus necessitate producunt Epici poetae.)

φυτάριον, τό, Dim. a φυτόν, parva planta, arbuscula

φυτάς, άδος, ἡ, (φυτόν) planta, stirps.

φυτάω, f. l. p. φιτύω. Hes Th. 986. φυτήσατο pro φιτύσατο. cf. Bastii epist. crit. p. 219.

φυτεία, ἡ, (φυτεύω) plantatio, consitio, satio: generatio. 2) planta quae deponitur et conseritur. 3) incrementum plantae.

